

『人体解剖学、118図』 (ラテン語版, 1739年刊)

カウパー著 (Cowper, William 1666-1709)

本書はイギリスの解剖学者カウパーによるビドロの解剖書からの剽窃で有名である。カウパー自身が付け加えた解剖図は118図中13図だけである。『解体新書』に、ビドロの本かカウパーの本の足と手の腱を剖出した解剖図が載る。『重訂解体新書』には胎盤図が載る。

Cowper, William, 1666-1709.

E76

Anatomia corporum humanorum centum et quatuordecim tabulis, singulari artificio, nec minori elegantia ab excellentissimis, qui in Europa sunt . . . amplius explicata, multisque novis anatomicis inventis, chirurgicisque observationibus aucta a Guilielmo Cowper. . . Omnia nunc primum Latinitate donata, curante Guilielmo Dundass. // Lugduni Batavorum, J. A. Langerak, 1739.
// 1 v. (unpaged) 118 plates. 53 cm.

カウパー

Cowper, William
(1666-1709)

『人体解剖学、118図』

Anatomia corporum
humanorum centum et
quatuordecim tabulis. 1739

イギリスの解剖学者カウパーの解剖書は、解剖図がビドロの解剖書からの剽窃であることで有名である。カウパー自身が付け加えた解剖図は118図中13図だけである。『解体新書』の付図の中に、ビドロの本かカウパーの本の足と手の腱を剖出した解剖図が、アンブレ(パレ?)の本からの引用として載る。一方、『重訂解体新書』の付図の胎盤図には、カウパーの本から引用したと明記してある。



『人体解剖学（カウパー）』 検索インデックス

Introductio	[iii]
第 1 部 （主として頭部）	Tab. 1 ~ 18
第 2 部 （胸部、背部および腰部）	Tab.19 ~ 30
第 3 部 （腹部と骨盤部）	Tab.31 ~ 55
第 4 部 （妊娠子宮、胎児とその付属）	Tab.56 ~ 63
第 5 部 （上肢と下肢）	Tab.64 ~ 86
第 6 部 （骨部）	Tab.87 ~ 105
第 7 部 （Appendix）	App.Tab.1 ~ 9 ; sup.Tab.1 ~ 5
Index	[i] ~ [vi]



ANATOMIA

Corporum Humanorum

CURANTE

Guilielmo Cowper

ANATOMIA CORPORUM HUMANORUM

CENTUM ET QUATUORDECIM TABULIS,
SINGULARI ARTIFICIO, NEC MINORI ELEGANTIA
AB EXCELLENTISSIMIS, QUI IN EUROPA SUNT,

ARTIFICIBUS
AD VIVUM EXPRESSIS, ATQUE IN AES INCISIS
ILLUSTRATA.

*AMPLIUS EXPLICATA, MULTISQUE NOVIS ANATOMICIS
INVENTIS, CHIRURGICISQUE OBSERVATIONIBUS*

AUCTA
A

GUILIELMO COWPER.

ACCEDUNT


EJUSDEM INTRODUCTIO IN OECONOMIAM ANIMALIUM,

& Index in totum Opus.

OMNIA NUNC PRIMUM LATINITATE DONATA.

CURANTE

GUILIELMO DUNDASS, Scoto M. D.



Dr. C. H. Corbier

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud JOANNEM ARNOLDUM LANGERAK,
M. DCC. XXXIX.

MASSACHUSETTS
CORPORATION

1739

THE BOARD OF DIRECTORS
OF THE MASSACHUSETTS
CORPORATION
DO HEREBY CERTIFY
THAT THE ABOVE NAMED
CORPORATION IS A
CORPORATION INCORPORATED
UNDER THE LAWS OF THE
COMMONWEALTH OF MASSACHUSETTS

GENERAL MANAGER

NEW YORK

BY THE BOARD OF DIRECTORS

AND MANAGER

AT NEW YORK

THIS 13/25/35

SECRETARY

MASSACHUSETTS

13/25/35

Benevolo Lectori.



uctorum fors, quum in orbis Theatrum prodeunt, maxime incerta est; successus prosper aut adversus, fama aut dedecus plus pendent plerumque ex indole & praejudicata Lectoris opinione, quam ex operis merito. Haec scriptorum omnium fortuna minus secunda in causa est, cur nullus liber prodire possit sine oratione aliqua & defensione praefixa, ut cum favore excipiatur. Quod ad me attinet, nullam rationem habeo quare morem hunc laudabilem non sequar; sed causam meam omnibus cultoribus Anatomiae, iudicibus in hac re idoneis, commendo; horum enim candor & indulgentia majus erit praesidium, si quae peccata in opere isto detegentur, quam ullae rationes, quas in mea defensione adlegare potero. Hoc volumen ad modum commentarii in Tabulas descriptionem fabricae corporum humanorum generalem continet. Praesens & praeteritum seculum magna cum industria *Machinam animale* exploravere, Cordis structuram, circulationis artificium, lymphaticorum originem & cursum, glandulas diversas salivales earumque ductus, Ossium texturam, & cellulas medullares, glandulas artuum mucosas, instrumenta & processum generationis, sensuum externorum instrumenta detegendo, & Myologiam reformando, (cujus postremae cum adnotationibus quibusdam super structura & erectione *Penis* tentamen publicavi) quae omnia in sequentibus descriptionibus Lector inveniet, cum meis Observationibus & Conjecturis, quae multis in locis a vulgo receptis opinionibus dissident. Praeter relationem structurae naturalis, per totam Operis *seriem* quaedam Phaenomena inserui; quae in corporibus morbo confectis observavi, & tales admonitiones practicas, quas spero Operatori Chirurgico multis in casibus profuturas. Totum in hoc ordine disponitur: In primis centum & quinque Tabulis, post corporis conspectum cum Tegumentis Capillo &c. Partes Capitis, Colli, Cerebri, *Medullae Spinalis* sequuntur, & ita porro partes Pectoris, Dorsi, Lumborum, Ventris inferioris, *Uteri* cum *Foetu* & adjunctis; deinde Musculi artuum, & denique *Osteologia*. Hae Figurae ad veritatem delineatae fuerunt ab egregio Pictore *G. de Lairefs*, & non minore ingenio insculptae, partesque humanorum corporum longè melius exhibent quam ullae aliae, erantque postea aliquantum a *D. Bidloo* tum *Professore Anatomiae* in Academia Lugduni Batavorum publicatae. Liceat hic *Lectorem* admonere, me in hisce Tabulis plus quam septingentas Notas adjecisse, quae omnes literis calamo descriptis in Figuris singulis notantur; inter quas, vix fieri potest quin peccata contingant in locis nonnullis, vitio eorum qui illas inseruerunt, quae, spero, meae negligentiae non imputabunt. Partes quae passim Nomenclaturam earum

tantum annexam habebant, copiosè hic describuntur; quibus, uti antea monui, additae tales Observationes super masculina conformatione & structura vitiosa, quales *Pathologiam*, sive morborum symptomata & causas illustrare possint; Quasdam quoque adnotationes de methodo Operationum chirurgicarum communi hic illic interjeci cum monitis, quibus peragi possunt exactius & prosperius: denique plurimos casus rariores retuli, nec ab Auctoribus, saltem non omnibus, observatos. *Appendix* est partim praecedentibus Tabulis supplementum, partim earum rerum correctio, quae non rectè exprimuntur. Ex gr. Duae primae Tabulae Conspectum totius corporis ab antica & postica parte, Tegumentis exuti, & a pinguedine liberati exhibent; ubi Musculi externi cum suis tendinibus, Fasciculis & Fibrarum seriebus in superficie adparent. Hi non sunt ingenio delineati, sed secundum imaginem ad veritatem ductam in *gypso Parisiensi*, quam etiam nunc penes me habeo. Tabula Tertia systema arteriarum *Foetus* continet, cum variis earum Truncis ramulisque ad veritatem delineatum, quod etiam apud me est cera repletum; quantum hoc distat illi descripto (Tab. 23.) brevi videri potest. In duabus aliis Figuris ejusdem Tabulae, sunt prospectus venarum & arteriarum extremitatum, ut in pinnis Anguillae minoris & Raiae pelucidis adparent microscopio conspectis. Hic Circulationis modus, continuitas alveorum venosorum arteriosorumque, *Globuli* illos permeantes demonstrantur. In alia Figura conjectura nostra de Ductuum ortu, qui *Lympham* & residuum a Nutritione exportant, exprimitur. In quarta Tabula *Receptaculum Chyli* vario vasorum chyloferorum & Lymphaticorum cursu repletum, rami eorum communicantes, Glandulae Lumbales, Triplex Receptaculi divisio, haecenus non animadversa, saltem non delineata, exhibentur. In Tabulis reliquis (vereor ne taedio sim Lectori singula enumerando) sunt instrumenta auditus, cum *Meatu a Palato ad Aures* & qui est ab aure interna ad *Meatum* externum: Foramina Tonsillarum, quae *Pituitam* fundunt; variae Partes Linguae & *Asperae Arteriae*, *Basis Cerebri*; Cranii; Musculi Faciei, & Labiorum, quorum nonnulli non sunt descripti & reliqui falsò.

In hoc Opere perficiendo *D. Tancredo Robinsono*, doctissimo meo amico plurimum debeo, qui schedulas ultima vice quantum per tempus licebat, correxit. Ultimo loco, ut totum Opus utilius reddatur, locupletem *Indicem* calci adjecimus, quem si Lector utilem invenit, gratias agere debet *D. Jacob Fern*, Chirurgo benemerenti, qui Contenta hujus Operis in Ordinem Alphabeticum digerendi laborem in se suscepit, quod per occupationes mihi non licebat.

G. C O W P E R.

INTRODUCTIO

EXPLICANS

OECONOMIAM ANIMALEM.



Humanorum corporum contemplatio sine dubio unum est ex jucundissimis & nobilissimis oblectamentis, in quibus animus Philosophiae deditus sese exercere possit. Structura, artificium, & dispositio partium stupefaciunt, ac vix majora ac planiora sapientiae atque Providentiae Auctoris Naturae documenta postulare possumus, quam ex hoc fonte manant. Quantum obtusescimus inventionibus in regno animali, quas felici industriae praesentis seculi debemus? Doctrina circumductionis sanguinis, continuas venarum & arteriarum, origo & distributio Chyli & Lymphæ, in feminis Ovaria, in feminæ Masculino Embryunculi non minus certa sunt quam stupenda; ut omittam aliarum observationum curiosarum multitudinem, quas facimus quotidie auxilio microscopiorum, mercurialibus injectionibus, similibusque.

Haec sufficiunt incitamenta ad inducendum omnes scientiae cupidos & Historiae Naturalis amatores, ut studio Anatomiae vacent; verum ad omnes Medicinæ Professores hoc inprimis pertinet, cum sit quasi *Basis* artis eorum & fundamentum. Sine debita Machinae animalis cognitione, nullus dubito, quin omnes nostri conatus in explicando corporum animalium speciem multiformem, vani futuri sint & inutiles, notionesque nostrae causarum morborum, eorumque symptomatum, aequae vagae & absurdae atque *Chinensium* & *Indorum*; imò vereor ne tota Ars medendi paullulum ab *επιτηδεύειν* distet.

Si autem corporum nostrorum cognitio tantum confert ad promovendam veram Philosophiam atque Medicinam; non minus in re chirurgica desideratur; hoc in casu videtur non solum convenire, verum etiam absolute necessaria esse; dico, quantum ad partes externas attinet, cum hic artifex, non, ut in prioribus exemplis, in suo subjecto contemplando & in modo quo adficiatur acquiescit; sed saepe perficere debet in eo operationem aliquam difficilem, & forte periculosa. Quod ad me attinet non possum quin mirer imperitorum confidentiam, qui sine justa notitia situs, positurae, connexionis, aliarumque considerationum partium necessariorum, corpus humanum audent aggredi, incidere, caustica actualia & potentialia adplicare. Funesta, quae ejusmodi inceptions temerariis superveniunt, saepe experimur, quorum exemplum unum aut alterum in transitu ostendit Tab. 13. Fig. 1. Tab. 15. Fig. 2. Fateri debeo, crebro videre & adesse operationibus chirurgicis posse prodesse ut similes perficiantur postea, quando omnia convenient; sed sine cognitione mediocri, si non accurata *Anatomiae* & administratione dissecandi ipsa, homines ejusmodi diu spectare debent, priusquam videri poterunt generalem Praxin sibi consecuti. Igitur cum non possim quin crassam & ubique ingravescentem ignorantiam dessem, ita candidè velim commendare plerisque hujus vastae urbis & populosae Chirurgis, ut majori cum industria, quam fecere hactenus, animos ad tam utilem artis suae partem adplicent; sic enim brevi videbunt, hoc nullum sibi esse dedecus, & alios qui in ejusmodi exercitationibus horas suas successivas posuerunt, desinent convitiis proscindere.

Sed hoc a proposito meo alienum est, quare ad rem praesentem memet accingam, & ante oculos Lectoris ponam brevem & generalem formam *Animalis Oeconomiae*, Introductionem veluti Tabulis sequentibus.

Omnès animalis corporis functiones satis bene in *Naturales* & *Animales* dividuntur; per *Naturales* intelligo quicquid in corpore terminatur, & ad conservationem Individui, vel speciei propagationem conducit; per *Animales* intelligo ea quae ad animam pertinent, quae habita ratione corporis cui unitur, vel agit vel patitur: hoc sensus est, illud motio voluntaria. Ordinis gratia sic distribuemus totum sermone: primum agemus de priore, relictiis Animalibus functionibus quae sequentur; & in hoc loco naturam ducem sequemur; incipientes ab alimento quamprimum in ore receptum est, inde per itadia ejus diversa id profecturi.

Postquam Alimento in os receptum est, cui *Dentes Incisorii* saepe commode opem ferunt, ibi comminuitur, & *Salivae* misceatur, quod praecedat praeparationi secundae quam in stomacho accipit. Haec Operatio Masticatio dicitur, & maxillâ perficitur variè propriis suis Musculis motâ, adjunctâ linguâ, buccis, & labiis; quae postrema semper partes Cibi minus comminutas *Den-*

tibus Molaribus adplicant ut debite comminuantur; interea musculi vicini omnes variè agentes Parotidem glandulam, maxillares; sublinguales, labiorum, buccarum &c. glandulas comprimunt, ut contenta sua fundant, quae alimento masticato misceantur, jam *Deglutitioni* parata. Alimento ab hac mutatione, non descendit pondere suo in stomachum, verum eò defertur Musculis Linguae, *Offis Hyoidis, Faucium & Oesophagi* unâ agentibus vel *Gulam* elevando & dilatando, vel cibum in eum protrudendo. Tota actio ita vero se habet, ac si frumentum in sacco infundas, perficiturque sic ut mox dicitur: Radice linguae ope fibrarum muscularium depressa, apex ejus & latera more semicirculi internis lateribus totius Dentium ordinis superioris, vel *Gingivarum*, cum dentes desunt, adplicantur; & ea in hac positione sursum trahuntur, *Musculis Styloglossis, & stylohyoideis* Tab. 14. Fig. 1. Tab. 15. Fig. 1. Eodem tempore Fauces *Musculis stylopharyngaeis* elevantur, qui positione obliqua (ut notatum App. Fig. 38.) os earum aperiunt cavitatemque illam dilatant. Cum autem duae Tertiae ad minimum superficiei linguae superioris palato adplicantur, & sursum & introrsum trahuntur, *Epiglottis* deprimitur sic ut alimentum super illam, tanquam pontem, in cavitatem *Faucium* dilatatam protrudatur, ac inde contractione *Musculi Pterygopharyngaei & Oesophagaei*, App. Fig. 38. in *Gulam* deprimitur, quae ejus descensum in stomachum Muscularium Fibrarum ejus actione adjuvat.

Hic non est pretereunda observatio, quod ipso momento cum Alimento *Isthmum* gutturis transit, *Gargareon* sursum & retrorsum trahitur *Musculis Sphenostaphylinis*, (expressis App. Fig. 8.) & *Foramina Narium* hoc modo ocluduntur, dum *Epiglottis Rimulam* tegit, ut supra notatum, adeoque materia in itinere suo impeditur ne revertatur per Nalum aut in Asperam Arteriam descendat; primum accidit cum *Gargareon* sive veneris ulceribus sive aliter deest; vel intumescit aut inflammatur ut in Variolis & non potest motui cedere. Notandum quoque *Musculum Mylohyoideum* (Tab. 15. F. I.) in actione sua glandulas sublinguales & maxillares premere, ut liquores secretos effundant pone *Papillas*, ad Fraenum sive ligamentum positas, Musculosque qui Fauces contrahunt idem praestare super Tonfillis & aliis partis ejus glandulis: qui liquores omnes ex oribus *Ductuum excretoriorum* fusi, per *Gulam* iter lubricant, & partem *Menstrui* stomachici constituunt; de quo postea in proximo Paragrapho.

Ab Alimento, sic mutato, comminuto & mixto *Salivae* & in stomachum recepto progredimur proximè considerare, quo modo secunda ejus praeparatio perficitur. Succus stomachicus a sanguine per multas in hac parte glandulas secretus inque ejus cavitatem evacuatus, una cum saliva primum locum in Digestione obtinet. Is est qui in Alimento in stomacho vim exerit subito, & ab ista horum duorum succorum mixture, proprium *Menstruum* componitur, quo partes Alimenti dissolvuntur, & primum in corpore transmutantur: In hac Actione, quae est solutio texturae Massae alimentariae, partes aerae in poris ejus inclusae ex pristinis carceribus effugiunt, & rarefactae totum stomachi corpus distendunt; atque hanc veram esse causam crediderim; quamobrem plerique homines post tempus aliquod minorem habent appetitum; cum intumuit, protinus cessant edere: ab hac eadem causa proveniunt ructus, & a variis cibis magnae inflationes, ut puta pisibus veteribus, brassica, radicibus, herbis aliisque vegetabilibus, quae magnum tumultum stomachis ferunt prostratis debilitatisque. Facile suspicor *Menstruum* stomachicum motum intestinum particularum massae excitare posse in Digestione; quod tamen non puto vocandum esse Fermentationem, metuens ne forte tam audace nomine in notionem falsam inducamur, & credamus conflictum majorem esse, quam qui revera accidit.

Tumescencia sive Dilatio stomachi duo efficit: primum vesicam biliarium comprimit & *Pancreas*, ut *Ductus* earum *excretorii* contenta sua in *Duodenum* fundant; Deinde sanguinem reducere retardat, ut Fibræ stomachi musculares contrahantur. Ratio hujus patebit ex iis quae de motu musculari in Introductione *Myotomiae* nostrae Reformatae proposuimus. Quod ad causam famis attinet, *Phaenomenon* in hac parte notandum, irritationem esse puto stomachi, ab hujus *Menstrui* larga quantitate, cum materia deficit in quam vim exerere possit. Haec conjectura eò verisimilior videtur, quod salivam eo tempore in os defluentem exprimus potius quam in stomachum descendere sinimus; & perpetuè licet animadvertere appetitum depravatum *Salivam* vitiatam sequi, ut in scorbuticis, & salivationibus, medicamentis mercurialibus elicitis, similibusque casibus.

Massa satis praeparata & ad pulvem redacta, stomachus fibrarum muscularium auxilio sese contrahit, & contenta sua per *Pylorum*

I N T R O D U C T I O.

in *Duodenum* expellit; ubi massa cocta bili & succo pancreatico miscetur (coactis hic sese effundere, ut modo diximus) quae eam reddunt volatilem & subtiliorem, separantque alimentis partes magis fluidas & tenuiores a crassis & impuris: & hic Chylificatio perficitur primò. Cum itaque Bilis sale lixiviali abundat, magis apta nata est sese implicare partibus massae chyli crassioribus, ejusque qualitas salta non tantum cava Intestina a *Muco* purgat glandulis eorum excreta, (App. Fig. 4b.) tunicam intumescens inlinat ac lacteorum vasorum *Ostia* defendit ne a corporibus extraneis laedantur, quae hac transire possunt, sed intestina quoque in motu suo peristaltico stimulat.

Motu vermiculari intestina acrimonia Bilis accelerata, intestina contenta deferuntur, & partes tenuiores magisque fluidae poris ventrum lacteorum aptatae ab iis absorbentur, & crassiores lentius moventur, donec plurimis impedimentis in valvulis conniventibus superatis, Chylus tandem absorbetur, & reliquae, non nisi vera excrementa, aptae sunt solum fedè dejecti.

Motus iste intestina vermiculari alterna Fibrarum longitudinalium & transversarum contractione (App. Fig. 39. 40.) peragitur, quae eodem tempore massam digestam per *Fistulam* intestinalem deferunt chylumque in ostia vasorum lacteorum ad eum excipiendum aptatorum exprimunt; cujus progressus ab Intestinis, donec in massam sanguineam effunditur, proximè consideranda venit: actione harum Fibrarum reciproca & valvularum conniventium (Tab. 39. Fig. 2.) adpositione Chylus in vasa lactea cogitur (Tab. 16. Fig. 1.) unde, cessante motu peristaltico, non possumus ullum Fluidum ex Cavo intestina in eadem vasa cogere. Ulterior usus contractionis harum fibrarum *Lympharum* est, ut Chylus in itinere suo acceleretur, donec *Lympharum* derivata ab arteriis intestina ei miscetur, quod fit priusquam externam intestina superficiem relinquit; hac accessione Chylus diluitur & adjuvatur in itinere suo ad glandulas Mesentericas, in quarum cellulis secunda vice liquori *Lymphatico* ibi ab arteriis secreto miscetur, adeoque ad *vasa lactea secundae generis* deferretur. Haec vasa tubis similia, chylum inde deducunt, sese omnia in *Commune Receptaculum Chyli* evacuanti; cujus inventionem observationi *D. Pecquet* debemus: Hic *Lympha* ab inferioribus membris & partibus adjacentibus redit chylum miscetur (App. Fig. 11.) quod non solum utile est ad diluendum eum, verum etiam ad promovendum motum ejus & ascensum per *Ductum Thoracicum*, (Fig. 1b.) ad Venam subclaviam sinistram (Fig. 16.), ubi ductus iste contenta sua in principem sanguinis rivum evacuat. Si in hoc ductu consideraverimus varias ejus divisiones & anastomoses, instar venarum Testicularum, valvulas ejus numerosas ex inferiori sursum spectantes, situm ejus commodissimum inter Arteriam Magnam & Dorsum *Vertebrae*, una cum *Ductibus Lymphaticis* reducem a Pulmonibus fundentibus, aliisque partibus vicinis, omnia conjurare videbimus ad demonstrandam ultimam naturae artem, in promovendo arduum ascensum Chyli normalem usurpatam; qui ordo pulcherrimus exhibetur App. Fig. 11. & non potest quin aequè delectet atque admiratione adficiat.

Hujus succi animalis vestigia secuti donec sanguine excipitur, cum quo tandem circumfertur cuique assimilatur, ad sanguinem ipsum progrediemur, cujus motus circularis, varia Naturae artificia in ordinandis certis rationibus & consiliis secundariis, modus & causa contractionis cordis & arteriarum, Respiratio, cum tota *Lymphae Theoria* & in naturae ordine secreti glandularum sequuntur. Sanguis restituitur in superiore & inferiore *Venae Cavae* trunco in dextra Cordis auricula unitus, inde ejus contractione in dextrum ventriculum expellitur, cum cor in sua Diastole est; sed systole sua inde agitur in *Arteriam pulmonarem*, a cujus vasis capillaribus transit in extremitates *Venae pulmonaris*, inde quae redit, in sinistram Auriculam & ventriculum cordis effunditur: unde rursus systole in *Aortam* agitur, cujus ramis per totum systema corporis vehitur: sed cum ad arterias capillares pervenit, non ibi sistitur, verum in venas capillares similes transit, ac inde in ramos majores, deinde in Truncum *Venae Cavae*, denique rursus in dextrum cordis ventriculum. Interea tres valvulae Tricuspidales in Dextro (Tab. 22. Fig. 3.) & duae mitrales valvulae (Tab. ead. Fig. 12.) in sinistro cordis ventriculo reditum ejus impediunt in *Venam Cavam* & *Venam Pulmonarem*, & valvulae semilunares *Arteriae Pulmonaris* (Tab. ead. Fig. 14.) & *Aortae*, (Tab. 16. Fig. 13.) refluxum ejus in ventriculos prohibent. Quarum membranarum fabrica & positio solae pellicere possunt Inquisitores ad perfectam motus ejus progressusque notitiam.

Sanguinis circumductio primùm explicata fuit, & in Tractatu eo nomine scripto demonstrata, An. 1628. a *D. Harvey* nostro, viro singulari doctrinae & ingenii, ut omittam lites omnes, quatenus cognita fuit *Caesalpino*, *Columbo*, *Serveto*, vel ulli Dissectori aut scientiae studioso ultimi seculi. Modus autem quo hic animalis liquor in venas ab arteriis transmittitur, hactenus fuit inter aetna, & materiam disputandi praebuit. Sunt qui volunt hoc factum esse caeco quodam *Meatu* in partibus carnis inpercepto, torquentque sese vanis suis & ineptis explanationibus, quibus enervandis vel refellendis non immorabimur. Verum microscopis tantum profectum nuper ut jam finis hinc omnibus conjecturis incertis imponatur, cum oculis nostris vidimus venas & arterias non nisi unum esse Tubum inflexum, sanguinemque ab unâ ad alteram rivo continuo transire, quam vasorum sanguiferorum unitatem pari ratione concludimus ad totum systema sese extendere, quae de re vix dubitabant, qui seculum reputant quanta celeritate mercurius, alibique liquores ab arteriis in venas injecti transeunt, aut videbunt globulos sanguinis

hasce *Angustias* transeunt, & rapiditate incredibili in pinnis Piscium revertentes. (App. Fig. 4. 5.) quod inventum curiosum haberi debet non minimum Augmentum quod pars haec Historiae naturalis accepit.

Magna machina quae omnem hunc motum excitat, est Cor, (Tab. 22. Fig. 9.) cujus contractione elastica repetita, sanguis per totum systema arteriosum (App. Fig. 3.) in partes remotissimas agitur, compelliturque rursus iter suum continuare per venosos alveos. Haec vis elastica imprimis in Fibris ejus muscularibus sita est, quarum spiralis contortio (Tab. 22. Fig. 2. 3.) optimè a *D. Lowero* in libro suo de corde describitur; sed ejusmodi & Fibrae, quae magnae ejus Arterias constituunt, i. e. *Pulmonarem* & *Aortam*, plurimum adjuvant; & cor a corpore exemptum & arteriis suspensum, motum quam lenissimè impressum continuabit aliquamdiu, quod soli lenitati Truncorum Arteriarum quibus suspenditur attribui debet.

Cor est instrumentum primum, sed quae sit illa *Vis motrix* quae Fibras ejus ad contractionem adigit, est difficultas multo major, & unum ex naturae arcanis maxime abstrusum & non pervestigandum. Hoc respectu distant tempora nostra a machinis artificiosis, cum illa in se habeant perpetuum movendi principium, quod hisce nulla inventione humana tribui potest. Cor animalis, mea opinione, plurimum automatorum pendula refert, dum instar aliorum muscutorum movetur, sanguine *Ponderis* munere fungente. Observatio curiosa *D. Peyer* in *Parergo septimo* huic opinioni favere videtur; is nobis narrat, se magna cum voluptate vidisse cor suam contractionem renovasse, incipiendo in *Ductum Thoracicum*, partibus a morte rigere inspicientibus. Similis cordis motus a me plus vice simplici animadversus est restitui; inflando in venas canis, vel calidam aquam super id fundendo, vel manus volam adplicando, quando pulsare desistit.

Huc praeter, quantitates qualitatis sanguinis sine dubio aliquatenus huic facit, cum omnes morbi massam mutantem, eodem tempore motum ejus praecipitant & perturbant. In hoc casu, ut sanguinis actio, & vis in movendo corde explicetur, natura ejus consideranda est, partes constituentes, quasque subire potest mutationes. Fluidum hoc animalis ex duabus partibus consistit, aquosa & globulosa. Haec partium sanguinis distinctio nudo oculo manifestatur, postquam in aliquo vase stagnaverit, sed clarius microscopio in circumductione ejus in caudis & pinnis Piscium, aliisque partibus percipitur, ut in App. Fig. 4. 5. repraesentatur, ubi globuli in ejusmodi mixtura videntur in *Sero* natate. Cum autem sanguis in eo statu liquor sit heterogeneus, ex particulis variae molis & figurae confusus, motui intestino-subjectus sit oportet; verum magnâ rapiditate rivi sui per arterias & *Angustias* in extremis vasis sanguiferis motum ibi retrogradum non permittere differtur, donec in magnas venas pervenerit, ubi progressus ejus retardatur, spatio ampliore, & motus intestinus ibi incipit, qui major aut minor est, pro majore aut minore particularum congruitate. Haec sanguinis mutatio in contractionem cordis est accessio non contemnenda, & quamvis non sit causa efficiens primaria, tamen negare non possumus quin aliqua ex parte incitet, ut in febribus variisque aliis morbis videre licet, ubi tota massa acceleratur, & pulsus est crebrior.

Praeter has omnes causas, cerebrum truncis suis nervosis, crassis & tensis huc dimissis, quanquam satis solutis, huic actioni plurimum opitulatur. Et hoc in loco animadvertendum, non solum cordis, verum etiam totum nervorum systema, visceribus in *Thorace* & infimo ventre tributum, propagines suas numerosas admodum & tensas habere, utcumque in progressu suo a cerebro ad partes suas proprias laxi jaceant & liberi, quorum utrumque in causa est, quam obrem cum recipient, tum retinere factas in extremis suis impressiones. Haec facultas sese exercere incipiens dum *Foetus* est in *utero*, familiaris sit & naturalis, & ab hoc habitu maturo & agendi facilitate est, quod infantuli postea inter dormiendum aut ambulandum suo munere, eo nequaquam attendentes, fungantur. Sed hoc tantum obiter: si ex iis quae dicta sunt, sperare possumus indagando causas tam magni *Phaenomeni* certiores inventum iri, animo meo satisfeci, & quae inveniundo proposui tantum, iis excolenda relinquam quibus plus industriae atque otii est.

Antequam hoc argumentum dimittam, quaedam naturae Artificia satis insignia, quo melius circumductio procedat, nequeo quin animadvertam. Primum est, quod valvulae in variis venarum divaricationibus inter extremitates capillares earum & truncos majores ponuntur: haec membranae sunt ab interiorum vasorum tunicâ derivatae crescentis Lunae formâ seu literae C, quae erat antiqua Graecorum *Sigma*, & vulgò duplices sunt, cavitatem cor versus spectante, & sanguini huc fluenti cedunt, ut exhibetur (Tab. 23. Fig. 7.) si verò pondere suo, vel ulla alia causâ sanguis reverteretur, illi opponuntur, atque distentae reditum ejus a magnis truncis venarum ad minores prohibent, eodemque tempore sanguinem superincumbentem impediunt quo minus inferiorem premat; qua de re consule Tab. 23. Fig. 6.

Aliud naturae Artificium est, quod magna vis sanguinis refluus qui a variis trunci partibus alveis particularibus deferretur, non effundatur protinus & proximo alveo in rivum vicinum. *D. Lowerus* bene observat, Cor non esse positum in centro corporis, sed in gere ad partem ejus superiorem, quae est necessaria positio in ejus systole sanguis ad caput agatur majore vi quam requiritur ut ad pedes descendat, cui pondus ejus & fluida natura plurimum conferunt. Cum autem situm sit superiori parti cor adeo propinquum, ut duae tertiae partes totius fabricae videantur infra illud esse, eandem copiam inaequalem sanguinis inferioribus partibus

I N T R O D U C T I O.

tibus missam esse oportet, ratione habitū istius quae superiores petit. Idque confirmatum videmus conferendo diametros vasorum descendendum, cum ascendendum, cum illae multo majores sunt quam hae diametri. Haec sanguinis dispar ratio tanta systematis superioris cum inferiore conlata magnam in Oeconomia animali perturbationem minari videtur, sed huic incommodo, provida Auctoris naturae curā, succurritur, modo quem mox descripturi sumus.

Arteriae intercostales *App. F. 3.* quae ab inferiore systemate oriuntur, venis comitantur, quae sanguinem eis exportatum revehant, & in proximum magnum truncum, ut naturaliter solet in aliis partibus, non ingrediuntur, sed omnes in unum alveum, interdum duos, unitae sunt, & alveus iste ad latus *Aortae* ascendit, & sese in truncum *Venae Cavae* descendente evacuat; quod si in trunco ascendente insertus fuisset, tantum ponderis addidisset, ut sanguis non potuisset ad cor ascendere, quod nunc facile fit. Praeter hasc venas, venae quoque mammariae sese in subclaviam evacuant, sic ut omnis sanguis a *Parietibus Thoracis*, dorso ejusque musculis, perinde atque *Scapularum*, rursus ad cor per truncum *Venae Cavae* ascendente redeat, quamvis huc venit a trunco inferiore *magnae Arteriae*.

Simile Artificium notandum est in *Vena Portarum* quae sanguinem a stomacho, *Omento*, *Splene*, *Pancreate*, Intestinis & Mesenterio, illuc Arteriis Coeliacis & Mesentericis delatum, recipit: quae quantitas magna si in *Venam Cavam*, protinus infra *Jecur* & renes intrasset, pondus ejus tanto intervallo infra *Diaphragma*, adscensum ejus impedivisset; quare *Vena Portarum*, *Azygo Thoracis* haud ab similibus, ut supra notavimus, alio alveo omnem sanguinem sursum fert, & intra *Jecur* in extremitates *Venae Cavae* eum effundit, ubi diluitur & sanguine a vena splenica reduce propellitur, & postea in adscensu suo, contractione *Diaphragmatis*, adjuvatur.

Hoc loco mihi temperare nequeo, quin e via deflectam & conjecturas meas de *Usu* & officio splenis proponam; cum locum aliquem occupat in hac parte *Oeconomiae animalis*. *Arteria Splenica* non solum valde magna est habita ratione magnitudinis lienis, sed iter habet tortuosum ad eum satis insigne, (Tab. 36. F. 1.) unde possumus colligere, quod sicut quantitas sanguinis ad splenem delata est valde magna, ita impetus ejus plurimum minuitur. Deinde communicationes inter Arteriarum ejus & Venarum extremitates sunt maximae, ut patet subito exitu, quem invenit aqua ex una in alteram infusa, & inflatione venarum, quae facile fit inflando Arterias; tunc enim splen totus ejusque venae flatu distenduntur. *Lymphaticis* splenis ortos esse animadvertimus (Tab. 36. Fig. 1.) a *Vesiculis* ad venas ejus extremas, suaque contenta in glandulas lymphaticas vicinas fundere, unde ad *Receptaculum Chyli* feruntur: Nervi ejus per totam ejus substantiam distribuuntur, & tono ejus & succi nutritii ac lymphae ejus secretioni prospiciunt. Verum *Dissectores* haecenus, exactissima scrutatione, non potuerunt detegere ullum ductum excretorium ab hoc viscere exortum; & revera communicatio vasorum ejus aperta videtur convincere, nullum talem dari posse excretorium ductum, qui non manifestò adpareat. Praeterea absurdum esse videtur & naturā mirè provida indignum, succum ullum particularem hic in arteriis sepearare, qui protinus in venas funderetur; ac vix concipere possumus, quomodo sanguis mutaretur, ubi transitus ab una ad alteram tantum patescit. Praemissis hisce considerationibus, si proponatur Problema, qua mente atque consilio Artifex corporum nostrorum Maximus, partem ejus adeo magnam & insignem fabricavit, nullo in ea secreto fluido, praeter *lympham* & succum suum nutritium? Ex *Hypothesi nostra*, credo, poterimus satis bene respondere huic difficultati, utcumque invicta videatur & viros doctos ad incitas redegerit. Igitur mea fert opinio, splenem natura destinatum esse, tanquam diverticulum, ad excipiendum magnam partem sanguinis per venas in *Portam* referendam, sanguisque reditum illuc a stomacho, Intestinis, *Pancreate*, Mesenterio &c. delati promovendum: sanguis enim per innumerabiles harum partium glandulas ita lentè progreditur, ut crassus & motui ineptus redeat. Atque hoc necessarium videtur, ut nova sanguinis quantitas humore aquosa abundans, in hunc liquorem refluxum priusquam ad *Jecur* perveniret infunderetur, quo melius *Venae Cavae* extremitates transiret, & novus *Impetus* languido ejus motui ab itinere suo longo & tortuoso adderetur.

Hunc usum esse & Officium splenis puto, & videtur ad leges mechanicas huic negotio requisitas quadrare. Hujus opinionis novitas, spero, non oberit, quo minus a candidis & aequis hominibus benigne excipiatur.

Circulatione sic exhibita, ordo naturae nos ad *Respirationem* ducit, qua fertur sanguis a dextro cordis ventriculo ad sinistrum, & partibus requisitis imbuitur, ut ulterius perficiatur.

Respiratio est duplex actio, id est, *Inspiratio* aeris in Pulmones & ejusdem rursus *Expiratio*: tota fit dilatando & angustando *Thoracis* cavitatem.

Quo pacto *Cavitas Thoracis* augeri potest & contrahi, facile intelligemus, si ordo *Parietum* ejus ossorum (Tab. 27. & 28.) consideratur, & observatur costarum a Dorso *vertebris* positio descendens oblique, cum cartilaginosa earum connexionem ad *Os peritoris*, & positio & actio *Diaphragmatis*, ut explicatur Tab. 52. unde adparet, quando costae sursum trahuntur, & superficies convexa *Diaphragmatis* ad planum deprimitur, necessariò spatium inclusum augeri debere, contra plurimum angustari, quando costae deorsum trahuntur & superior *Diaphragmatis* superficies convexa versus pulmones, ut in novissimè memorata *Tabula* ostenditur.

Elevatio & *depressio* costarum propriis & communibus *Thoracis* musculis perficitur: uni ortum & terminationem ducunt a partibus quae ejus *parietes* componunt: alteri, utcumque ad partes alias pertinent, tamen hanc spectant potissimum: Musculorum *communium* quidam *principales* sunt, protinus hanc moventes, una cum partibus illis unde derivantur: Alii *Auxiliares*, qui corpora movendo contigua, magno motui peragendo conducunt: sic in *respiratione* violenta scapularum *elevatio* requiritur, sine qua *Musculi serrati* (Tab. 20.) qui a scapulis oriuntur (Tab. 29. V. W.) agere nequirent; inde fit ut *respiratio*, brachis agentibus, interrumpatur, propterea quod *scapulae* eo tempore omnes earum *musculos* exercent, (*serratos* imprimis Tab. 20.) ut stabiles redantur, & extensio *Vertebrarum Colli* fit necessaria, ut *Musculi Scaleni* (Tab. 18. BB.) costas superiores elevent.

Musculi *Thoracis* proprii sunt *Intercostales* externi & interni (Tab. 26. Fig. 1.) *Triangulares*, (Tab. & Fig. ead.) *serrati superiores* & *inferiores* *Postici*, (Tab. 28.)

Principales communes Musculi, sunt *scaleni* (Tab. 16.) *subclavii* (Tab. 20.) *Serrati Majores* & *Minores Antici*; (Tab. ead.) & *sacrolumbales*, (Tab. 29.)

Musculi *Auxiliares* sunt, qui *scapulas* elevent, & trahunt retrorsum, & spinam totam extendunt.

Cavitate Thoracis dilatata, ut supra dictum, aer ambiens per *Asperam Arteriam* in *Vesiculas* pulmonum irruit, totaque eorum substantia distenditur, quod *Inspirationem* dicimus.

In *Expiratione* Aer in *Vesiculis* pulmonum expellitur; in hac actione pulmones non patiuntur tantum ut in priore, sed *Bronchiorum* ligamentorum *Elasticitas* cartilagineorum eorum parvas supra se mutuo trahit & expulsionem aeris in *vesiculis* contenti conducit.

Haec alterna *Diastole* & *Systole* Pulmonum & *Thoracis* Pellsis habet similitudinem, cujus lateribus a se mutuo diductis, ambiens aer necessariò inter ea irruit & spatium vacuum implet; qui aer rursus inde expellitur, quom ad se mutuo latera accedunt.

Multae fuerunt causae quamobrem Auctor naturae organum pulmonarium fabricare voluit; per hoc particulae aerae transeunt in massam sanguinis, quibus rarefcit, attenuatur & aptus redditur ulterius subigi perficique; hisce *serum* lentum viscidumque sanguinis fit tenue, & toti massae motus conciliatur; quod in iis patet manifestò quos *Asthmaticis* *Rheumaticis* & aliis casibus urbem relinquere & coelum purius petere oportet.

Pulmones sunt medium iter inter duos Cordis ventriculos, per quod tota sanguinis massa vasa eorum sanguifera magna transit, eadem rapiditate & quantitate, qua illa omnium aliarum partium corporis, & ita magnam copiam *seri* sanguinis in *exspiratione* exhalant; unde accuratissimus D. *Tyson* inter glandulas eos recenset.

Haec alterna actio in qua *respiratio* versatur, est necessaria, ut sanguis pulmones transeat, quorum *Vesiculis*, si semper distentae essent aere inspirato, comprimerentur vasorum pulmonicorum extremitates; contra, *vesiculis* coalapsis, ab *exspiratione*, vasa eorum comprimantur; verum hac alternatione permeabiles fiunt extremitates & sanguis facile transit.

Alimentum a prima receptione donec in sanguinem vertitur, motum sanguinis ejusque per varios alveos circumductionem profecuti sumus. Debemus nunc varios liquores sive fluida ab eo separata in cursu suo contemplari. Omnes succi animales, excepto *Chylo*, a sanguine arterioso separantur, quae materia communis in cerebro & nervis percolata, contenta fibrarum eorum praebet; in glandulis oris & gutturis, *Salivam*; in *Mammis*, *Lac*; in renibus, *urinam*; in *Testibus*, semen, (ut omnittam sudorem, mucum artuum &c.) & per totum corpus, magnam vim *Lymphae*, quae nulli distincto usui assignatur in *Oeconomia animali*, verum in magnam cisternam sive receptaculum *Chyli* & *Venam* subclaviam effunditur, & sanguini refluxo miscetur.

Doctrina secretionum est ultima & sola pars functionum naturalium, quae ad conservationem & subsistentiam individui pertinet, superest. Quod enim ad naturam & proprietates horum liquorum, usum & officium, & fabricam particularem hosce percolando, illos excludendo idoneam, attinet, lector, ad instrumentorum descriptionem referendum est; hic enim contenti erimus theoria *Originis Lymphae* & secretionem in genere.

Notitiam hujus liquoris animalis *Lymphae* vocati, & ductuum eam deferentium, *industriae* & *inquisitionibus* praesentis seculi debemus. Verum an *Rudbeckius*, an *Bartholinus*, an D. *Folovius* nostras laudem hujus inventiones referre debet, mihi non sumam decidere. Sed ortus, cursus, & alia nonnulla de horum ductuum usu, & naturae consilio in illis fabricandis, haecenus non perfecte demonstrata sunt. Quidam volunt ductus istos a nervis derivari, alii a membranis & partibus musculorum tendinosis; sed haec ineptiae non sunt seriò refutandae.

Malpighius vir diligentissimus in *Epistola* sua ad *societatem Regiam* sollicitè inquit, an ductus sint excretorii qui succum in glandulis conglobatis secretum efferant, cum nullae sint ex iis glandulae, utcumque minutae, quibus desunt *Lymphae* ductus, aequè ac nervi & vasa sanguifera. Variis observationibus praemissis, a glandulis minoribus *Surculos* minutissimos & vix visibiles oriri statuit, qui postea ununtur aliis ab aliis glandulis oriundis, majores truncos constituentes, itaque procedunt donec sese in communem *Chyli* cisternam evacuant. Neque causas reque experimenta, quibus vir ille curiosus suam opinionem statuat, repetam, quae huc redit praecipue, quod in hosce ductus profecundo, non possumus vel diligentissima scrutatione, vel ulla arte haecenus cognita, illos ulterius indagare. Sed pace tanti viri dixerim, mecum illi non convenit in hac re, & causae forte, quas proponemus, me dissentientem tuebuntur, eodem

I N T R O D U C T I O.

eodemque tempore clariorem & certiore de origine istius Fluidi rationem exhibebunt.

Glandulae, oportet fatear, plurimum *Lymphae* praeparationi conducunt, in tantum ut ne unus quidem Lymphaticus cursum suum absolvere possit quin illas tangat; eoque plus necessariae videntur, quandoquidem alios videmus Lymphaticos, transeunte ductu principe, varios tamen ramos ad latus emittere, qui sese in glandulis istis inserunt, hincque remissi priori trunco junguntur (App. Fig. 14.) Praeterea hi Lymphatici qui glandulas intrant, saepe in varios ramos dividuntur, & rursus exeunt divisi, & sibi invicem accedentes, in unum rivum coeunt, ibi Fig. 13. Tamen, utcumque utiles sint glandulae, eas neutiquam originem illorum puto.

Glandulae Mesenterii, Lacteos qui advehunt, & alios qui effertur *Chylum*, habent. Atque horum vasorum rationem omnino similem reperimus; omnis enim Lymphatica glandula, haecenus a nobis explorata, duabus hisce ductuum speciebus instruitur; una advehente, altera efferente *Lympham*; unde verisimile, cum minores fabrica sua non differunt a majoribus nisi sola magnitudine, quod transmittant *Lympham*, non illi originem praebant: quod eo amplius patebit, cum magnam communicationem quae inter illos & vasa sanguifera intercedit, consideraverimus.

Horum Lymphaticorum prima origo & extremitates adeo subtiles sunt & tenues, ut oculorum aenem, microscopio etiam adjutam fugiant: quare conjectura agere necesse est. Arteriae & venae, ut supra demonstravimus, est tubus continuus & reflexus: illud verum esse, in partibus animalium pellucidis (App. Fig. 4. 5.) sensus nostri docent, eandemque continuitatem per univertsum corporis systema servatam esse, nemo ratione praeditus, qui naturae uniformitatem perspectam habet, quam minimum dubitare potest. Quemadmodum itaque haec vasa cum se mutuo communicant & transitum celerem aeri, tinctis liquoribus, Hydrargyro &c. in se mutuo permittunt, sic iisdem comperimus experimentis ea habere excretorios ductus, & vice versa: hi liquores quos post mortem in ductus excretorios infundere possumus, ab iis in vasa sanguifera & Lymphaticos transibunt, quod experimentum retuli (Tab. 43. Fig. 5.) contra illos qui valvulas in initiis ductuum excretorios esse volunt.

Ab hisce experimentis demonstrativis & manifestis, veram originem Lymphaticorum esse ab extremitatibus vasorum sanguiferorum, concipere possumus, eorumque officium *serum* superfluum referre, quod in arteriis magis abundare, quam forte in venis debet, ubi lentius movet, & multo majori copia. Hic ortus *Lymphae* adhuc magis patebit, si quasdam conditiones vel habitudines corporis consideramus; cum *Grass* sanguinis depravatur, aliquae ejus partes hac via transeunt, eoque *Lympha* tingitur, sicut accidit, aqua per arterias injecta post mortem, superflua parte aliqua sanguinis in vasis; Lymphaticos sanguine aquoso repletos videbis.

Haec *Lymphae* ductuum ab extremis vasis sanguiferis origo non protinus, credo, tota est ab eorum lateribus, ut tuborum secretorios esse putamus, (App. Fig. 7.)

Sed duplicem habent originem, unam ab arteriis extremis, alteram a cellulis sive tubis qui nutrimentum partium unde oriuntur, continent: hinc non solum *serum* sanguinis in arteriis superabundans, priusquam pervenire possit in venas, effertur, verum etiam succi nutritii superfluum cum *Lympha* revertitur.

In illis partibus ubi transitum sanguinis inter arterias & venas valde patentem invenimus, ut in splene, & *Pene*, *Lymphae* ductus a *Vesiculis* oriuntur, ut in illo *Neskius* accuratissimus, & ego ipse in hoc observavi. Similem horum ductuum originem in Venis *Testium* & *Ovariorum* observare licet, per quos sanguis redit paullulum sero suo spoliatus, ut partes ejus globosae facilius in venas, minori *seri* copia addicerent.

Hi ductus sese in *Vesiculas* glandularum suarum evacuant, ut demonstratur (App. Fig. 13. 14.) unde ductus efferentes oriuntur, qui *Lympham* ad proximam glandulam sive ductum Thoracicum ducunt, (App. Fig. 11.) & ita porro ad venam subclaviam. Ad hunc modum cordis systole *Lympham*, *Chylum* & succum nutritium propulsum invenimus, eodemque ritu omnes secretiones fluidorum animalium fiunt.

In Figura septima nostrae *Appendicis* Tubos secretorios a venosis oriundos, aequè ac praeter arteriolam sanguiferi alvei ante ejus inflexionem exhibuimus; quoniam transitum a Venis in ea vasa reperimus; tamen, ut puto, oriuntur maximam partem ab arteria, ubi incipit conica fieri, & vasis latera nixibus propulsi sanguinis pressionem magis rectam sustinent quam in extremitatibus suis cylindricis, & particulae poris suis aptatae in tubos ab iis ortos propelluntur.

Hoc modo satis bene explicantur origo *Lymphae* & secretionis ratio. Verum quare *Saliva* in parotide, maxillari, & glandulis sublingualibus, Bilis Jecinoris, urina renum &c. feceruntur, ab earum fabrica singulari deducendum est; mirum enim quantum possunt in hisce operationibus, magnitudo, figura pororum, & variae arteriarum dispositiones. Sic arterias *Testium* observare possumus longum iter habere & flexuosum, & contra consuetum naturae modum, minores esse in suis originibus ab *Aorta* quam in truncis suis, postquam aliquantum descenderunt, ut notavimus (Tab. 45.) quod *Imperium* sanguinis minuit priusquam ad *Testes* pervenit.

Contra fluxus sanguinis ad renes, propter emulgentium magnitudinem, & iter rectum & breve, velocissimus est, magnamque fundit vim urinae brevi tempore ab aquarum acidularum usu

& potatione alia larga, cum interea quam tardissime fuit in glandulis salivalibus, *Pancreate*; Jecinore, &c. Plura hic commemorare superfedebimus; quia Lector, spero, adhibet Tabulas & ea quae de Instrumentis proposuimus.

Finito sermone de primo ordine functionum naturalium ad secundum progredimur, ad propagationem scilicet specierum; quae natura in duas partes dividitur, generationem & accretionem, sive in formationem *Foetus*, & quibus modis quibusque gradibus ad statum adultum pervenit. Cum corpora animalia fluxa sint & caduca, rerum Opifex ea facultate propagandi imbuit, iisque systema Instrumentorum continuandò species suas idoneorum dedit, ut nova suppeditentur individua. Ab Instrumentorum differentia sexuum differentia nascitur.

Omnia animalia in Vivipara & Ovipara fuere divisa, donec D. *Harveius*, demonstrando omnia animalia ab ovis originem traxisse, nisi quod in uno *Foetus* intus perficitur, in altero extra matris uterum, distinctionem sustulit. Haec magni viri doctrina dissectionibus crebris, observationibus & experimentis *Dissectionum* posteriorum plenissime evicta fuit: nullae species volucrum, piscium & quadrupedum hisce carere inveniuntur: *Foetu* nonnumquam in meatu inter *Ovarium* & *Uterum* invento, *alveolis* vacuis a graviditate in Ovariis omnium animalium satis manifestis: ut nemo dubitare possit quin existant, & perfecta sit similitudo inter *pullum in ovo* & *foetum* in utero. Sed hic distinguendum inter partes essentiales & constituentes, & alimentarias & accessorias. In *cicatricula* tantum in Ovis volucrum sedent *Foetus* rudimenta, dum interea *Vitellus* & *Albumen* nutrimentum ejus praeparant & suppeditant: *lobis* & *plantulae seminali* in seminibus vegetabilibus quam simillima: *Vesicula seminalis* seu *ovum* in Feminarum testibus &c. repertum, omnimodo *cicatriculam* refert: & partes aliae sunt inutiles, quia *Foetus* alimento nutritur a corpore materno. Ex quo reperta sunt haec ova, antiqua doctrina, quod *Foetus* ex commixtione masculini & feminini seminis formabatur, repudiata fuit ab omnibus; & liquor qui in posteriore ab omnibus feculis semen habebatur, deprehensus est tantum materies mucosa, a glandulis *Vaginae* (Tab. 51. F. 3. C.) secreta & extra corpus evacua; quae in equis, vaccis, multoque pluribus animalibus majori copia est, quam quae in *Testibus* contineri potest.

Quaquam generatio ex *Ovo* jure merito haberi potest hodiernum Dissectionis augmentum, tamen non profus fugit *Hippocratem* sagacissimum, qui in libro de *Natura pueri* docet Embryonem a conceptione inclusum esse membrana, exacte Ovum sine putamine referente, et *Umbilici* & *Placentae* alià cum *plexu* vasorum sanguiferorum rudimenta describit & liquorem *Amnii* pellucidum eodem modo ac exhibetur (Tab. 57. Fig. 2.) Hanc observationem accuratam se fecisse narrat ab abortu arte procurato sex dies a conceptione, ut famae puellae non nimis caecae confuleretur; locus hic notabilis, licet raro notatus, mihi a D. *Fern. viro summi ingenii* indicatus est. Ejusdem fere aetatis aut paulo majoris, *Hippocratis* descriptioni similes sunt secundinae, quas D. *Hannus* vir doctus inter alia sua anatomica conservat.

Hisce *Ovis* inventis, *De Graaf* alii que feliciter sese in ejusmodi inquisitionibus exercitarunt, sententiam stabilire coeperunt, feminam solam materiam *Foetus* suppeditare, & marem vi sua eam animare. Haec opinio, quae multum dignitati sexus masculini detrahit, invaluit donec D. *Leeuwenhoek* auxilio microscopii exquisiti, quem bene secutus est D. *Melling*, innumerabilia animalcula in semine masculino detexit, & nobili hac inventionem, eodem tempore dubium sustulit, & multum Theoriae generationis adjecit: in Epistola sua ad *Societatem Regiam*, eam certiore facit, sese observasse in ranæ Testiculis numeros horum *animalculorum* incredibiles, tam exilium, ut millefimam partem capilli unius non superarent, cum majore capite, ratione habita reliqui corporis, huc illuc variè moventium; invenisse se eadem in omnium animalium Testiculis, quae insperasset; & in altera Epistola, narrat illis, se in lactibus *Afelli* multo minora invenisse, ac plusquam decem millia huc illuc natantia in spermatis portiuncula, arenulam non superante; & gestiens, calculo inito, numerare omnia animalia in *Lactibus* hujus piscis contenta, superare, ait, decies numerum hominum in Telluris superficie. Ab uno ex hisce *animalculis* numerosis fecunditatem provenire putat, post coitum, per foramina in lateribus *Ovi* immisso, & in *cicatricula* hospitante, quae apta redditur illud excipere & nutrire.

Ab hac stupenda inventionem patet nullam *Auram seminalem* sive influxum materiae actuosae & spiritalis *Foetum* deformare, *Malpighii*que observationem illustrari, ante coitum nulla *vestigia pulli* reperiri potuisse, tamen paucis post horis visibilem fuisse & distinctum. Breviter igitur propofita materia, ad ordinem & progressum generationis procedamus: ab initio, ad *Foetus* perfectionem in utero, ejusque exclusionem, indeque ad aetatem adultam, sive statum speciei naturae praescriptum.

Arteriae Spermaticae in viris sanguinem ad *Testes* deferunt, in quorum convolutionibus praeparatur & ducitur per *vasa deferentia* ad *Vesiculas seminales*, ubi residet, donec, tempore coitus, in *Vaginato Uteri* injiciatur. Modum erectionis *Penis*, illum ad applicandum ligamentum *Ossium Pubis* transverio per *Musculos Erigentes* & *Corporis Cavernosi Urethrae* contriotionis per *Musculos Acceleratores*, ne sanguis refluat, & bulbus corporaque cavernosa inflectatur, repetere hic praetermittam, hocce artificio satis ample descripto in *Appendice ad Myotomiam* nostram Reformatam.

Semen in *vaginam* muliebrem injectum ad *Ovaria* detertur per ipsum uterum & tubas Fallopianas; quae, tempore coitus, propter structuram reticularem, inflantur & arctè illa amplectuntur.

Quo

I N T R O D U C T I O.

Quo modo Expansiones foliatae tubae Fallopianae sinistrae Ovarium ab eodem laterè amplectuntur, descripsimus, & distenduntur a sanguine a Vagina reduce, quarum venis in coitu a Pene compressis, sanguis omnis, vel saltem maxima pars ejus, ascendit per venas spermaticas quae cum Hypogastricis anastomoses habent, & tubae distentae ligamenti Uteri latis incurvantur, & Fundo Uteri dislento quoque, ac aere externo eodem tempore Pene excluso; Semini liber transitus ad Ovarium relinquitur. Hoc magis arduum tanquam iter magis compendiosum, quam aliud vel per totam massam sanguineam, quod mea opinione, nimium illud mutaret, vel per substantiam Uteri porosam, ut volunt alii. Ac nullus video quare quisquam non crederet animalcula illa poritum quendam in membranis externis pertransire posse, ut in ranis fit, in piscibus &c. ubi ejiuntur Ova priusquam a mare foecundantur, potius quam existimaret illa per arterias spermaticas, a variis circumductionibus per totum corporis systema, ad Ovarium deferri. Iter illud rectum & compendiosum plurimum confirmatur a conlatione specierum partium harum uterinarum in volucris, praesertim gallinis.

Unum vel nonnunquam plura Ova forte simul foecundata distenduntur, Pedunculos rumpunt, quibus adfiguntur, Folliculisque relictis in Tubam Fallopianam transeunt, quae ovi ductus in avibus referens ea excipit & ad Fundum uteri defert. Modus quo deferuntur, non minorem artem mechanicam sapit, quam pleraeque in Oeconomia Animalium operationes; nam ut Penis intumescens in extremo suo primum remittit, ita hic sese res habet, & propterea Ovum in se contentum ad Fundum Uteri propellit. Ovum huc dilatatum fluctuat aliquandiu non fixum, & adpositione sola alitur, donec tandem quaedam ex vasibus ejus incipiunt germinare, & cum vasibus Uteri per oscula communicare. Arteriae Ovi sese in venas Uteri protrudunt & vice versa Venae in arterias, & ab hac mutua vasorum communicatione Placenta conflatur.

Placentae interventu & vasorum Umbilicalium Foetus sanguinem a matre accipit, atque circumductio communis continuatur, cujus singula, & cursus ejus differentia in circuitu post partum in sequentium Tabularum demonstratur Explicationibus.

Alimentum ad Foetum nutriendum succus chylum referens, a glandulis Placentae secretus, videtur esse in Aërii capacitate repositus (Tab. 55. 58.) & in secundo & tertio mense est satis magna copia, Foetusque ore capere eum incipit per tempus aliquod ante partum, unde ad stomachum & intestina deferuntur, partimque in Chylum & vasa sanguifera transit, secundum naturae methodum consuetam in adulto; partim in excrementa quae in intestinis Foetus reperimus, nonnunquam in liquore Amnii fluitantia. Praeterea Mamillae natorum recentium sexus utriusque lacteum liquorem & aquosum continent, qui in liquorem Amnii evacuatur.

Post novem menses Foetus in utero ad tantam magnitudinem pervenit ut propter spatii angustias & inopiam alimenti molestia affici non possit non. Praeterea Feces ab ano dejectae contenta Amnii polluant & Foetum molestant, qui crebris & validis nixibus, Placentam concutit, & vasa tenera rumpit, quae eum utero committunt; quibus conspirantibus, necessario parturitus sequitur.

Secundinis remotis, simulac natus os aperit, aer ambiens in pulmones inruit & vesiculas aëreas distendit, quae postea aliquo modo inflatae permanent, quia extrema bronchia quae in illis aperiantur, multo sunt minora quam ipsae Vesiculae, & pars quaedam aëris semper in iis manebit; unde majorem levitatem specificam acquirunt, & in aqua natant. Vasa pulmonica sanguifera ante partum clausa truncos & ramulos extendunt, & sanguinem pertransire patiuntur; Foramen Ovale & Canalis arteriosus cum propulso sanguine non sint in directum posita; haec itinera procedente tempore obliterantur, omnisque sanguis a corde dextro transit in pulmones priusquam ad sinistram pervenire possit. Hae mutationes Oeconomiae post natum Foetum contingunt in aere externo.

Modo generationis & partus proposito, una cum mutationibus quae partum comitantur, considerabimus proximè, quibus modis Nutritio & accretio perficiuntur, vel quibus gradibus procedunt paulatim a tam parvis initiis ad justam ejus molem & mensuram: satis constat corpora animalium nihil aliud esse ac compagem vasorum, omnesque eorum partes in Ovo foecundato extitisse, quae accedente nova materia distenduntur & sunt visibiles. Unde inferre possumus, corporis incrementum in extensione tuborum, vasorum, & cellularum simplicium consistere, quae cum amplius non possunt concedere particulis nutritiis, ut in fibrarum parietes eorum componentium interstitiis reponantur, neque supersunt in lateribus vasorum Ostiola per quae fluida sibi viam inveniunt, corpus ad ultimos limites incrementi sui pervenit. Haec intensio & contiguitas fibrarum quae non ulterius partibus nutritiis concedunt, magnitudinem animalium statuunt, eodemque modo possunt explicari diversae magnitudines ejusdem speciei individuum. Ad hunc modum ossa ad justas suas mensuras perveniunt, & stabilitatem & figuram suam conservant, quorum accretio aliaque accidentia a vitis contractis, optimè a D. Havers in sua Osteologia explicantur. Sed praeterea non solum incrementum sensum & formantur Tubi & vasa, verum etiam opus est fluidis ut plenitudo conservetur, & reficiantur perpetuo sanguis & humores ne collabantur; sic in Atrophia summa macies & tabes manifesta non aliunde quam a fluidorum debitorum inopia proveniunt, quibus arteriae, venae & Lymphatici ductus, aliique corporis alvei in debita distensione conservantur.

Fateari oportet salem corrosivum quando sanguis vitiat & conrumpitur, partes organicas stables posse consumere, ut in spina ventosa & similibus, ubi ossa interdum, quod ipse in uno ex digitis vidi, penitus dissolvuntur, illacis interim externis inte-

gumentis; sed hoc in casu, contra ac in altero, damnatum est irreparabile. Hinc adparet distinctio necessaria inter accretionem & nutritionem, cum una sit partibus organicis accessio, nova materia sese in fibrarum interstitia insinuante, ibique remanente; altera tantum proprii pabuli suppeditatio fluidis, ut in justa ratione & temperie conferventur; illa fixa & permanente; raroque per totum vitae curriculum mutata; hæc fluxa perpetuo & successiva; hinc succi nutritii superfluum, in propriis tubis cellulisque non retentum, in Lymphatica refundi debet, ut ad massam universam redeat; quomodo fiat intelligi potest ex Fig. 6. Appendicis.

A Naturalibus ad Animales functiones transimus; Cerebrum & systema nervosum Medium esse commune omnium sensus omnisque motus, est extra controversiam; verum quomodo impressiones ab organis externis ad sedem animae perveniunt, & vice versa a sede animae ad organa, & quomodo substantia materialis afficere potest immaterialem & ab ea affici, obscurum est vixque percipi potest.

Quare praetermissis omnibus precariis hypothesibus, ea tantum describam quae vera sunt & indubitata, libertate lectori relicta quodlibet struendi Systema. Sedes sensus est in cerebro cujus productiones nervosae sunt corpora, quae inter illud & organa interjacent super quae objecta externa agunt. Quando impressio ab objecto facta est & in organum sensus recepta, eodem signo, agitatione nervosarum expansionum continuorumque truncorum ad sensorium commune perfertur. Hoc habent homines cum Belluis commune; & Cartesio audit gradus primus sensationis: alter est animae perceptio huic motui attendentis, quae protinus primum sequitur propter connexionem intimam animae cum sensorio communi. Tertius omnia judicia quae occasione motuum formamus, complectitur. Inde sequitur; omnia objecta corporea tantum posse a nobis percipi, quatenus nervos expansos afficiunt in his aut illis organis. Haec in genere est sensationis notio, quantum sine commento aliquo particulari explanari potest.

Antequam ad sensus externos veniamus, pauca de cerebro nervisque in genere proponemus: Cerebrum (Tab. 10 Fig. 1.) Cerebellum & Medulla spinalis (Tab. & Fig. 16.) ex duabus partibus manifestè conflantur: Una coloris est cinerei super Cerebri atque Cerebelli superficie, quae Corticalis & pars glandulosa dicitur; altera sive interna, albior & clarior, pars medullosa; callosa, sive fibrosa adpellatur: Ordo hic in Medulla spinali invertitur, ubi pars externa callosa est & alba, ejusque interna mollis & cineracea. Pars cineracea sive corticalis Cerebri propter gyros & anfractus notanda est, quos Pater profundè dividit intra corpus Cerebri: (Tab. 10. Fig. 1. G.) unde patet maximam illi esse superficiem. Quod observare est etiam in Cerebello; cujus sulci externa specie a Cerebri sulcis discrepant, & secundum longitudinem in lineis parallelis procedunt; ut in Tab. 7. Fig. 2. exhibentur. Praeter partem cineraceam Cerebri in sua superficie, habet etiam alia corpora cineracea sive Protuberantia in Corpore Calloso; ut Corpora striata, (App. Fig. 30. ΔΔ) Nates & Testes (Tab. 10. Fig. 1.)

Sectione Cerebri horizontali, partes ejus corticales & medullosae adparent, ut in App. Fig. 30. sectione Cerebelli transversa posteriores intra priores more arboris adparent (Tab. 10. Fig. 1.) Color cinereus partium cerebri corticalium a numero & contortione vasorum sanguiferorum, quae in parte callosa albaque procedunt secundum fibrarum longitudinem, oritur.

Superficies partium corticalium contemplata, magno parvarum glandularum numero figurae Ovalis depressae conflata videtur: ab harum quae fibrae medullosae oriuntur quae partem callosam constituunt; quae omnia Centrum Ovale Vieussenii (App. Fig. 30. nn.) faciunt, priusquam Crura Medullae Oblongatae, (App. Fig. 29. BB) componunt. Sic progressae fibrae Cerebri medullosae Nervis Opticis & Olfactoriis origines praebent: Ad conjunctionem Crurum oritur par nervorum tertium App. Fig. 28. 3, 33. brevi post processum annularem sive pontem Varolii, qui partim oritur a Cerebello, (App. Fig. 28. 55.) & cum cruribus conjungitur. In hac parte conjunctionis partium Cerebri medullosarum cum processibus Cerebri variis, quartum, quintum, sextum & septimum nervorum paria oriuntur: Et ad initium Medullae oblongatae, unde Octavum & nonum paria nervorum oriuntur, omnes partes Cerebri & Cerebelli medullosae uniantur; ubi partem cineraceam cerebri licet in ejus medio, ut adparet in App. Fig. 29. dd. Haec inversio ordinis partium callosarum cineracearumque per totam medullam spinalem obtinet.

Ex eo quod supra observatum est, patet superficies partium Cerebri & Cerebelli corticalium multo majores esse quam medullosarum: quare singula glandula quae illas conflare debet, majori sit necesse est diametro quam fibra medullosa quae ab ea oritur; cum enim perspicuum sit superficies medullosarum partium Cerebri & Cerebelli multo esse majores quam postea in Medulla Oblongata, fibrae illas constantes necessarii debent esse crassiores in diametris suis ad singulam glandulam, quam postea in progressu ad nervorum principia, ubi plurimum contrahuntur, & apicem confluunt.

Hic non praetereundum est animadvertere, omnes fibras istas medullosas in genere, quibus motus fit, & organa tactus & gustus, plurimum ad nervorum initia contractas esse extra corpus Cerebri & Medullae spinalis; contra fibras medullosas organorum visus, auditus, & olfactus, contractas esse sive conorum suorum apices intra corpus cerebri habere: Sic fibrae nervosae quibus motus fit in genere, & illae quae a contactu objectorum crassiorum moventur, inter origines suas & varias divaricationes minuuntur extra cerebrum; verum illae quae lumine & aere afficiuntur, intra cerebrum. Quatenus adhuc observare potui microscopio fibrillas

I N T R O D U C T I O.

nervosas, five *Corporis Calli* cerebri, five corporum nervorum ipsorum, compagine reticulata fibrarum concinnantur, quae in posterioribus globosae adparent; sed in prioribus five *corporis callosi* (propter sectionem minus accuratam, vel partem ejus pellucidam tenuem divisam super objecti lamellam expansam) adparent fibrilla reticulata, & *retis* ejus interstitia ex variis angulis constituta. Haec systematis nervosi fabrica subvertere videntur eorum sententias, qui functiones animales ex motibus spirituum protinus a cerebro derivatorum & per alveos nervosos transmissorum, pendere statuant. Hic tantum ante oculos lectoris ponemus formam anatomicam organorum externorum sensuum, & quomodo objecta illis inpressa ad *sensorium commune* deferuntur ostendimus, ut fabricam cerebri elegantem contempletur, cujus artificium singulare haecenus exploratores sagacissimos latuit.

Quinque sensus externi, sunt totidem species perceptionis diversae a corporibus organis suis applicatis; vel sine medio, ut in Tactu & Gustu; vel per Medium proprium, ut in olfactu, auditu & visu. Sensus tactus per totum corpus extenditur, paucis partibus exceptis, ossibus, cartilaginibus &c. sed sedet praecipue in vera cute. *Cuticula* (Tab. 4. Fig. 1. 2. 3.) quae commune integumentum est totius cutis superficiei, remota, quaedam papillares protuberantiae in conspectum veniunt, quae microscopio contemplatae (Tab. 4. Fig. 6.) ex multis subrotundis glandulis sudoriferis constare videntur, ingente *fibrillarum* nervosarum numero super superficie illarum expansio: superficies haec papillares inaequalis necessaria est ut *fibrillae* plus expandantur & objectis tangilibus adplicentur; ita ut figura, modificatio, aliaeque qualitates manifestae discerni possint, & impressiones ad commune sensorium perferri, interveni nervorum. Cum extremi digiti ac pollices, multas ob causas, partes sunt necessariae quae exquisita sentiendi facultate donentur; ideo ordinarum *papillarum* convertitur & contortus adparet, insit *rugarum* sub *cuticula*, ut in novissime memorata Tabula, Fig. 4. cernitur. *Cuticula* hic, aequae ac in aliis cutis partibus, *medium* necessarium est inter objectum & Organum; sed quum crasse sit admodum, ut in laboriosis quibusdam Operis, impedimentum sit. Propter ingentem horum nervosorum filamentorum numerum, si qua solutio fiat continuitatis in cute, major sentitur dolor, quam in plerisque partibus ejus subjacentibus.

Linguae fabricatio, papillaris ejus superficies, & modus quo objectis adplicatur, magnam habet similitudinem cum cute modo descripta, in tantum, ut quidam sensuum *speciem* putarunt. Hujus partis structura, aequae ac integumenta & corpora papillaria exhibentur Tab. 13. ubi Fig. 2. membranam externam ostendit, in qua corpora papillaria subjacentia variè figurata adparent, quaedam conica, alia rotunda, alia cum extremitate furcosis. In quibusdam animalibus haec *Papillae* sunt, externè magnae, & extremae corneae sunt, & cartilaginosae, sed in linguis humanis longè aliter, ubi exterior membrana admodum mollis est, *papillae* numerosae & exiguae, & inermi oculo villosae adparent. Linguae fatis coctae hac membrana levata, quae proximè in conspectum venit, magis spongiosa est, mollior & valorem sanguiferorum plena, Tab. 16. Fig. 6. 7. Haec multis *papillis* nervosis perforatur, protinus sub ea positae, (Tab. 16. Fig. 8.) quarum apices postea *vaginulis* membranae externae excipiuntur. Haec *papillae* carnosae linguae fibris adhaerent, variis modis & figuris, ut supra notatum. In interstitiis harum *papillarum* variae glandulae salivales locantur, quarum tubi excretorii sese per quasdam aperturas evacuant; (Tab. 16. Fig. 2. GG.) inde integumentum villosum linguae humectatur, & particulae saporosae paratum aditum habent ad *corpora papillaria*, quorum expansiones nervosae in sua superficie, ut cutis expansiones nervosae, varias impressiones ab objectis variarum figurarum ad sensorium commune interveni *partis quinti* transmittunt. Sic fabrica externarum linguae partium eadem est atque cutis, nisi quod illa in corporibus humanis vestita sit membrana molli & tenuissima, *papillis* numerosissimis, minoribus & magis protrusis five longioribus, haec vero membranam five *cuticulam* crassiore, papillis majoribus, brevioribusque. Hinc lingua videtur esse Organum tactus exquisitum. Tamen sensus gustus in lingua situs est inprimis, ad quem tamen referenda sunt Olfactus Organa, cum experientia docemur illum non posse esse perfectum, ubi hic deficit.

Instrumentum Olfactus non in cavis narium solummodo continetur, verum etiam ex magna admodum membrana glandulosa, nervosaeque similiter in cavis *Ossium Frontis* (Tab. 89. Fig. 1. 16. Tab. 91.) Paris quarti *Ossium* malae, (Tab. 92. Fig. 1. E.) & in illa parte *Ossis Sphenoidis sellam* constituyente *Turricam* (Tab. 89. Fig. 2.) extensa componitur, quae omnia in *Foramina Narium* aperiuntur. Praeter haec Cava, nares diversis *ossibus spongiosis* instruuntur, descriptis Tab. 92. Fig. 1. H, super quibus eadem membrana expanditur. Haec membrana maximam partem extremis nervis olfactoriis componitur, & est istius sensus organum, quod impressionem effluviolorum odoriferorum, vel in inspiratione, ut in propria efficiendi actione, vel expiratione, ut in gustando, quod accidit in masticatione aut deglutitione alimenti, excipit. Quod innumus de gustus & olfactus conspiratione, aliquantum patebit si vulgarem morem comprimendi nares ut gustui nauseosa vitemus, consideraverimus; & quando *Foramina Narium* partim obstitantur ab excepto frigore, quam parum rerum nonnullarum sapes internoscimus, praesertim odoriferarum.


Instrumenta quarti sensus externi sunt duae aures per quas varii soni in ambiente aere excitati communi sensorio repraesentantur. Auris externa five *Auricula* (Tab. 12. Fig. 1.) ex cartilagine *cuticula* five *cute* obducta componitur: cujus multa contorta involucria recipiendo aerem externum undulantem aptata sunt & ad

meatum auditorium transmittendo. Iter flexuosum *meatus* de industria factum videtur, ut incommodis praeveneretur quae possent oriri, si aer nimis recto itinere ad *membranam Tympani* inrumpere violenter, in ejus extremo sitam: (Ap. Fig. 15. e) Eandem ob causam *Cerumen* ex numerosis glandulis in membrana *Meatus* secerni videtur, ut motus ejus infringeretur. Aer sic transiens *Meatum*, *membranam Tympani* plus aut minus concutit, ratione habita impressionum variarum in ea factarum *extrinsecus*: Processus mallei longus (App. Fig. 15.) huic membranae contiguus, necessario movetur; ideoque *Incus* quae cum malleo articulo connectitur, (App. Fig. 16. H. I.) & *stapes* qui cum *Incude* articulum facit, *ossis orbicularis* interveni, (App. Fig. 17. H. I.) a se mutuo ordine moventur: neque motus tremuli ab aere externo *membranam Tympani* agitent, nisi cavum Tympani ipsius aperturam haberet, ut aer contentus fluctuaret, quemadmodum neque ipsum Tympanum bellicum, nisi in lateribus perforaretur. Propterea meatus a Palato ad *Tympanum* efformatur (vid. App. Fig. 8. NN.) Hoc artificio curioso varii soni a vibrationibus externi aeris concitati modificantur & nervo auditorio articulatum repraesentantur intra *Labyrinthi* cava flexuosa five tres ductus semicirculares & *Cochleam* (App. Fig. 17. 18.) ope *stapedis*, cujus *Basis* protinus *Foramen Ovale* five cavorum illorum introitum operit, ubi aer *insitus* five *congenitus* manere dicitur. Aer iste *innatus* dictus oritur oportet ab aere in Tympano contento, & necessario cum eo communicat, aliàs non possum videre quomodo vibrationes a *stapede* factae hisce alveis contortis possent communicari. Neque putandum *Basis stapedis* ullam solutam connectionem cum *marginis Foraminis Ovalis* habere, quod esset necesse, ut aer in Tympano contentus excluderetur; vel *stapede* exactè *Foramen* illud obturare: quorum utriusque aer in Tympano crassior *Basis stapedis* premens & levare non sinens aequaliter obfaret.

Musculi parvi qui *malleum* movent, & musculus *stapedis*, instar cordis, septi transversi & musculorum respiratori dicuntur, suo funguntur officio nobis incisi omnino, & hac in re utiles sunt, sicuti in App. Fig. 15. 16. 17. exhibentur. Haec *Auriculae* & partium intra *Tympanum* fabrica impressiones in aere externo praeparat & expansionibus nervi auditorii exhibet, membranarum & humoribus oculi haud ab similibus, qui radios lucis in oculo transeuntes ad *Retinam tunicam* refringunt: quod proximè considerandum venit.

Sicut aer est vehiculum objectorum duobus instrumentis prioribus, ita lux est huic instrumento. Naturam & proprietates lucis, magnitudinem, figuram & motum particularum luminosarum, aequae ac harum partium conformationem & figuram quae instrumenta aliorum sensuum afficiunt, omittimus tanquam Scholasticis disputationibus aptiores quam anatomico tractatu, Theoriam nostram visionis ad structuram partium redigenti.

In horum instrumentorum fabricatione *Palpebrae* non sunt praeter eundem (Tab. 11. Fig. 1, 2, 3, 4, 5.) superior elevatur & deprimitur duobus musculis, quorum externus circularis est & dicitur *Orbicularis* (Tab. 12. Fig. 4.) is trahit *Palpebram* superiorem deorsum, internus (Tab. 11. Fig. 4.) rectus est & sursum trahit. Hoc artificio non tantum tuetur oculus a corporibus extraneis, sed etiam humor lacrimalis per varios ductus facilius evacuat in partem *Palpebrarum* internam proximè bulbum oculi. Vid. Tab. 11. Fig. 5. Oculus ipse sphaericus est & propriis musculis movetur novissime memorata Tabula exhibitis Fig. 7, 8, 9, 10. membranarum ejus, humoribus, & partibus ejus componentibus ostensis. Tab. ib. Fig. 11, 12, 13, 14, 15, 16, 17, 18, 19, 20, 21, 22, 23, 24. structuram ejus tantum hic considerabimus, quatenus ad actionem ejus pertinet, & planum sectione factum per axem visionis describemus, quo melius pateat ratio quae objecta sensorio communi exhibentur.



- AA. *Tunica cornea*, cujus superficies externa est paulò magis convexa quam bulbus oculi ipsius.
- BB. *Tunica Sclerotica* five *Dura*.
- CC. Partes *Tunicae Adnatae* five *Conjunctivae*, quae partibus *Palpebrarum* internis sunt continuatae.
- DD. *Chorooides*, cujus pars anterior *Uvea* dicitur. Vasa ejus sanguifera pulcherrima adparent, Hydrargyro repleta, & varia corpora glandulosa constare videntur.
- EE. *Retina* five nervi optici expansiones, in quibus objecta depinguntur.
- FF. *Iris*, quae soluta & fluctuans jacet in humore aquico.
- GG. *Ligamentum ciliare*.

I N T R O D U C T I O.

H. Humor aqueus.


I. Crystallinus.

K. Humor vitreus.

L. Pars nervi Optici.

Tunica cornea varios lucis radios ab omnibus objecti punctis excipit, conligit & per *foramen Uveae* transmittit, radios divergentes ab utroque latere perpendicularum versus refringens.

Humor crystallinus radios primùm in *cornea* infractos & rursus divergere in aqueo humore incipientes excipit & *secunda vice* refringit; sic ut omnes radii ab eodem puncto objecti divergentes, per densum illud *medium* transeuntes, rursus convergunt & in eodem puncto *Retinae* terminant. Ab hac refractione sive ad punctum directione radorum, imagines distinctae objectorum visibilium in *Retina* depinguntur, quemadmodum figurae corporum externorum per lentem transeuntes in pariete camerae obscurae describuntur, quod sequens figura clarius monstrabit, ubi eadem Oculi sectio cum praecedente, & radii luminosi transeuntes.



Sic radii *Corneam* transeuntes & *Humores* oculorum invertuntur & imago objecti sic in *Retinae* concavo depingitur. Quomodo haec inversio in *sensorio communi* ad perceptionem rectam reduci- tur, disci potest ex vulgari rerum notitia, ut cum virgulam tene- mus in quaque manû formâ crucis, virgulam in dextra unum ob- jectum. in sinistra alterum tangere scimus: sic visione radiis lu- cis ab objecto factâ variisque motibus requisitis fibrarum nervosa- rum *Retinae* qui sensorio communi per nervos opticos eodem ty-

po communicantur; hanc sensationem Tactui non multùm diffi- milem esse credendum.

Postrema functionum animalium quam tractare hic debemus, est motus muscularis, sed cogitatis meis de ea re jam publicatis in mea *Myotomia Reformata*, repetendo non molestus ero lectori, cum nullum experimentum, aut observatio praeter illam quam memo- ravimus Tab. 64 Fig. 2. de Fibris carnosis, ex eo tempore oc- currit, quæ illis conjecturis adjici vel alii favere posset ulli.



ANATOMIA

CORPORUM HUMANORUM.

Priusquam adgredimur descriptionem Anatomicam Corporum Humanorum, contemplemur partes eorum externas sicut in statu vivo adparent. Breviter hic primùm adnotabimus speciem eorum maximè in signem in embryone & foetu uterino; deinde progrediemur observare diversos ab infantia usque ad aetatem adultam & senectutem gradus proportionis. Hisce adjungemus proportiones diversas virorum & feminarum; denique musculorum speciem externam aliarumque partium in actionibus variis.

Si fas esset credere partes Embryonis prius extitisse, foetus ille viginti quinque dierum a conceptu (figuratus Tab. 57. Fig. 3.) nos induceret credere cerebrum & totum caput prius existisse, quoniam tunc temporis magnitudo ejus totam molem aliarum partium superat, verùm appropinquante partu foetus caput vulgo non excedit quartam partem totius ejus longitudinis.

Centrum sive pars media inter duo extrema capitis atque pedum, in infante umbilicus est; sed in adulto *Ossa pubis*: & ratio haec dividendi infantes in quatuor partes, quarum una caput est, plerumque a pictoribus & sculptoribus usurpatur &c.

Infans bimus tota sua longitudine habet circiter quinque capita; sed quadrimus vel quinquennis circiter sex; ita mensuratur, dividendo totum in tot longitudines, quarum una caput esse debet. Inde adparet pro corporis incremento gradatim accedi ad proportionem adulti, quae est octo, novem vel decem Facierum tota longitudine.

Multa corpora in adulto statu sunt, quae non excedunt quatuor vel quinque Facies; sed haec sunt vitia naturae, & ideo non pertinent ad considerationem nostram praesentem.

Circa quintum decimum vel sextum decimum aetatis annum septem Facies sive Longitudines tunc sunt Proportio sive Mensura, & centrum versus partes *Ossium pubis* superiores vergit; & quamvis haec proportio satis convenire videtur homini statura breviori, firma & compacta, humeris latis & crassis membris ac validis; tamen contra si humeri sunt paullo angustiores, & membra tenuia, adolescentem referent: Et utcunque admirabile primo videatur intuitu, anus vel ipsa *Vesta Dea*, spinâ dorsi antrorsum inclinâtâ, huic Longitudinum rationi subjicietur; & licet membra habeant rationem ad hominem octo vel novem Facierum, tamen minus extensa (deficiente valida musculorum actione) faciem totius figurae breviorum multò reddunt.

Antiqui vulgo figuris suis octo capita dederunt, ut ait auctor Observationum in Artem Pingendi D. du Fresnoy, Anglice versarum ab incomparabili viro D. Dryden; sed nos, inquit ille, figuram [humani corporis] dividimus in decem Facies, a vertice capitis ad plantam pedum modo sequente: NB. Numerus hic Facierum ex aetate, ut supra innuimus, vel dignitate eorum qui repraesentantur pendet. Apollo & Venus *Medicea* habent plures quam decem Facies.

TABULA PRIMA.



Vertice capitis Γ , ad summam Frontem A , est pars tertia Faciei.

Facies incipit a radicibus infimorum capillorum qui sunt in Fronte AB , & in imum mentum Γ desinit.

Facies in tres partes proportionales dividitur, una Frontem AB continet, altera Nasum C , tertia Os & Mentum GHI .

A Mento ad scrobiculum inter duas Claviculas sive sternum supremum sunt duae Nasi Longitudines.

A scrobiculo inter duas claviculas ad imum pectus, nominatum scrobiculum cordis N , una Facies.

Ab imis mammis ad Umbilicum R , una Facies; *Apollo* habet unum Nasum plus.

Ab Umbilico ad *Pudenda* S , una Facies; sed *Apollo* habet plus dimidium Nasi: & dimidium superius *Veneris Medicae* est ad imum ventrem, & notum ad *Pudenda*.

A Genitalibus sive *Pudendis* ad summum Genu, Femur vocatum W , Facies duae.

Genu continet dimidium Faciei.

Ab imo Genu ad malleolum, Crus appellatum, duae Facies.

A Malleolo interno ad Plantam Pedis dimidium Faciei.

Homo, Brachiis extensis, est ab extremo digito longissimo dextrae ad extremum longissimum sinistrae aequae latus ac longus.

Ab uno latere ad alterum infra Mammam MM , duae Facies.

Os Brachii *Humerus* dictus, est Longitudo duarum Facierum a conjunctione ejus cum scapula ad Cubitum. Credididerim hic Auctorem nostrum errasse, nam si dederis Facies duas illi parti Brachii inter Humerum & Cubiti flexuram, & duas alias a Cubito ad minimi digiti radicem; Digiti dimidium Faciei completentibus, & Distantiam inter verticem Humeri & Gutturis Scrobiculum, Faciem integram; habebis Facies quinque cum dimidio ab uno latere: quarum summa ab utroque latere erit Facies undecim: si huic quod postea dicit, addideris Compagines Cubitorum cum Humero, & Humeri cum scapula rationem habeant Faciei dimidiatae, cum Brachia extenduntur; tunc tota Distantia inter extremos medios Digitos, Brachiis sic extensis, erit Facies; undecim cum dimidio: Quod

sic corrigendum esse putamus: A scrobiculo Gutturis ad Humeri verticem sive extremam scapulae spinam, una Facies; inde ad Cubiti flexuram, Facies una cum dimidio; inde rursus ad Carpum, Facies una & Nasus: Manus una cum Digitis extensis capit Faciem unam: unde sequitur Facies quatuor, Nasum, & Faciem dimidiatam, esse distantiam inter scrobiculum Gutturis & extremum Digitum Medium; quae, toto Brachio extenso, &c. erit Facies quinque & potius plus quam minus.

Planta Pedis, ait auctor noster, est sexta pars Figurae totius; sed Pes in Longitudine, Faciem unam & Nasum non debet excedere.

Quod ad Latitudinem membrorum attinet, nulla certa mensura statui potest, quoniam ipsae Mensurae non tantum sunt mutabiles pro qualitate hominum, verum etiam pro motu Musculorum.

Vir habet duas Longitudines vel Facies ab humeri vertice; id est, a sterno summo inter *Claviculas*, quod scrobiculum Gutturis vocant, ad extremam scapulae spinam, verticem Humeri appellatam, Longitudinem unam: & sic similiter ab altero Latere.

Latitudo Coxarum Viri est Longitudo una cum dimidio, id est, a *Trochantere* magno Ossis Femoris unius lateris ad alterum alterius lateris. Loca certa horum Ossium interfecantur linea horizontali a *Pube* ad latus utrumque.

K *Pomum Adami* sive pars *Laryngis* protuberans, quae in viris est multo major quam in Foeminis.

L *Sternum* vel Os Pectoris sub cute apparens &c. inter duos Musculos Pectorales.

N *Scrobiculus Cordis*, vulgo scrobiculus Stomachi, sub cute &c. praesente in hoc loco est *Cartilago ensiformis*.

OP *Epigastrium*.

QQ A latere sinistro denotat *Inguina*, a dextro *Iliam*.

R Umbilici Regio.

S *Penis*.

TT *Brachia*.

VV *Crura*.

WW *Femora*.

XX *Pedes*.


YY *Humeri*.


ZZ *Manus*.

$\Delta\Delta$ *Hypochondrium*.

** *Hypogastrium*.







SECUNDA TABULA.



Præsentat partem Foeminae Anteriorem, cujus *Symmetria* sive Proportio differt a viri proportione. Primo, quod Humeri sunt longe angustiores. Vir habet duas Longitudines seu Facies in Humerorum Latitudine, & unam cum Dimidio in Coxis; cum contrà Foemina non habeat nisi unam cum Dimidio in Humeris, & duas in ejus Coxis. Secundo, *Claviculae*


& in genere Musculi non adparent in Foeminis sicuti in Viris; inde fit, ut Linea exterior unius, sicut a Pictoribus dicitur, multum differat a Linea alterius. Neque ulla actio, in qua Foemina omnem exerit vim suam, faciet ut aequè intumescant Musculi aliaque partes atque in Viris; Magna etenim copia Pinguedinis posita sub cute Foeminarum, ita earum Musculos investit &c. ut impediatur quo minus adparent.

Concipere non possumus animo, hanc copiam & aequabilem Pinguedinis distributionem sub cute Foeminarum, provenire ex toto a qualitate aliqua peculiari, vel in totâ earum Fabricâ, vel in intimâ partium structurâ ubi producitur; sed attribui debet potius vitae sedentariae quam agunt, raro duris assuetae laboribus, quibus vesiculae pinguedinis (designatae Tab. 4. Fig. 14. 1. 2. 3.) comprimuntur crebris Musculorum Operationibus, in tantum ut impediatur haec aequabilis distributio, & olei in vesiculis contenti incrementum: tamen contrà fateri debemus, Foeminarum Crura, & Pedes, etiam earum quae multum ambulant, non tam musculosos adparere quam virorum, quod liceret expectare, nisi Foeminae in iis partibus multa paterentur graviora; sive Praegnationis tempore, cum *Uterus* extendit se & premit Venas Iliacas, prohibens progressum sanguinis reflui, ut crura intumescant, & varices fiant in venis externis; sive Crura, cum supprimuntur Menstrua, (prae nimia serosorum humorum copia in vasis) soleant similia pati in velamentis suis exterioribus, propter positus ad reducendum sanguinem ineptitudinem.

Relique partes insignes, quae differunt a virorum partibus sunt.

AA. *Mammae.*

B. *Pudendum.*



TERTIA TABULA.



Uae praecedente Tabula diximus spectantia ad Formam partium externarum Viri & Foeminae, possunt indifferenter huic loco convenire; quare ad ultimam partem nostri in hisce consilii progrediemur Animadversionibus; viz. Externam Formam Musculorum aliarumque partium in Actionibus diversis. Si homo fortis qualis est Hercules, in Actione validiore repraesentandus est; post debitam tali Figurae Proportionem, Actionemque designatam, reliquum est ut Pictor vel sculptor consideret, quae partes, vel membra exeruntur in praecipuo Actionis vigore, & si Figura stat, caveat ut Crus unum, & pes praesertim sit in linea recta vel perpendiculari ad Truncum, seu corporis Molem, ubi *Centrum Gravitatis* in AEquilibrio ponatur: *Centrum* illud Calce definitur: vel si Figura imis pedis Digitis suspensa est, ut loquuntur, tunc *Centrum* est ipsa Pollicis crassities. Musculi Cruris istius, quod sic corpus sustinet, magis in Actione exprimi debent, vel ventribus intumescens, Tendinibusque plus extensis, quam Musculi Cruris alterius, quod tantem ponitur, ut pondus corporis recipiat eò versus, quò actio illud inclinat. Ex gr. si Hercules Clava, vel re simili, percutiat quid ante se positum ad latus sinistrum; tunc ponatur Crus Dextrum sic ut sustineat totum corporis pondus, & sinistrum leviter cum Digitis tantum Terram tangat. Hic loci Musculi externi Cruris Dextri debent validissime vel plurimum intumescens exprimi; sed Musculi sinistri vix aliter adparere debent quam si tota Figura esset in postura quadam sedentaria: nisi, ut in casu modò memorato, pede extenso, quo Musculi, qui suram constituunt, sunt in Actione, & validissimi adparent, quemadmodum bene exprimitur in Crure dextro eximia istius Figurae Antiquae, Gladiatoris, Romae in Palatio Principis Borgesii: Cujus tantum exemplar habemus ad Canalem in vivario S. Jacobi. Cum dicimus, musculos externos Cruris Dextri, vel eos qui sustinent pondus corporis, exprimi deberi validissime; non ita intelligendum est, quasi omnes hi musculi exprimi debeant aequè intumescens, vel in Actione; sed illi potissimum, ad quos Actio pertinet, vel Postura in qua tunc Crus situm est: Ex gr. si Crus, aut *Tibia* extenditur, tunc Musculi extendentes, in Femore positi, maxime intumescunt; si flectitur, tunc Musculi flectentes, eorumque Tendines adparent maxime. Idem observare licet de toto corpore in genere, cum exequitur Actionem aliquam validiorem; ut patet in Figura *Gladiatoris* ultimò memorati. *Laocoon* in Vaticani horto Romae dat nobis etiam exemplum speciei hujus muscularis per totam Figuram; sed in *Antinoò*, *Apolline*, aliisque Figuris etiam Antiquorum, in Vaticano, & in aliis locis, in Polituris ubi nullae Actiones insigniores designantur, videmus Musculos nonnisi languidè exprellos, vel vix Adparentes; unde non possumus quin putemus illorum temporum sculptores bene has cognovisse Observationes. Licet enim concedatur, Graecos antiquos solitos fuisse saepe *Nuditates* videre, imò fere perpetuò; tamen tanta est difficultas res illas ad vivum ducendi, ut nisi talibus Observationibus bene fuissent adsueta, excidissent Naturam in Operibus suis; cum satis notum sit, etiam vitam ipsam, Artifici expositam, validas hasce Actiones diu ferre non posse: Sed Musculi cadunt, & partes in Actione Formam necessariam, eadem permanente Postura, amittunt. Unde membra fusa vel ad vitam formata, non stricte imitanda sunt, nisi si vita ferre posset totum Spiritum & vim Actionis donec Forma inde fuerit efficta, quod vix fieri posse crediderim; tentari tamen potest utcumque, saltem in partibus quibusdam particularibus. Quare Theoria rationalis nos juvet oportet, talibus saltem indiciis, ut cum videmus, sciamus quid observemus, & rationem quare in vita sic adpareat.

Delectat quidem hoc studium magnopere, sed multi ex

Pictoribus nostris & sculptoribus hodiernis parvam ejus habent notitiam.

Huc usque, in genere, quod ad musculos attinet, &c. Speculemur quasdam particulares Musculorum externorum, aliarumque partium Facies. Primùm Musculi Mastoidei: (vid. App. Fig. 1. 14. 14.) Si uter horum agat, Caput ad contrarium latus vertitur, & Musculus qui Actionem peragit, planissime sub cute adparet, & saepe exprimitur bene a Pictoribus & sculptoribus, ut in Collò Figurae primae Tabulae exhibetur. Si levantur Brachia, Tumor musculorum, positorum in Humeris, qui istam Actionem peragunt, Deltoïdes appellati, (App. Fig. 1. 20.) faciunt ut extremitates spinarum scapularum, (App. Fig. 11.) Humerorum vertices nominatae, adpareant Cavae vel incisae.

Scapulae Brachiorum Elevationem sequuntur: *Basis* earum (App. 16. 1. 1.) inclinat tum obliquè deorsum.

Si Brachia detrahuntur, protrahuntur, aut retrahuntur: scapulae eodem modo positiones suas variant; totum istud discendum est vitam tantum consulendo; bene gnarus quid tum in ipsa Actione adparet, Artifex poterit *Notionem* capere quo modo exprimitur: Inde fit, ut raro inveniamus Dorsum tam bene expressum, quam anteriores partes; cum hae non sint obnoxiae Alterationibus talibus, quales in illo efficiunt Motiones scapularum.

Cum *Cubitus* flectitur, *Biceps Internus* (App. Fig. 22.) ventrem habet inflatum quam maximè; sicut videre est in Brachio sinistro Figurae primae Tabulae: idem observare est in *Bicipite Externo*, quem *Gemellum* vocant, (App. Fig. 2. 17. 17.), cum Brachium extenditur.

Musculus *Rectus Abdominis* (App. Fig. 1. 41. 41.) adparet maximè dum e Politu decumbente surgimus.

Partes anteriores Musculi ferrati, (App. ib. 40. 40.) exceptae Dentibus, live initis Musculi obliquè Descendentis, (ib. 38. 39.) valde intumescunt; cum Brachium ab eodem latere protruditur; Musculus enim iste ferratus agit tunc temporis etiam trahendo scapulam antroorsum.

Musculi Trunci extendentes longi, positi ad latus utrumque spinæ Dorsii, (App. Fig. 2. **) dum ambulatur agunt alterne sic: si Crus Dextrum Pondus corporis fert, & transfertur sinistrum, tanquam suspensio gradu; ultimò commemorati Musculi Dorsii a sinistro latere, intumescens circa Lumborum Regionem observari poterunt; & ita etiam ab altero latere.

Trochanteres, live externa & suprema Ossium Femoris Capita, (App. Fig. 2. r. r.) ita in Positionibus suis variant ut nullae accuratae Observationes explicare possint Facies eorum Diversas; sed studium Vitae breviter instruet Artificem diligentem & accuratum.

Extenso Femore, toto corporis pondere huic lateri incumbente, *Gluteus* (App. Fig. 2. 32. 32.) aliter adparet, ac solet aliàs; Femore verò retracto Musculus iste magis magisque videtur intumescere.

Toto Crure sursum, antroorsum ducto, eodemque tempore Pede introrsum inclinato, suprema pars Musculi *Sartorii* (App. Fig. 1. 44.) videtur valde intumescere; in aliis Femoris Polituris Musculus ille toto suo progressu Faciem exhibet sulcatam, ut exprelsum habemus in Figura primae Tabulae.

Si quis gradum suspendit, Musculi Tibiam extendentes in anteriori parte Femoris positi, (App. Fig. 1. 46, 47, 48.) & Musculi pedis, qui suram constituunt, (App. Fig. 2. 43, 44.) adparent maximè, & *Musculus Peroneus primus* (App. Fig. 1. 55.) tunc insigniter sulcatur toto suo progressu in externo Cruris Latere.

Praeter Notas hasce multò plures commemorare possem, quas citò diligens Artifex Vitam consulendo observabit.

AB Capillata sive Pars Capitis posterior.

C Dextrum Tempus.

D Capilli nodo ligati in Occipite.

F Cervix ubi vulgo fiunt Fonticuli.

FF Humeri.

G Dorsum.

H Lumbi.

KK Femora.

LL Crura.

MM Brachia.






Fig. 2.




Fig. 3.




Fig. 1.




Fig. 4.




Fig. 14.




Fig. 13.




Fig. 15.




Fig. 5.



Fig. 7.



Fig. 12.



Fig. 10.




Fig. 9.




Fig. 6.




Fig. 8.

QUARTA TABULA.

Fig. 1.



Repraesentat portionem Cuticulae in Dorso Manus sublatam & lustratam Microscopio.

AA. Poros, quibus sudor excernitur.

BB. Sulcos.

CC. Protuberantias vesiculares; ambo proficiuntur ab ipsius Cutis superficiei Papillaris inaequalitate.

DD. Pilos, qui per Cuticulam prorumpunt.

EE. Asperitates seu Filamenta, quibus Cuticula verae Cuti annectitur.

Ope Microscopii Cuticula videtur composita ex diversis squamarum stratis papillari Cutis superficiei annexis & ita sibi invicem implicatis, ut videantur cum à Cute vera levantur, continua Pellicula sive Membrana, sive id fiat vesicatoria in vivis, vel ferventem aquam, ferrum candens, aut similia in Corporibus applicando mortuis: cutis videtur plus minusve pulchra, & homo vulgò tenuiorem habere dicitur Cutem vel crassiorē pro Numero stratorum squamarum; licet non raro Jcterus aliique Morbi eam prava Tinctura imbuant. Cuticula similiter ac vera Cutis non est uniformis: in variis ejus partibus squamarum Numerus earumque strata superant numerum aliarum: in Labiis non nisi duo strata adparent, in aliis partibus plura, raro pauciora. In plantis Pedum eorum qui plurimum ambulant, & volis manuum Mechanicorum qui multum laborant, ista strata non tantum sunt valde numerosa, verum etiam quaeque squama crassescit. Cuticula in aqua macerata, post aliquot dies adparebunt squamarum strata, & poteris dividere in duas, interdum in tres, vel quatuor Pelliculas; similis ejus Divisio potest etiam observari in Vesicis in vivis corporibus excitatis.

Fig. 2.

Portionem Cuticulae a Planta Pedis levatam & conspectam per Microscopium, ut prior; ubi insignis ejus Crassities cernitur.

Fig. 3.

Portionem Cuticulae levatam a Dorso, in qua Incisurae, sulci &c. conveniunt cum incisuris, sulcis &c. primae Figurae. Superficies Cutis verae partis illius convenit exactè cum superficie alterius; sed in extremitatibus Digitorum ac Pollicum Cuticula variis modis implicatur & contorquetur, secundum subjacentes Papillares Protuberantias verae Cutis, ut patet in Figura sequente.

Fig. 4.

Superius & interius Pollicis Latus ope etiam Microscopii descriptum.

A. Ab Apice oriuntur.

BB. Duae Lineae quasi circulares;

CC. Aliae quae formant Triangula.

D. Aliae Lineae variè contortae & involutae.

Remota Cuticulâ Cutis ipsa cernitur.

Fig. 5.

Portionem Cutis Brachii sicut nudo oculo adparet in externa sua superficie.

Fig. 6.

Externam Cutis superficiem Microscopio conspectam; ubi fere structura ejus interna sive Rete vasorum sanguineorum etiam exprimitur.

AA. Papillae Pyramidales; compositae diversis rotundis quasi Pyramidalibus, in quarum compositione Nervi plurimum praesstant.

BB. Capillamenta parvorum aquosorum vasorum inter Papillas positorum secundum Bidloo. Fateri debeo, non obstanti omni diligentia quam haecenus adhibui hanc partem Microscopio examinando, vel aliter, dubitavi an haec vasa aquosa existerent inter Cuticulam & Cutem an non; in quibus quidam sedem fuscae Ægyptiorum Tincturae posuerunt, & Nigrae etiam Æthiopum.

CC. Glandulas sudoriferas, quae Papillas componunt.

DD. Vasa sudorifera vel Ductus excretorii orti a Glandulis ultimò memoratis.

EE. Pilos ortos propè Poros vasorum sudoriferorum: praeter haec vasa Cutis instruitur Arteris, Venis, Nervis, & Ductibus Lymphaticis; Trunci duarum priorum bene exprimuntur in Figura FF; Hinc patet Cutem non magis esse censendam partem simplicem quam ulla earum quae compositae vocantur. Nec ulla est pars totius Oeconomiae Animalis quae jure merito potest simplex aut non composita censeri; Vasa sanguinea, Nervi, Ductus Lymphatici sunt etiam Partes compositae, ut alias demonstrabitur: Praeter Glandulas sudoriferas Pyramidales, quae Cutis Papillas componunt, sunt aliae sudoriferae Glandulae posita in interna Cutis superficie; quarum praecipuas in Axillis reperimus, ubi interdum Axillares appellantur, sed rectius Miliaries a Figura; Glandulis Axillaribus sudoriferis subjacentibus; quae excipientes Lympham quam Ductus Lymphatici ex toto Brachio adferunt, illam rursus evacuant in Ductus Lymphaticos effertentes in itinere suo ad Ductum Thoracicum. Sunt aliae Glandulae sudoriferae licet inermi oculo non ita manifestae, sub Cute Digitorum, in Inguinibus, & pone Aures. Pericranium, Cutis Frontis, volae Manuum, Plantae Pedum hisce etiam Glandulis instruntur; quare non distinguemus illas sedium Nominibus, sed praeferimus iis nomen dare magis generale, vel ab Officio, ut Glandulae sudoriferae, vel a Figura, ut Miliaries. In Cute etiam sita sunt illa corpora, unde Pili oriuntur; Quidam putant haec esse Glandulas, & Pili-feras nominant. Pilifera haec corpora sive Glandulae instruntur ad radices suas vasis advehentibus & revehentibus, Nervis, &c. sic ut Pili sint quasi Ductus Excretorii; cum hac tamen differentia ab aliarum partium Ductibus Excretoriis: Hi enim recipiunt succum suum immédia-

te à Poris in extremis vasis sanguineis; sed Pili, ut ego puto, accipiunt Humidum suum Radicale a Corpore spongioso, quod a circumjacentibus partibus absorbetur: Hinc fit, ut in mortuis corporibus Pili crescant, motu naturali Fluidorum cessante. Pilus inter lucem & oculum inermem est pellucidus; sed visus Microscopio in eadem Positione spongiosus adparet, non dissimilis parti Cannae interiori: Videtur constare ex corneis particulis globosis variè sibi invicem junctis, & coloratis; ubi abundat Humor, vulgò Pendulus, si siccior, crispatur.

Fig. 7, 8.

Duos Capillos Capitis Microscopio descriptos.

A. Corpus ejus spongiosum constans ex particulis corneis globosis.

BBB. Caulces ejus rectos & Transversos, qui conjungunt ejus Globulos.

CCC. Lanuginosam Capilli partem, quae descendit supernè, & obliquè stat deorsum; unde fit, capillorum finibus non rite positis, ut Capilli pestendo intricentur, ut fieri solet in Capillitiis ex Capillis qui pestendo decidunt, factis.

DD. Apicem Capilli divisum.

E. Partem ejus Mediam.

F. Radicem a corpore Pilifero ortam, sitam intra Cutem.

G. Portionem Cuticulae quae vulgò Capillo adhaeret, quando elevatur.

Fig. 9.

Ramos, qui videntur interdum in Capilli Apice Microscopio.

Fig. 10, 11, 12.

Variam Crassitiem Pilorum in partibus Corporis diversis, quum eodem conspiciuntur Microscopio. Figura Decima Pilos Inguinis; Undecima Pilos Narium; Figura Duodecima Cilia repraesentat.

Immediatè infra Cutem Corporum humanorum Pinguedo ponitur, nec eadem reperitur in omnibus Partibus; in fronte est paucissima, sub Pericranio minor adhuc, nisi in parte Posteriore; in Palpebris & Penne nulla, nequè in Colli Masculo Quadrato.

Fig. 13.

A. Portionem Pinguedinis Abdominis.

AA. Membranam ejus Externam.

BB. Membranam ejus Internam.

CC. Pinguedinis Globulos cum vasis eorum sanguiferis accedentibus, unde Contenta eorum Oleosa derivantur.

1. Integumentum sive Involucrum Globorum Pinguedinis levatum.

2. Ipsos Pinguedinis Globulos.

3. Quosdam Globulos a reliquis separatos, in quibus Abruptiones Membranam & vasorum cernuntur. Hinc patet, Pinguedinem esse Congeriem Cellularum Membranacearum, quae per Microscopium Oleo distentae videntur. Si illorum Ductuum Adiposorum Existentia demonstrari possit, quod Bidloo videtur innuere Figurâ CC ultimo descripta, induceret credere diversum Officium iis a Natura attributum, ab eo quod iis attribuit Mälpigius, Derivare viz. Contenta Oleosa Cellularum Adiposarum in quaedam Interstitia vicina vel Musculorum, vel Partium aliarum, quae pro re nata moventur, aut sibi invicem illabuntur, vel in insignem quandam Cavitationem, sicut est Cavitas illa Abdominis, &c. ubi Mucilago occurrit a Glandulis Mucilaginosae positae in Membranis vicinis, & facit ad componendum aliquid, quo partes lubricentur, Auctore D. Havers in Osteologia Nova, pag. 209.

Fig. 14.

Externum Latus ultimi Communis Integumenti Corporis totius, communem Musculorum Membranam vocatum; sunt qui dividunt illud in duas Membras, & Nominibus Carnosae & Communis distinguunt, quod prorsus inutile judicamus, ut sequenti Descriptione patere potest.

Fig. 15.


Latus Internum Membranae ultimò descriptae: Plerumque dicitur haec Membrana ortum ducere a spinis Vertebrarum Dorfi, quia ut puto pars illa firmissima est cui connectitur: extenditur unâ cum cute ipsa, ut in plurimis partibus adparet, habetque Foramina sua correspondentia, Oculis, Naribus, Auribus, Ori, Ano & Pudendo: Quod ad intimam ejus structuram attinet, incidi semper in quam plurima Experimenta & observationes similes, quibus ostenditur corpus esse quod potest extendi, ex stratis sive membranarum conflatum, fingens Cellulas, quae in se varias cellulas minores vel Loculos complectuntur; & in variis partibus, ubi laxitas cutis ipsius permittit, hi Loculi vel cellulae minores oleo replentur, & Pinguedo vocatur; sed in aliis Partibus ubi vel Offis subjacentis Durities, quando extenditur cutis, ut in Calvariae vertice, vel celeres Motiones repetitae, ut in Palpebris, vel partis structura certa, ut in Penne; loculi isti Membranacei Oleo non distenduntur ita ut Pinguedo adpareat: unde invenimus Membranam hanc in Partibus ultimò commemoratis multò crassiorē quam in aliis; Et contra, tenuiora & pauciora Strata Lamina-rum, ubi cellulae aliqua Pinguedine replentur. Communis haec Membrana vasis instruitur omnis generis, nec solum Musculorum superficiei inhaeret, sed etiam in eorum Interstitia sese insinuat, & facit ut eorum Integumenta formetur; Unde contingit, ut inflando divisa cellularum strata hujus Membranae, intumescat totum Animalis Corpus; quod solet facere laneones, praesertim in paranda carne vitellina.

Communibus totius Corporis Integumentis expositis ad Integumenta capitis speciatim progredimur, de quibus non praetermittendum dicere postea, si occurrat quid in Partibus particularibus Memoriae aut observationi nostrae quod sequentes Figurae explanare juvent.

TABULA QUINTA.

Fig. 1

AA &c.



Internam *Pericranii* partem exhibet, sicut sectione transversa adparet, deorsum pendentem, a subjacente Membrana *Periosteo* liberatam. *Pericranii* Crassities non tantum Numero Corporum Piliferorum, quae etiam sunt multo majora quam Corpora Pilifera aliarum Partium, demto Mento, Labiis, &c. debetur; sed etiam Glandulis Miliaribus sudoriferis copiosè instruitur; quae utraque adparent dividendo Calvariam. Hinc tot vasa sanguifera, eaque maxima, in hac Parte reperiuntur; unde tanta sanguinis profluvia in vivis Corporibus Calvariam dividendo proveniunt, quod vulgò fit applicando Trepanum &c.

BB. &c. Partem *Pericranii*, unà cum Musculo Frontali a Latere sinistro deorsum pendente: *Pericranium* pariter atque Musculorum Membrana Communis, in varias *Lamellas* sive Membranas dividi potest, ut in Explanatione Tabulae praecedentis indicatur. Instruitur uberrimè vasis sanguiferis ortis praecipuè ab Arteriis Temporalibus & Occipitalibus; Nonnullae earum oriuntur ab Arteriis durae Meningis, quae Calvariam penetrant; quarum duo insignes Trunci cerni possunt; ab utroque Latere sinus Longitudinalis Unus, intra eam Partem quae *incipit* & *occiput* dicitur, paulò supra suturam Lambdoidalem.

C. Partem *Pericranii* subjacenti Membranae *Periosteo* adhaerentem.

DDD, *Periosteum* levatum & in dextro latere reclinatum, ubi Pori Membranae istius, & Calvariae, quibus transmittuntur vasa sanguifera, exprimuntur: Neque *Periosteum* hujus Partis est revera distinctum a *Pericranio*, sed continuatio videtur esse *Lamellarum* ejus internarum & inferiorum; Est enim vasorum sanguiferorum Distributio utrique Communis, nisi ubi Musculis Temporalibus distinguuntur, sub quibus situm est *Periosteum*, quos tamen *Pericranium* scandit.

EE. Os Frontis, & Bregmatis.

F. Partem Musculi Temporalis *Pericranio* nudatam.

G. Partem suturae Coronalis a sinistro Latere.

H. Suturam sagittalem.

I. Arteriam exiguam, unà cum ramo Nervi exeuntem ex Calvaria ad Musculum Frontalem; in priori accidit Aneurismus subito, & risu magno, irritò omni in sanatione conatu, donec cuspide Cauterii actualis ita os erat exustum ut exfoliationem fecit *Lamellae* ejus externae; celata Arteria profluente non tantum plus Compressui exposita, sed etiam ossè circumjacente remoto, proxima vasa sanguifera in ejus *Meditullio* spatium habebant ducendi Cicatricem.

Fig. 2.

Partem Cerebri superiorem *in situ*, cum Membranis, vertice Calvariae remoto.

AA. *Duram Matrem* Cerebrum tegentem a dextro Latere.

BB. Sinistrum Cerebri Hemisphaerium tectum tantum *Pia Matre*, ubi *Anfractus* Cerebri eleganter exprimuntur.

CC. *Duram Matrem* a sinistro latere, divisam & in latere reclinatam.

DD. Languidum Cerebri conspectum per *Duram Matrem*.

E. Vasa sanguifera *Durae Matris* in ejus Duplicatura posita.

F. Partem illam *Durae Matris*, quae erat suturae Coronali contigua, ubi varia vasa sanguifera ab ea transeunt ad Os Calvariae, quorum quaedam transeunt ad *Pericranium*.

GG. Venas Cerebri fitas in Duplicatura *Piae Matris*, priusquam sinum longitudinalem ingrediuntur; hic loci in Cerebri concussionibus, obnoxiae rupturis sunt, & sanguinem inter *Duram* & *Piam Matrem* effundunt; quem casum plus vice simplici vidi, ubi *Duram Matrem* oportebat dividere.

HH. Margines Ossis Calvariae.



Fig. 1.




Fig. 2.




Fig: 1.




Fig: 3.




Fig: 4.




Fig: 6.




Fig: 2.





Fig: 5.



TABULA SEXTA.

Fig. 1.



uperiorem partem Cerebri *Dura Matre* tectam, ut cernitur vertice Calvariae sublato.

AA. Marginem anterioris partis Calvariae, unde pars superior dividebatur.

B. Partem Musculi Temporalis.

CC. *Duram Matrem* totum tegentem Cerebrum.

DD. Varias in *Dura Matre* Impressiones, quae ineriori Calvariae parti adhaerebant prope futuram Coronalem; ubi varia sanguifera vasa transeunt inter eam & *Pericranium*.

EE. Vasa sanguifera vento distenta.

FF. Sinum Longitudinalem prope ab initio apertum ad *Os Cristam Galli*, ad introitum ejus in duos sinus Laterales, ut in sequente Figura exprimitur.

Fig. 2.

AA. Partem posteriorem sinus Longitudinalis apertam unà cum Laterali à Latere sinistro.

BB. *Os Occipitis* abruptum & deorsum versum.

C. *Os Petrosum*.

D. Orificium sinus quarti, Herophili Torcular dictum, ad conjunctionem duorum sinuum Lateralium cum Longitudinali.

E. Varia transversa firmà Ligamenta in sinu Laterali.

FF. Orificia venarum Cerebri in sinu Longitudinali.

GG. Partem illam *Durae Matris*, quae suturae Lambdoidali Calvariae adhaerebat.

H. *Medullam Oblongatam* exeuntem ex magno Calvariae Foramine, in *Osse Occipitis*.

I. Cerebellum *Dura Matre* tectum.

Fig. 3.

A. Partem sinus Longitudinalis apertam.

BB. &c. Venas Cerebri, priusquam Sinus ingrediuntur.

CC. Orificia earum variè in Sinus aperientia; quaedam ex illis Truncis parallela; aliae venae primò transeunt antrorsum in Sinus Duplicaturam, & aliae retrorsum; quod non solum juvat Motum sanguinis progredientis in quibusdam capitis positionibus, & motum ejus nimis rapidum in aliis impedit, sed facit etiam ut partes ejus sibi invicem misceantur & coalescant, postquam fuerint percibratae tantum per totam cerebri substantiam, praesertim in Cortice ejus, & parte Glandulosa.

Fig. 4.

AA. Partem Posteriolem & Lateralem Cerebri Meningibus tectam.

BB. *Os Petrosum* à Cranio abruptum.

C. Partem *Osse Occipitis* simili modo à Cranio divisam.

D. Partem inferiorem & intortam Sinus Lateralis à sinistro Latere apertam, in qua cerni possunt transversa firma ejus Ligamenta, expressa Fig. 2. E.

E. Cavitationem in *Osse Petroso* sive specu, quae partem bulbosam Sinus Lateralis ad initium venae Jugularis excipit.

F. Truncum venae Jugularis internae.

G. Specillum in venam Jugularem insertum pone Sinum.

H. Partem bulbosam Sinus, quam continebat Specus ossis Petroso.

Fig. 5.

AA. Partem Sinus Lateralis abscissam.

BB. Portionem *Durae Matris* laceratam, quae Sinum istum involvit, expansam.

C. Partem bulbosam Sinus istius, quae erat in Specu seu Cavitate *Osse Petroso*; quae Diverticulum est sanguini refluxo, ne nimis subito in Venam jugularem internam irrueret.

DDD. Filamenta *Durae Matris* abrupta.

E. Initium venae jugularis internae.

Ut structura venarum partis istius differt a structura aliarum, ita etiam Cerebri Arteriae ad introitum sunt peculiari Fabrica, diversa a more modoque Arteriarum aliarum partium, ut aliquantum in sequente Figura adparet: Figuravimus quoque istam Dispositionem Truncorum Arteriarum Carotidum, cum reperimus illas multò magis intortas quam hic exhibentur. vid. App. Fig. 3, 13, 14.

Fig. 6.

A. Truncum Arteriae Carotidis tendentem ad Cerebrum.

BC. Partem Membranae ejus a *Dura Matre* mutuata, separatam & expansam.

DD. Partem Arteriae infimam proximè Cor.

Arteriae Vertebrales etiam maximè contortae, Calvariae Cavitationem ingrediuntur, ut patet in Figura Tertia *Appendicis* nostrae & rursus in Octava Figura; ubi H. indicat transitum earum per Processus primae *Vertebrae* Colli transversos; KK. truncos earum progredientes inter primam *Vertebra* & *Os Occipitis*, ad magnum *Foramen* Ossis ultimò memorati; per quod in Calvariam transeunt, & postea conjunctim Arteriam Cervicalem constituunt. Arteriae, priusquam Calvariae Cavitationem ingrediuntur, ea mente atque consilio intorquentur, ut impediatur nimia sanguinei Rivi Velocitas per totam Cerebri substantiam; quod Cordi adeo propinquum, nimia ejus etiam pulsatione infestaretur, nisi Trunci Arteriarum contortivi ejus minuerent; absque eo crebrae & turbatae Cordis motiones subjicerent nos saepe magnis Cerebri Incommodis; Verum tamen iis subjicimur aliquantum; unde affectus Animi qui tam subito Cor afficiunt, Rationem turbant.

TABULA SEPTIMA.

Fig. 1.



repraesentat Partem Cerebri Posteriolem ut jacens adparet super *Basi* Cranii, Parte superiore liberata a *Dura Matre*.

AA. Lobos Cerebri posteriores levatos, & paullò protractos.

BC. &c. Ligaturam, & Frustra Ligni duo, quibus opus erat ad melius sustinendum Cerebrum in ista Positione.

DD. Partes variarum Quadruplicaturarum *Durae Matris*.

EE. Divisionem Processus secundi *Durae Matris* a Latere sinistro, in qua Cerebellum adparet.

FF. Cerebellum in ea Divisione nudatum.

GH. Processum secundum *Durae Matris*, a Latere dextro tegentem prorsus Partem Cerebelli superiorem.

III. Marginem *Ossis Occipitis*, unde pars Cranii superior separatur,

KK. Communia Capitis Integumenta revoluta.

Fig. 2.

Facies Interna *Ossis Occipitis*, una cum Cerebello, &c.

AA. Cerebellum antrorsum inclinatum versus *Cellam Turcicam*, ut Pars ejus posterior, quae *Ossi Occipitali* incumbit, videatur.

BB. Partem postremam *Medullae Oblongatae*, in Transitu suo e magno *Foramine Ossis Occipitis*.

b. Processus Cerebelli Vermiformis.

CCC. Radices varias Octavi, Noni, & partem Decimi Parium Nervorum.

aa. Nervos Accessorios comitantes Nervos Octavi Paris, ad eorum Exitum.

DD. &c. Crassam Meningem, sive *Duram Matrem*.

EE. Partem Marginis Cranii.

FF. Pericranium dissectum.

G. Partem Pericranii levatam.

H. Aurem sinistram.



Fig. 1.








Fig. 2.





TABULA OCTAVA.

Fig. 1.



St pars *Durae Matris*, una cum Falce siccata.

AA. Falx sustentata sic ut adpareat propria ejus Extensio & Figura.

BB. Sinus Falcis superior seu *Longitudinalis* apertus.

C. Sinus Falcis Inferior, non in hac Figura distinctus.

DD. &c. Orificia Venarum in *Sinum* Longitudinalem aperientia, & venarum Trunci eo tendentes.

E. Initium Sinus Longitudinalis ad *Os Cristam Galli*.

FF. Sinus Lateralis sinister.

GGG. Partes duae Quadruplicaturarum *Durae Matris* interjacentes *Cerebrum* & *Cerebellum*.

HH. &c. Stipites, Filum, Aciculae ad sustentandam inter siccandum Membranam.

Fig. 2.

Partes Sinus supra memorati vento distentae & siccatae, una cum parte *Durae Matris*.

A. Sinus Longitudinalis.

BB. Duo Sinus Laterales.

C. Sinus Quartus.

D. Vena magna, quae sanguinem suum effundit ad quatuor Sinuum Conjunctionem; quae Unio Sinuum dicitur *Torcular Herophili*.

Fig. 3.

Connexio sive Initium Falcis, ad *Os Cristam Galli*.

A. Os Cribrosum.

B. Crista Galli.

C. Portio Falcis Cristae Galli adhaerentis.

Fig. 4.

Pars Falcis siccata, & expressa aliquantum major Vita.

A. Pars Falcis anterior.

B. Pars ejus Posterior.

C. Pars illa Falcis, ubi Sinus Quintus transit, Sinus Falcis Inferior dicitur. Huic Parti inferiori Falcis *Pia Mater* firmiter adhaeret, ubi venae diversae in ejus Sinum inferiorem tendunt, quemadmodum etiam in Sinum ejus superiorem; quibus una cum Falcis multis adhaesionibus duobus Cerebri Hemisphaeriis (quod videre est ab iis Falcem liberando) Cerebrum suspenditur, ne pars ejus superior inferiorem nimium premeret; Officium, quod neque internae Cerebri Parti, *Fornici* vocatae, ut quidam Disse-

tores & nunc, & olim voluerunt, neque *Corpori Calloso*, ut Vieussenio placuit, adscribi potest. Alter Usus Falcis est, ut inter duo Cerebri Hemisphaeria protensus, prohibeat ne unum alterum premat, dum cuilibet lateri incumbimus: & ejus Connexione cum *Osse Crista Galli*, & ejus ad superiorem Partem *Durae Matris* Continuatione, & secundis ejus Processibus, Cerebrum & Cerebellum interjacentibus, totum Cerebrum suspenditur, praesertim Lobi ejus Posteriores, ne Cerebellum premant.

DD. Venae variae antequam Sinum Longitudinalem ingrediuntur.

E. Cavitas Sinus Longitudinalis, ut transverse sectus adparet.

FF. Pars *Durae Matris* quae Hemisphaerium Cerebri sinistrum tegebat.

GG. Superior & Externa superficies *Durae Matris* super Sinu Longitudinali.

Fig. 5.

Duo Hemisphaeria sive Pars Cerebri superior, una cum *Cerebello*, ut adparent, quum totum Cerebrum ex Calvaria exemptum est, & super Basi positum.

AA. Duo Cerebri Hemisphaeria.

BB. Cerebellum *Dura Matre* obductum.

C. *Processus Vermiformis*.

D. Portio *Medullae Oblongatae* abscissa.

EF. Pars Anterior Divisionis duorum Hemisphaeriorum Cerebri, cui Falx inferitur.

GG. Media Membrana Cerebri secundum Bidloo, separata & versa ad unum Latus, quam putamus esse Membranam Externam vel Laminam *Piae Matris*. *Piam Matrem* compositam esse ex variis Membranarum stratis, Peritonaeo non dissimilem, adparet non tantum in Hydrocephalo; sed & in sectionibus vulgaribus eam duplicem invenimus, praesertim circa *Medullam Oblongatam*, *Processum Annularem* &c.

In vulneribus *Piae Matris* & Cerebri maximi Fungi obveniunt, ad magnitudinem *Pilae palmaris* supra superficiem *Durae Matris*, & Calvariae; quos licet excindere sine profusione sanguinis periculosa: Cujus observandi occasionem plus una vice nacti sumus; & quamvis fuerint Fungi isti saepius ablati, succreverunt denuo, & elanguit aeger, & mortuus est. Vid. Diemerbroek, Anatom. Lib. III. Cap. V.

III. *Pia Mater* super Cerebro relicta.

KKL. Externa superficies Cerebri composita ex variis anfractibus & circuitibus Partis corticalis.

MM. Retiformis vasorum sanguiferorum Distributio inter Externam & Internam Laminam *Piae Matris*; Maxima ex istis Vasis in superiore & Externa Parte Cerebri, sunt venae, quae sanguinem suum in Sinum Longitudinalem effundunt, & ideo hic abscinduntur.



TABULA NONA.

Fig. 1.



Cerebrum totum exemptum ex Calvaria, a *Dura Matre* liberatum & super Hemisphaeriis positum, Basi ejus sursum versâ. In hac Figura multa non notantur, & alia pessimè expressa; quare Figuram Cerebri in ea Positione multò rêctius ad vitam delineatam adjiciemus. Vid. Append.

- AA. *Ëc.* Bafis Cerebri.
 BB. *Ëc.* Divifio ejus in quatuor Lobos.
 CC. Lobi anteriores.
 DD. Posteriores Cerebri Lobi.
 E. *Infundibulum*, pessimè expressum.
 FF. Duæ albae Protuberantiae post *Infundibulum*, non bene expressum.
 GGG. Processus Annularis, sive *Pons Varolii*, & Initium *Medullae Oblongatae*.
 H. *Medulla Oblongata* prope Exitum abscissa ad *Foramen magnum Offis Occipitis*.
 II. Pars *Piae Matris*, ubi manifestò duplex est inter Protuberantiam Annularem & *Medullam Oblongatam*.
 KKLL. } *Cerebellum Piae Matre* obductum.
 OO. }
 PP. Superior, Trunci Arteriarum Carotidum cera repleti & abscissi.
 PP. Inferior, Arteria Cervicalis pari modo cera repleta.
 Nota, Duos Ramos Semicirculares, qui conjungunt duas Arterias ultimò commemoratas, Communicantes dictos, expressos esse nimis magnos in hac Figura, vel subjectum, unde desumpti sunt, magnopere distulisse a vulgari Naturae modo; quorum neutrius meminit Bidloo.
 QRS. Nervi Olfactorii.
 TT. Nervi Optici;
 V. Conjunctio istorum;
 WW. Trunci abscissi ad Egressum suum ex Calvaria.
 XX. Par tertium Nervorum, vocati *Oculorum Motorii*.
 YY. Pars superior & anterior *Processus Annularis*.
 ZZ. Par *Patbeticum*, sive Quartum Par Nervorum.
 aa. Par Quintum Nervorum.
 bb. Par Sextum Nervorum.
 Nota, Septimum Par Nervorum hic non esse expressum, quanquam id prae se ferat Bidloo ad ccde. cc, d, e, f, g. Descriptiones confusae variorum parium Nervorum a Bidloo falsò multiplicatorum in Paria diversa.
 hh. Nervi Accessorii Spinales.
 ** Initia Noni Paris Nervorum.
 ii, kk. Par Decimum Nervorum, sive primum Colli.

Fig. 2.

- Pars Cerebri super Basi Calvariae.
 AA. Pars Cerebri Anterior.
 B. Digni qui illam sustinent, ita ut sequentes partes in conspectum veniant.
 C. *Infundibulum*.

- D. *Glandula Pituitaria* jacens in *Cella Turcica*.
 E. Connexio Membranacea *Infundibuli* & *Glandulae Pituitariae*.
 F. Vas sanguiferum transiens per partem Lateralem *Offis Cuneiformis*, quod Bidloo turpi errore *Nervos Olfactorios* credidit.
 GGG. Portiones Nervorum Opticorum ita divisae, ut partes eorum maneant super *Basi* Calvariae aequae ac super ipso Cerebro.
 HH. Nervorum Par tertium, *Oculi Motorii* dicti, *in situ*.
 II. Pars Interna Bafis Calvariae.
 KK. *Dura Mater*.

Fig. 3.

- Pars Interna Bafis Calvariae, post exemptum Cerebrum, & portiones Nervorum Parium Decimorum Cerebri ad Exitum suum, unâ cum Parte *Durae Matris*.
 AA. *Ëc.* Margines Cranii divisi, ubi videri potest *Diploe*.
 BB. *Os Crista Galli*.
 CC. *Os Cribriforme* utrinque.
 DD. *Ëc.* Pars *Durae Matris* adhaerens Basi Calvariae.
 EE. *Os Occipitale Dura Matre* nudatum.
 FF. Portiones Nervorum Olfactoriorum abscissae prope exitum ad *Os Cribriforme*.
 GG. Nervi Optici similiter abscissi, priusquam transeant prima Foramina *Offis Sphenoïdis*.
 gg. Arteriae Carotides etiam divisae.
 HH. Par Nervorum Tertium abscissum.
 II. *Glandula Pituitaria* intra *Sellam Turcicam*, jacens sub *Dura Matre*.
 K. *Infundibulum*.
 LL. Par Quartum Nervorum, sive *Par Patbeticum* exiens e Calvaria, cum Tertio & Sexto Nervorum Pari
 MM. Quintum Nervorum Par.
 NN. Sextum Nervorum Par progrediens subtus vel in Duplicatura *Durae Matris*, magno intervallo priusquam e Calvaria egrediantur ad Perforationes duas secundas *Offis Sphenoïdis*. Vid. *Tab. 89. Fig. 2. C. D. I.*
 OO. Septimum, seu Nervi auditorii exeuntes ad *Ossa Petrofa*.
 Nota, O a Dextro Latere debuisse poni quadrantem Pollicis infra M, ab eodem Latere.
 P. Par Octavum Nervorum, sive *Par Vagum* exiens ad secundas Perforationes *Offis Occipitis*, cum *Sinibus Lateralibus*, qui tendunt ad venas Jugulares Internas.
 QQ. Nervi Accessorii Spinales egredientes ex Calvaria cum *Pari Vago*.
 RR. Par Nonum Nervorum exiens per Perforationes Tertias *Offis Occipitalis*.
 T. Primum & Magnum *Foramen Offis Occipitis*, per quod Spinalis *Medulla* egreditur ex Calvaria ad *Specum Vertebrarum Dorsî*.

Sinus Durae Matris, qui adparent, ubi Internae Parti Bafis Calvariae adhaeret, exprimentur in Figura Appendicis nostrae; ubi etiam exhibentur Exitus Parium Nervorum Decimorum, unâ cum Vasis insignioribus, quae ingrediuntur aut egrediuntur Calvariae Cavitatem.

Fig. 3.




Fig. 2.




Fig. 1.




Fig. 1.





Fig. 2.




Fig. 6.




Fig: 7





Fig: 5




Fig: 8





Fig: 4



TABULA DECIMA.

Fig. 1.



erebrum unâ cum *Medulla Oblongata*, ipsi continuata, cum Calvaria liberatur, & *Specu* seu Cavitate Vertebrarum omnium Colli, Dorfi, & Lumborum.

AA. *Dura Mater* Cerebro liberata & aliquantum expansa.

aa. Pars *Falcis*.

BB. Pars Cerebri sc̄cta transverse.

C. Divisio in parte ejus Corticali, quae Anfractus & Circuitus in ejus superficie facit.

DD. Corticalis, sive Pars Cerebri cineracia; quibusdam Glandulosa Pars dicta.

EE. Medullaris, sive Pars alba Cerebri; quibusdam nominata Callosa Pars, sive Fibrata.

ff. Pars Cerebri Posterior, quae incumbat secundo Processui *Durae Matris*.

FGH. Dexter & sinister Ventriculi Cerebri aperti; ubi cerni possunt vasa sanguifera Piae Matris, quae ista tegunt.

F. Superiores & Anteriores partes eorum, quae maximae sunt, & fiunt semper minores versus partes eorum Inferiores & posteriores, G.

HH. *Corpus Callosum*.

IK. Radices Fornicis.

L. Thalamus Nervi Optici a Dextro Latere; a sinistro non notatus est.

M. *Corpus Transversale Corporis Callosi*.

NN. Partes Corporum striatorum integrorum.

OO. Nates.

PP. Testes.

Q. *Glandula Pinealis, in situ*.

RR. Plexus Choroïdes constans ex vasis sanguiferis utriusque generis, Lymphae ductibus, Membranis, & Glandulis. Vid. Fig. 3.

SS. Processus Cerebelli Primus, ad Nates tendens.

T. Processus Transversus conjungens Nervos Patheticos duos & postremo memoratum Processum.

f. Ventriculus Quartus, *Calamus Scriptorius* appellatus.

VV. Nervi Pathetici.

WW. Duo Processus Spinalis Medullae, qui Latera Ventriculi Quarti constituunt.

XYZ. Medullium Cerebelli, more Arboris adparens, facta ejus sectione Transversa.

ab. ab. *Sc̄c. Dura Mater*, quae Spinalen Medullam circumdat, divisa & expansa.

cc. *Sc̄c. Pia Mater* adhuc Spinalen Medullam circumdans, sed parte infima specillo levata, ubi Caudam Equinam investit.

1 2 3. *Sc̄c. Singula nervorum Paria*, quae oriuntur a Spinali Medulla Ab 1. ad 9. Origines Nervorum Colli; quorum Primus egreditur per Perforationem Tertiam *Offis Occipitis*, & Decimus habetur Cerebri; reliqui inter *Vertebrae* Colli, Dorfi, Lumborum, & per Perforationes *Offis Sacri* successive egrediuntur. Nervus Fig. 9. exit inter sextam & septimam *Vertebrae* Colli: Nervi Dorfi sunt a 10. ad 21: a 22. ad 27. Nervi Lumborum; reliqui exeunt e Foraminibus *Offis Sacri*.

Fig. 2.

AA. Pars Cerebri cocta, & Microscopio conspecta.

BB. Membranae Cerebri separatae; quarum Externa est *Dura Mater*; Duae Internae *Piam Matrem* componunt.

CD. Distributio Reticularis Vasorum Sanguiferorum prope eorum Extremitates.

EE. Ordines Glandularum Corticalium diversi in Cerebri superficie.

FF. Tubi ex istis Glandulis Corticalibus derivati.

GG. Lobi, vel distincti Glandularum Globi variis implicati angulis.

HH. Tubi Complicati.

II. Fibrae Nervosae ab ultimò memoratis Tubis derivatae.

Fig. 3.

Pars Plexus Choroïdis delineata, ope Microscopii.

AA. Membranacea involucra *Fasciculorum* vasorum separata.

BC. Vasa sanguifera distenta Calce Parisiensi, & sanguine suo.

DD. Rami Lymphæductuum, aliquantum vento inflati.

E. Tubuli Nervosi secundum Bidloo, quos nullo modo capere possum esse in Plexu Choroïde.

FF. Glandulae Plexus Choroïdis irregulariter positaе, quarum quaedam *Durae* & Fibratae; quaedam vesiculosae & Flaccidae.

Fig. 4.

Portio *Medullae Oblongatae* abscissa & secundum Longitudinem lateraliter divisa; major vitâ aliquantum expressa.

AA. Pars superior *Medullae Oblongatae*.

BB. Pars Anterior & Posterior.

CC. *Fibrillae* Nervosae ortae ab Anteriore & Posteriore Parte Spinalis Medullae.

DD. Pars Inferior *Medullae Spinalis* abscissa.

EE. Portiones *Durae Matris* relictae, ut Nervorum Foramina ostendantur, quum exeunt e *Specu Vertebrarum*.

FFF. Plexus Ganglioformes Nervorum exeuntium inter *Vertebrae*. Duo aut Tria Corpora ipsorum Nervorum in hac Figura exprimuntur aciculis fixa.

Fig. 5.

Portio *Medullae Spinalis* abscissa circa Tertiam *Vertebrae* Dorfi, major vitâ aliquantum expressa.

A. Pars superior *Medullae Spinalis*.

BB. Portio Continuationis *Durae Matris* expansa.

CC. Fibrae Nervosae ortae ab Anterioribus & Posterioribus partibus Spinalis Medullae.

D. *Fibrillae* Nervosae transeuntes collectim per *Duram Matrem*.

E. Plexus eorum Ganglioformes ad initia Corporum nervorum.

F. Divisio *Medullae Spinalis* secundum Longitudinem suam

G. Quaedam *Vestigia* vasorum sanguiferorum, quae extra in Spinali *Medulla* tendebant.

Fig. 6.

Structura Nervi ope Microscopii expressa.

A. Ramus Nervi à Collo dissectus.

B. Vasa sanguifera in *Fibrillas* Nervosae transeuntia Haec vasa sanguifera semel occasionem habui detegendi oculo inermi in exiguo Ramo *Paris Quinti* Capitis, ubi repleta fuerant Mercurio per Arteriam *Crotidem*; sed examinando eundem Nervi ramum Microscopio, ingentem Ramorum minorum numerum vasorum sanguiferorum detexi, qui non adparebant antea, semper Fibris nervosis parallelorum, ut hic exprimuntur; quanquam procul dubio multi ex Truncis Vasorum istorum interfecant & transgrediuntur obliquè Fibras Nervosae, praesertim prope eorum extremitates. Ab hisce Vasis sanguiferis, ut puto, Globosa Contenta *Fibrarum Nervosarum* originem trahunt immediatè, & non a Cerebro, ut vulgò creditur; cum neque Fibras Cerebri, neque Nervi ipsi adpareant Tubulati sive Tubi excavati secundum Longitudinem; sed Cavitates eorum saepe interrumpuntur variis Cellulis, quae adparent Globosae; atque haec Fabrica Tuborum Nervosorum facillimè in *Tunica Oculi Retina* demonstratur ope Microscopii.

CC. *Fasciculus* Tuborum Nervosorum separatus & expansus.

DD. Cohæsiō Tuborum Fibris Lateralibus.

EE. Extremitates Tuborum Villosae prout potuerunt delineari. Quae supra traduntur de intima Nervorum structura, dissident plurimum ab Hypothesibus vulgò propositis de Spiritibus Animalibus. quos quidam *Fluidum Animale* vocant; idque non ideo tantum quod origo eorum in Cerebro ponitur, sed etiam quod inde transferuntur Nervis quam celerimè, ut istis vacent Muneribus, quibus crebro occupati dicuntur: quorum neutrum neque ratione, neque re ipsa contingere potest, propter nervorum ipsorum Fabricam: Praeterea si Spiritus Animales juberentur sursum & deorsum sic fluitare, alio visibili impedimento obstruerentur, in Ortibus Tuborum Nervosorum a *Spinali Medulla*; ubi hi Tubi multum contrahuntur, & expanduntur rursus & formant Gangliones, ut in hac Figura adparet ad E; nec possum animo concipere, quid tantum *Impetum* Spiritibus potest tribuere, ut ita sursum & deorsum agant. Crediderim potius *Globulos* hosce contiguos, supra memoratos, esse Media inter Objecta & sensorium Commune. Sed haec res majoris est argumentationis, quam ut hic inseratur. Quare progrediendum in illustro praesenti.

Fig. 7.

Portio *Spinalis Medullae* exenta e *Specu Vertebrarum* Dorfi, unâ cum Integumento ejus Communi.

AA. Pars posterior *Medullae Spinalis* proximè ad spinas *Vertebrarum*.

BB. Externum, sive Integumentum Commune (unâ cum *Dura Matre* per totam Longitudinem specus vertebrarum) partim hic stylò levatum & sustentatum.

D. *Dura Mater*, vel prima Membrana propria *Medullae Spinalis*.

EEE. Varii *Sacculi* Pinguitudinis interjacentes propriam & Communes Membranas *Medullae Spinalis*.

Fig. 8.

Pars primae *Vertebrae* Thoracis Inferior.

A. Processus ejus Spinalis.

BB. Processus ejus obliquè descendentes, qui cum Processibus Partis superioris secundae *Vertebrae Thoracis* ascendentes, articulis conjunguntur.

CC. Processus Transversi.

D. Corpus *Vertebrae*.

E. Magnum *Vertebrae Foramen*, in qua *Medulla, Spinalis* descendit.

FF. Pinguisculae Glandulae mucosae, quae continuantur per internum Latus totius *Specus Vertebrarum*.

Harum Glandularum Officium est liquorem secernere ad lubricandas Membranas *Medullae Spinalis*, & partem *Specus* Internam; quem Liquorem tantâ copiâ inveni saepe, ut proflueret, dum dirumperentur *Vertebrae* ut *Spinalis Medulla* detegeretur.

TABULA UNDECIMA.



Fig. 1.
Partes Oculi Externæ, ut palpebris apertis, adparent.
 AB. Supercilium: B. Varia Pilorum Dispositio in hoc subjecto.
 C. Magnus Oculi *Canthus* proxime Nasum.
 D. *Canthus* minor.
 E. Superior Palpebra.
 F. Inferior ———.
 G. Album Oculi *Tunica Adnata* sive Conjunctiva testum.
 H. Una ex Glandulis Lacrymalibus, in magno Oculi *Cantho* positis, nominata *Caruncula Lacrymalis*, & Glandula Lacrymalis Inferior.

Fig. 2.
Palpebrae clausæ.
 A. Supercilium ut in Figura priorè.
 C. Magnus Oculi *Canthus* versus Nasum.
 D. *Canthus* Minor.
 E. Palpebra superior.
 F. Palpebra Inferior.

Fig. 3.
AA. Cutis cum Musculo Orbiculari Palpebrarum remota.
 B. Os superioris Partis Orbitæ Oculi nudatum.
 C. Glandula Lacrymalis magna pinguedine involuta.
 DD. Facies languida Ductuum Excretoriumum Glandularum Lacrymalium, Borrhio Hygro-opthalmici nominati.
 EE. Variæ Glandulæ parvæ inter Ductos modo memoratos positæ.

Fig. 4.
Partes Musculorum Palpebrarum.
 A. Pars *Musculi Aperientis Palpebram Recti*, ubi Palpebræ Superiori inseritur. Origo Musculi hujus est acuta & carnosâ in parte Orbitæ profundissima, propè Exitum Nervi optici; hic Musculus comitatur *Rectum* Oculi *Attollentem* in Progressu suo; latescit, tenuis factus & tendinosus quum Bulbi Oculi partem superiorem transit, usque ad ejus infertationem in tota Parte superiore Palpebræ superioris.
 BC. Portio partis superioris *Orbicularis Palpebrarum* versâ deorsum, semper tamen annexa Palpebræ Superiori. Cujus Musculi Descriptio inferetur in sequente Tabula Fig. 4.

Fig. 5.
Glandulæ Lacrymalis, &c. intra Orbitam Oculi, repræsentantur multo majores Vitæ.
 AA. Pars superior Ossium Orbitæ.
 BBCC. Glandula Lacrymalis Superior.
 DDD. *Vasa Lacrymalia* vel Ductus Hygro-opthalmici; quorum Ora aperiantur in Parte *Palpebrarum* Internâ, unde liquor secretus, *Tabis* derivatus profuit ad irrigandas *Palpebras* & partem Bulbi Oculi Externam.
 EEE. Variæ Glandulæ Lacrymalis sparæ inter Ductus ultimò memoratos.
 FFGG. Cartilagines *Ciliarum* variis membranis G. conjunctæ.
 HH. Pili Palpebrarum sursum versi, quorum Ramuli adparent.
 I. Pars Glandulæ Superioris Lacrymalis, quam Bidloo *Glandula Lacrymale* nominat.

Fig. 6.
Bulbus Oculi intra Orbitam, Palpebra superiori remota.
 AB. *Tunica Adnata* in Anteriore parte Sclerotidis.
 C. *Iris*, in cujus Centro est Pupilla.
 DD. Palpebra Inferior *in situ*, unâ cum parte superioris, dissecta.
 E. Os Orbitæ.
 F. Margo Palpebræ Inferioris, ubi excrevunt Pili.

Fig. 7. 8.
Musculi Oculi, ut intra Orbitam videntur, pinguedine liberi, & Partes adjacentes.
 A. *Musculus Atollens*.
 B. (Fig. 8.) *Musculus Adducens*.
 C. *Deprimens*.
 D. *Abducens*.
 EE. Pars Interna Ossium Orbitæ.
 H. Tendo *Musculi Obliqui superioris* transiens per Trochleam K. ad suam Infertationem post *Musculum Attollentem*.
 I. Partes Externæ Ossium Orbitæ prope Nasum.
 K. Trochlea, sive parva Cartilago, super quam Tendo Musculi superioris Obliqui refertur.
 X. Fig. 7. Nervus Opticus.

Fig. 9.
Partes Anteriores Musculorum Oculi Dextræ, ex Orbita exempti, pinguedine, Membranis, & Glandulis a: liberæ, & expansæ.
 A. *Atollens*.
 B. *Deprimens*.
 C. *Adducens*, quem *Abducens* Bidloo nominat.
 D. *Abducens*, quem similiter falso vocat *Adducens*.
 E. *Trochlearis Musculus*, sive *Obliquus Superior cum Trochlea*.

F. Cartilago *Trochlea*, *in situ* visa Fig. 7. K.
 G. *Musculus Obliquus Inferior*.
 HHH. *Tunica Adnata*, una cum alio membranaceo Tegumento, orto a Tendinibus quatuor Musculorum rectorum, *Realdo Columbo* memoratorum. Lib. X.
 I. Vix cernitur, sed in Centro Bulbi locatur, & *Pupillam* distinguit.
 K. Pars Nervi Optici.

Fig. 10.
Posterior Partes Musculorum ejusdem Oculi, exemptæ, ex Orbita, &c.
 A. *Musculus Abducens*, sive *Indignatorius*.
 B. *Adducens*, sive *Bibitorius*.
 C. *Obliquus Inferior*, vel *Brevissimus Oculi Musculus*.
 D. *Atollens*, sive *Superbus*.
 E. *Deprimens*, sive *Humilis*.
 F. *Obliquus Superior*, seu *Longissimus Oculi Musculus*.
 G. Cartilago *Trochlea*.
 H. Portio Nervi Optici.
 I. Posterior Pars Bulbi Oculi; composita *Tunica Sclerotide*.

Fig. 11.
Bulbus Oculi & Nervus Opticus Musculis & communibus eorum Membranis liberati, sic ut membranae propriae eorum superficiei videantur.
 A. Pars *Tunicæ Adnatæ*, quæ continuatur Parti Palpebræ Internæ, quæ nullo modo impedire potest Retractionem Oculi, aliquibus ex musculis rectis agentibus, ut quidam Dissectores conjiciunt.
 BD. *Tunica Sclerotis*.
 C. *Tunica Corneæ, Iridis* circumscripta, in cujus Centro est *Pupilla*.
 E. Nervus Opticus *Tunica* obductus a *Dura Mater* derivata.

Fig. 12.
AA. Sclerotis aperta, ut ostendatur *Tunica Choroïdes* sub ea immediatè.
 B. *Tunica Choroïdes*.
 C. *Corneæ, Iris, &c.* ut in præcedente Figura.

Fig. 13.
Pars *Ligamenti Ciliaris* Microscopio conspecta.
 ABB. *Ligamentum Ciliare* constans ex duobus Fibrarum generibus; unis extensis per totum ejus Longitudinem, AA: alteris finientibus media via BB. Inter hæc duo locantur secundum Bidloo *Lymphaeductus*. Textura ista muscularis *Ligamenti Ciliaris* movet Uveam, seu Partem Anteriorem *Tunicæ Retinæ* Iridem constituentem, ut margo interior *Iridis* appropinquet versus *Pupillæ* Centrum, sive retrahatur; quo factò *Pupilla* aut augetur aut minuitur pro ratione diversæ radio-rum Lucis. In quibusdam Animalibus, ut in Felibus, &c. structuram etiam Muscularem in Iride inventimus, quo efficacius pupillæ eorum angustentur; talis fabrica in hisce Animalibus forte eò magis requiritur, quod *Tunicæ* eorum *Corneæ* non prominent pro ratione Bulborum Oculorum eorum, ut fit in aliis Animalibus.

Fig. 14.
Bulbus Oculi unâ cum Portione Nervi Optici, ubi dividitur *Tunica Sclerotis* & Choroïdes, ut exhibeatur *Tunica Retina*.
 A. *Tunica Retinæ*.

Fig. 15.
Pars Nervi Optici unâ cum Oculi Tunicis, Humoribus (Fig. 19. 20.) exemptis.
 A. Interna Superficies *Tunicæ Retinæ*.

Fig. 16.
Altit Internæ & Externæ Superficiæ Tunicarum Oculi Conspectus, effusis Humoribus.
 AA. *Tunica Sclerotis*.
 B. *Corneæ*.
 C. Pars Nervi Optici.

Fig. 17.
Interna & Anterior Pars Tunicarum Oculi, effusis Humoribus sectione transversa per Bulbum.
 A. *Tunica Corneæ*.
 C. Superficies Iridis Interior, prope *Ligamentum Ciliare*.
 D. *Tunica Retinæ* Choroïdes, & Sclerotis simul.

Fig. 18.
Superficies Interior Partis posterioris Tunicarum Oculi ultimò membratarum.
 A. Pars Nervi Optici abscissa; in qua Divisione vasa ejus sanguifera exprimuntur.
 B. *Tunica Sclerotis*.
 C. *Tunica Retinæ, in situ*.

Fig. 19. 20.
Vitreus & Crystallinus Humores Oculi, e Tunicis exempti,
 A. Crystallinus Humor.
 B. *Vestigia* Ligamentorum Ciliarium super vitreo & margine Humoris Crystallini.
 C. Humor Vitreus.

Fig. 21.
AB. Humor Crystallinus exemptus; A. pars ejus Anterior proxime Aqueum Humoribus; B. sicut a Latere adparet.
 Humor Aqueus non potest facile exprimi revera; quare hic loci dicemus de ejus interstitio, ubi locatur, unde Figura ejus circumscriptur; Pars ejus Anterior est Convexa mediante Concava efficta in Centro a *Corneæ*, & *Iris* in Circumferentia; Pars Posterior Humoris Aquei est Concava, ut excipiat superficiem Humoris Crystallini Convexam; Latera ejus sunt circularia, pro Cavitate Bulbi; inde patet Humorẽ aqueum in Circumferentia esse Circularem, Convexum anterioris, & posterioris Concavum, ut in sequenti Figura.



Fig. 22.
A. Externa & Anterior pars Humoris Vitrei.
 B. Concavum in Humore Vitreo, quod Humorẽ Crystallinum excipit. *Tunica*, quæ dicitur Vestire Humorẽ vitreum, non adparet, nisi ubi aeri exponitur; Quare Dr. Briggs illam mere adventitiam esse putat.

Fig. 23.
AB. Humor Crystallinus siccatus; quem Bidloo secundum quosdam Dissectores vocat *Tunicam Araneam*, seu Crystalloïdem.

Fig. 24.
AB. Humor Vitreus similiter siccatus, relicta tantummodo supposititia ejus Membranâ investiente.
 Debẽbam hic loci (sicut hæcenus feci, & faciam postea describendo partes, ad quas pertinet insignis aliqua Chirurgiæ Operatio) dicere de Cataractarum Depositione; sed vereor ne jam limites Paginae meæ transgressus sim; Quare monebo tantum, ut in hac Operatione Punctura per *Adnatam* fiat majori Distantia a *Pupilla* quam vulgò Auctores præscribunt; & acus rotundus præferatur; nam aliàs acus latera poterunt vulnerare plurimum vasa sanguifera *Tunicæ Choroïdes*, & inter hanc *Tunicam & Sclerotidem* poterit fieri sanguinis profusio, non sine periculo aegrotantis.

Fig. 1.




Fig. 2.




Fig. 3.




Fig. 6.




Fig. 7.




Fig. 8.



Fig. 9.




Fig. 10.




Fig. 11.




Fig. 12.




Fig. 14.




Fig. 15.




Fig. 16.




Fig. 21.




Fig. 17.




Fig. 18.




Fig. 19.




Fig. 20.




Fig. 13.



Fig. 5.




Fig. 4.




Fig. 22.




Fig. 23.




Fig. 24.




Fig: 4.

Fig: 3.




Fig: 2.



Fig: 5.



Fig: 1.



TABULA DUODECIMA.

Fig. 1.



In hac figura est repetitio eorundem literarum Alphabeti; una super Partibus Externis Auriculæ; altera super ejus Musculis, & Partibus adjacentibus.

Prima.

AA. Margo Externus Auriculæ Exterioris, *Helix* nominatus, & *Capreolus* ab ejus Dispositione Tortuosa.

BB. *Anthelix Auriculæ*.

C. *Hircus Auriculæ*, quibusdam *Antitragus* nominatus.

DE. Circumferunt *Concham*; D. *Tragus Auriculæ*, infra quem est *Lobus*.

Secunda.

A. *Musculus Attollens Auriculam*; qui originem suam trahit partim carnosam, partim membranaceam, desuper Musculo Temporalis, & descendens supra eum ad ejus Insertionem ad partem superiorem Cartilaginis Radicis Auriculæ.

BCC. *Musculus Retrahens Auriculam*, cujus Originem cum D. Du Verney semper observavimus esse ab *Apophyse Mastoide*; totus Musculus hic exprimitur multo major quam vulgo reperitur.

DD. Pars Glandulæ Parotidis Auriculæ externæ adhaerentis.

EFF. Ductus Excretorii orti ab hac Glandula, qui componunt *Ductum Salivalem Superiorem*.

G. Pars *Ductus Salivalis Superioris*.

Fig. 2.

Exhibet Partem Auriculæ Posteriolem abscissam.

A. Cutis, &c. separata a Pericranio, & liberata a *Cranio*.

B. Interna, sive pars Auriculæ Posterior proxime Cranium.

C. Pars Auriculæ Inferior.

D. *Meatus Auditorius*.

E. Crassities Cartilaginis.

Fig. 3.

Repraesentat Ramulos *Ductus Salivalis* cera repletos, & liberatos a Glandula Parotide.

A. Truncus *Ductus Salivalis* abscissus in Progressu suo super *Musculum Masseterem*.

BBC. Ramulos *Ductus Salivalis* liberatos, qui oriuntur ab extremitatibus Arteriarum infra Glandulam Parotidem.

Fig. 4.

Ostendit Musculos Faciei Diversos, *Quadrato Genæ* levato.

A. Solemnem hanc Faciem Fibrarum circularium suspensor esse fictitiam, cum talem Dispositionem numquam in ullo subjecto, parte tamen de industria examinata, observaverim; tamen Figura similis earum videri potest in *Placentino*.

B. Musculus, cujus Positio facit, ut possit *Alam Nasi* elevare; unde vocatur *Elevator Alae Nasi*, & a *Casserio*, *Pyramidalis*, ab ejus Figura; neque hunc Musculum vulgo in dissecando reperimus; Fibrae carnosae in hac parte, cum fibris Orbicularis Palpebrarum eundem tendentibus cursum, transeunt per *Alam Nasi*.

C. *Musculus Elevator Labii superioris proprius*.

DD. *Orbicularis Palpebrarum*; est Musculus carnosus, tenuis, circuli modo Palpebras, quibus inseritur, circumdans, non dissimilis Musculis *Sphincteribus* aliarum partium, ut Labiorum & Vesicae Urinariae; agit trahendo Palpebras si-

bi invicem propiores; quod claudere Palpebras dicimus; sed si validissime agit hic Musculus, non solum Palpebras arctissime claudit, verum etiam Bulbum Oculi intra Orbitam trudit. Galenus & Dissectores antiqui ignari *Musculi Aperientis Palpebrarum Recti* (quem invenit olim Fallopius) non nisi aegre potuerunt debitum instrumentum assignare attollendo Palpebram superiorem; quare falso disceperunt musculum hunc in duos Musculos: idem error quibusdam scriptoribus recentioribus evenit; quorum in numero Bidloo haberi potest.

F. Ramus Arteriae, qui oritur a Carotide in Collo, & trajiciens Glandulam Maxillarem Inferiorem, transit Os Maxillare inferius, ubi Musculus *Masseter* inseritur, ut hic exprimitur.

In hac parte incidunt frequenter Tumores, qui debent incidi; quo casu considerari debet, quomodo arteria praecidenda sit: quare primum malui bis cutem incidere Cauterio vel alias ab utroque arteriae latere, deinde ligamentum transmittere, quo ligatur arteria per aliquot dies, & licet suadere non possim, ut ligamentum frequenter arteriam constringendo, eam penitus praecidat; tamen spatio duarum aut trium dierum ligamentum sic arteriam constringet, ut tutò sine ullo periculoso profluvio sanguinis perficere possis.

G. *Os Jugale*.

H. Os Maxillare inferius remota cute nudatum, & *Musculus Quadratus Colli*.

I. Pars Arteriae Carotidis.

KMN. Musculus Temporalis; KN, latus ejus externum; M, latus internum prope Cranium devolutum.

L. Pars Glandulae Parotidis, majore ejus parte abscissa, ut Musculus sequens exhiberetur.

O. *Musculus Masseter in situ*: Ortus, progressus, & finis ejus & Musculi Temporalis satis exprimuntur in hac & sequente Figura.

Fig. 5.

Demonstrat Musculos labiorum, & quosdam ex iis, qui sunt maxillae.

ABC. *Musculus Buccinator* ab Ortu suo, ad *Processum Coronae* maxillae inferioris liberatus, (propius N) & ad finem suum in angulo Labiorum relictus: Hic observari potest, Fibras hujus musculi in hac Figura (sicut in Vita) rectas tendere secundum ejus Longitudinem, contra atque describitur Bidloo & alii. Per hunc Musculum in Os *Ductus Salivalis* Parotidis Glandulae transit.

D. *Musculus Elevator Labiorum Communis*; Oritur is ab *osse Quarto* Malaee, & recta descendit ad finem suum sub sine *Zygomati*; in hac Figura (ut etiam ipsi vidimus) *Fasciculus* Fibrarum hujus Musculi carnosarum finem *Zygomati* transeunt.

EE. *Elevator Labii superioris proprius*, & *Musculus Dilatator Alae Nasi*.

F. Musculus *Zygomati*.

G. *Depressor Labiorum Communis*.

H. *Depressor Labii inferioris proprius*.

I. *Constrictor Labiorum*.

KMN. *Temporalis*; N. Finis ejus ad *Processum Coronae* Maxillae.

L. Pars Parotidis Glandulae.

O. *Masseter* ab ortu suo abscissus ad *Os Jugale*, & relictus ad finem suum in Maxilla.

PQ. Pars Originis Musculi *Pterygoidei interni in situ*; Hic Oritur a parte externa *Processus Pterygoidei*, & parte superiore *Offis Sphenoidis*, & ad finem suum recurrit ad cervicem *Processus Condylidis*: ut Progressus hujus Musculi detegatur, *Processus Coronae* dolabra abscindi debet.

R. *Processus Condyliformis* Maxillae, qui hic maximam partem nudatur.

S. Pars Musculi *Digastrici* Maxillae.



TABULA TERTIA DECIMA.



Fig. 1.
Partes Externae Nasi una cum *Lingua, Faucibus, Gargareone, & similibus in situ.*

- A. Dorsum Nasi.
- B. Spina.
- C. Globulus Narium.
- D. Septum Narium.

- EE. *Aliae Nasi.*
- FFF. *Malae divisae, ut Partes intra Os videantur.*
- G. *Lingua.*
- H. *Gargareon vel Uvula in situ Membranâ Glandulosa Palati obducta.*
- I. *Tonsillae in Appen. Fig. 9. descriptae.*
- KK. *Gingivae Maxillarum utrarumque.*
- LL. *Palatum; cujus Glandulae exprimuntur Tab. 14. Fig. 4. BC.*

M. *Epiglottidis Pars Superior per Linguae Fossulam levata. Inspiciendo vivorum ora raro Epiglottidem videmus; sed in aliquibus paucis aliquando, multum linguam deprimendo, ut Fauces inspicerem, partem ejus superiorem vidi; in talibus hominibus quidam (Anatomiae valde imperiti) eam Excrescentiam crediderunt, ejusque Extractionem proposuerunt. Error aequè perniciosus accidit Practicis nonnullis; credentibus Ductuum Excretoriorum ora Tonsillarum, repletarum lenta materia (ut in gravedine & Destillationibus) ulcera fuisse, animadvertente Fallopio.*

Fig. 2.

Externum Linguae Tegumentum Microscopio exploratum: Haec Figura una cum 3^a, 4^a, 5^a, 6^a, 7^a, 8^a, delineatae fuerunt ad modum Linguarum Quadrupedum, ut Taurorum, Ovium, & similitum. Ope Microscopii in Lingua Humana species fere ejusmodi cerni potest; sine Tegumento corneo, quemadmodum Bidloo in hisce Figuris descripsit, ut sequitur.

A. Pars illa versus Linguae Extremitatem.
B. Quod versus radicem cerni potest, ortum a Membrana inferius, genus quoddam Corporum Dentes referentium CC, &c, durorum, tanquam Cartilagineas, aut Ungues; qua de Causa (inquit ille) *ungulas* appello: Inter haec (addit praeterea) locantur quaedam corpora fuscosa ejusdem structurae: (Vid. Fig. 3.) Inter haec duo Corporum genera, & inter dum super illis, locantur *Globuli pellucidi, Pyrisiformes, & vesiculas* referentes. (Fig. 2. D.) Hae *Ungulae* consistunt ex multiplicibus *Lamellarum Fibrosarum* implicationibus (Vid. Fig. 4. A.) quarum Medium B, est medullare & pervium; sed Globuli vesicularum more concavi sunt: utraque haec genera circumdantur valida Membrana flexili (Fig. 2. E.) cui ad latera adhaerent. Sustinent hanc Membranam *Stamina* pilosa F. quemadmodum etiam Membranam infra immediatè; quae Membrana subjacens memoratis corporibus perforatur, ut in (Fig. 6.) cernitur. In quibusdam ex Interstitiis horum corporum possunt detegi aliquae Cavitates G, Fig. 2. quarum fundus est admodum porosus. Quomodo autem apparent haec corpora in parte posteriore, ostenditur in Fig. 5. A,

*Globuli fracti. B, Asperitates Ungularum. C, Integumentum pilosum Membranaceum. D, Aperturae porosae. Sublato integumento superiore, secunda sive subjacens Membrana supra commemorata, in conspectum venit Fig. 6. instar retis explicata; cujus Fibrarum Ductus ita varius est atque intricatus, ut nihil certi de harum ordine statui possit; in crudâ enim Lingua est glutinosus, in elixâ potest extendi; pars ejus superior in hac Figura demonstrata, est subalbida & tenuior; partem ejus verò inferiorem observant esse crassam & tenaciorem (Vid. Fig. 7.) Foramina ejus AA, Fig. 6. numero Ungularum respondent: Hic etiam observari possunt vasa quaedam parva B, proserpentia quasi & tendentia ad Linguae superficiem. Margines horum Foraminum vasis suis & fibrillis asperantur, perinde atque vasis & fibrillis fractarum Ungularum. Similis ubique Fabrica notari potest in Membrana in Ore interno, praesertim in Palato. Sub hoc quasi Reticulato Integumento nervei quidam *Plexus* Papillares Fig. 8. A, & Glandulae nonnullae B absconditae sunt, quarum Apices inseparabiliter junguntur Mediis Medullaribus Ungularum supra commemoratis: adeo ut hae Ungulae, instar parvorum Cornuum, corpora ista Papillaria obducant similiter ac si Membrana super iis sterneretur. Hae Papillae in locis plurimis Fibris Linguae carnosae annectuntur; quarum quaedam majores C; quaedam minores D; quaedam confusae & acervatim E; aliae magis separatae, & distinctae, & Diversarum Figurarum; circa eas ponuntur plurimae Glandulae F, quibus Vasa Reticulati quasi Integumenti adhaerent. Eadem Organa, majori tamen Forma, ex integumentis Labiorum & Malarum, ut supra, oriuntur.*

Fig. 9.

Musculosa Linguae Fabrica.

AA. Ordo externus Fibrarum ad Linguae Longitudinem continuatus, viz. a Basi ad ejus Extremitatem; inter has interspergantur (BBB) diversae Glandulae & Lobi pinguitudinis, BB.

CD. Secundus Ordo Fibrarum Linguae, quae ab superiori parte versus Basim ejus descendunt.

EF. Aliae Fibrae a Basi ortae ad Linguae superficiem tendunt.

GH. Aliae a Linguae Medio prolatae ad Latera. Extremitates Tendinosae harum fibrarum Integumentis Linguae annectuntur. Ad medium partis inferioris Linguae sunt duae distinctae Fibrarum Classes admodum intricatae, quae conferunt motionibus Linguae variis, quibus utitur vel in loquendo, vel manducando, vel similibus.

Fig. 10.

Gingivarum Fabrica conspecta Microscopio.

AA. Pars Gingivarum.

BB. Duo Dentes Anteriores.

C. Integumentum Gingivarum apertum.

D. Ductus Fibrarum.

E. Glandulae inter Fibras sitae.

F. Pars Malae abrupta.



Fig. 6.

Fig. 5.

Fig. 2.







Fig. 4.



Fig. 3.



Fig. 1.



Fig. 10.




Fig. 9.




Fig. 8.




Fig. 1.



Fig. 4.




Fig. 2.





Fig. 3.

Fig. 5.



TABULA QUARTA DECIMA.



Fig. 1.
 Diversi Linguae Musculi, Ossis Hyoidis, & Laryngis; sicuti in proprio eorum Situ adparent; levato Maxillae Latere.

AABB. Lingua affixa B.
 C. *Musculus Styloglossus in Situ*; oritur a *Processu Styloide* & definit in radice Linguae immediatè sub fine *Ceratoglossi*: Linguam sursum trahit & introrsum in actione Deglutionis.

DD. *Musculus Ceratoglossus*, ortus carnosus a cornibus *Ossis Hyoidis*. Linguae inferitur: si is cum socio suo agit, Lingua recta intra Os trahitur; si unus agit, trahit Linguam ad Latus suum.

EFGIL. *Musculus Genioglossus in situ*. Ortus a Medio Partis Internae Maxillae, finit ad radicem Linguae; Is cum socio suo agentes antrorsum Linguam trahunt & ex ore protrudunt.

H. Pars Faucium radici Linguae contigua.

K. Pars *Musculi Sternohyoidei*.

L. Pars *Coracohyoidei*.

Nota, Literam L in duabus diversis hujus Figurae partibus insertam esse; unde monendus est Lector, ut meminerit Inferiorem pertinere ad novissimè Relatum.

M. *Musculus Styloceratohyoideus*; Ortus ejus, Progressus & Finis in Figura tam bene exprimuntur, ut necesse non sit aliam addere Descriptionem. Hic *Musculus* una cum *Styloglossis* & *Stylopharyngeo* ac sociis suis ad alterum Latus trahunt sursum *Ossis Hyoides*, *Linguam*, *Laryngem* & *Pharyngem* in Deglutione; quo fit, ut Alimentum paratum Deglutioni, non solum in *Pharyngem* eo tempore apertum descendat, sed etiam *Epiglottis* tali Linguae positu deprimatur, & *Laryngis* Rimulam obtegat perfectè; quare ne minima quidem Alimenti particula potest vel in *Laryngem*, vel in *Asperam Arteriam* descendere; quod certe est insigne Naturae artificium. Unde nullo modo possumus inter deglutiendum spiritum trahere, quin aliquid in *Laryngis* Rimulam descendat; quod adeo molestum est, ut tussim perpetuam excitet, donec ejiciatur.

N. *Musculus Mylohyoides*, resectus ab origine ad partem internam Ossis Maxillae, & relictus ad ejus Finem in Medio & parte superiore Ossis Hyoidis.

O. *Musculus Geniohyoides in situ*.

P. Pars Media Ossis Maxillae, quae mentum constituit, abrupta.

Q. Superficies Interna Labii Superioris.

R. Latus internum Buccae.

S. Nervus Gustatorius; ramus scilicet quinti Paris Nervorum Cerebri, in itinere suo ad Linguam.

T. Nervus Linguae Motorius, ortus a nono Cerebri Pari.

t. Ramus parvus a Nono Pari ad *Laryngem* tendens.

V. Sinistrum Cornu Ossis Hyoidis.

W. Truncus Arteriae Carotidis.

XX. *Musculus Digastricus* relictus ad ejus Originem in *Processu Mastoide*.

Fig. 2.

Repraesentat, secundum Bidloo, Ductus Salivales

liberatos a Glandula maxillae, expressos *in situ*. in Fig. 1. sequentis Tabulae MM. non possum credere hanc Figuram Ductuum Salivalem ad veritatem delineatam; neque exprimit, quantum memini, ullum alium Ductum Excretorium; quare hic addam ejus a Bidloo Descriptionem. A, Ramuli Ductus Salivales, supra memorati, repleti cera, & a Glandulis liberati; B, rami majores: C, Ductus communis: D, Ejus Osculum margine inclusum: E, Pars Membranae investientis Osculi resecta. Vid. Figuram Ductuum Salivalem Glandularum Maxillarium Inferiorum, una cum Glandulis sublingualibus in nostra Appendice.

Fig. 3.

Facies Interna Malae & Faucium, levata Maxilla.
 A. Palatum.

BB. Membrana Glandulosa Faucium prope Tonsillas.

CC. Diversa *Foramina* in superficie Membranae Glandulosae oris vel Palati, per quae succus egreditur a Glandulis ejus secretus, expressa Fig. 4. B, B, C, C.

DE. Pars Palati Anterior prope *Dentes Incisores*, ubi Os infra perforatur, ut varia vasa Sanguifera & Nervos transmittant; sed in Tauris & aliquibus Animalibus in ea parte perforatur & Membrana Palati & Membrana Narium, & est Meatus communis inter eorum *Narium Foramina* & Ora; quod in illis Fretum nominatur, & confert ad ducendam Partem Liquidam a Glandulis Narium eorum secreti, in eorum Ora.

FF. Stylus transmissus per narem sinistram in Fauces.

G. *Uvula* vel *Gargareon* deorsum pendens a Palato.

H. Membrana Glandulosa, quae confert ad componendam Partem Faucium Posteriolem.

II. Partes Musculorum Flexorum Capitis.

KK. Partes Longorum Colli.

LL. Vertebrae Colli.

Fig. 4.

Interius Latus Membranae Palati, sicut adparet levatum & lustratum Microscopio.

AA. *Tunica Palatina* ab osse levata, & extensa aciculis.

BCD. Glandulae, Fibrae Carnosae, quae Membranam constituunt.

EE. Duo *Dentes Incisores*.

F. Os quartum Malae, quod quidam Os Palati nominant, cujus Superficies est *Vestigiorum* plena, ubi *Tunica Palati* adhaesit.

Fig. 5.

Foramina Narium aperta, sublata plus quam dimidiata parte Ossis Quarti Malae, vel Ossis Palati.

AABB. *Pituitaria* sive Membrana Glandulosa, quae *Foramen* Naris sinistrae investit, separata a *Septo Narium* B.

CC. Membrana Glandulosa sic extensa, ut excipiat magnam DD lucis reflexionem, Styli auxilio DD, introducti ut in Fig. 3. Constructio hujus Membranae Glandulosae eadem est prorsus atque Palati, Faucium, &c. ut de ea amplius dicere hic loci non sit necesse, nisi quod extensa sit non tantum ad tortuosos Cavatum Narium Meandros, verum etiam quod Ossium Malarum, Ossis Sphenoidis, & Frontis investiat Cavitates; quae omnes communicant cum Naribus, ubi *Pituitam* suam effundunt, ut in parte Operis hujus Osteologica demonstrabitur.

TABULA QUINTA DECIMA.

Fig. 1.

Fig. 2.



diversi Musculi Maxillae, & Ossis Hyoidis in situ, Cute & Musculo Quadrato Colli sublatis.

ABC. Musculus Digastricus vel Biventer; B, Ortus ejus carnosus a Processu Mammillari; C, Tendo ejus Medius Musculum Stylohyoideum (N) trajiciens, ad Terminum suum Carnosum A, in Maxilla (D).

Tendo Medius Musculi hujus Digastrici, cum suo socio, duo Ligamenta Annularia Ossis Hyoidi affixa transeuntes, tanquam funes per Trochleam duplicem, est necessarium Molimen Naturae, ut possint Maxillam trahere deorsum; quod recta ab Ortibus progressi peragere non potuissent; neque ulli sunt Processus, vel Vertebrae Colli, vel Partium vicinarum, unde oriri possent hi Musculi infra Fines suos, ut in aliquibus Quadrupedibus: Quare Divinus Artifex in corporibus humanis, duplicem hanc Trochleam infra Terminos eorum posuit, quo possint destinato munere fungi. Inde impeditur Deglutitio, cum hi Musculi agunt, quippe prohibent eo tempore Linguam & Laryngem ascendere: Neque dum deglutimus, possumus Maxillam deorsum trahere, quoniam Centrum Directionis trahitur sursum: quare clausas tenere oportet Maxillas in ista Actione. Sed in Canibus, & aliis animalibus voracibus, in quibus hi Musculi oriuntur a Processibus transversis primae Colli vertebrae, hae Actiones a se mutuo non pendunt; quae de causa Alimentum suum celerrimè devorant.

D. Crepido Inferior Ossis Maxillaris nudata.

EE. Musculus Mylohyoideus, qui ortum suum carnosum ducit a parte Maxillae Interna, partim sub Glandulis Maxillaribus Inferioribus, partim ad Fines Musculi Digastrici; inde descendens ordine Fibrarum duplici, eleganter hic expresso, Ossis Hyoidis parti superiori & Anteriori inseritur. Immediate infra hunc Musculum jacent Glandulae sublinguales; & ductus Salivales Glandulae Maxillaris Inferioris; Hi duo ab eo comprimuntur, & saliva, dum is agit, in iis contenta protruditur in os, ut in Deglutione &c.

FF. Musculi Sternohyoidei, orti ab Interna parte & superiore Clavicularum, & non a Sterno, ut vulgo creditur, & Inferiori & Anteriori Parti Ossis Hyoidis inseruntur.

GG. Partes Coracohyoidei, provenientes subtus Musculos Mastoideos (H).

HH. Partes Sternothyroidei, qui oriuntur a superiori & Interna parte Sterni, & progrediuntur sub Sternohyoideis ad Fines suos in Cartilagine Thyroide, ut in sequenti Figura adparet.

II. Mastoidei.

K. Pars Masseteris ad latus dextrum.

L. Pars Glandulae Parotidis ab eodem Latere.

MM. Glandulae Maxillae.

N. Ea Pars Musculi Stylohyoidei, quae perforatur ut Medium Tendinem Musculi Biventris Maxillae transmittat; qui una cum Ligamento Annulari, ab Osse Hyoideo orto, similiter Medium Tendinem istius Musculi ultimo memoratum involvente, instar Trochleae facit, ut possit Maxillam deorsum trahere, ut supra observatum.

O. Pars Venae Jugularis Internae.

P. Pars Arteriae Carotidis.

Q. Vas Sanguiferum abscissum & ligatum.

Musculi diversi jacentes sub illis in praecedente Figura expressis.

AAA. Crepido Inferior Ossis Maxillae nudata.

BB. Musculi Sternohyoidei ab initiis suis relictis, & a Finibus liberati.

CCCC. Coracohyoidei sunt pars Musculorum Digastricorum; oriuntur carnosus a Processu Scapulae Coracoide & ascendunt sub Musculos Mastoideos, ubi fiunt tendinosi, sed rursus facti carnosus inseruntur Basi Ossis anterioris Ossis Hyoidis, trahit Os Hyoides deorsum, & introrsum aliquanto.

D. Pars Musculi Stylohyoidei ad Finem suum.

EE. Musculus Mylohyoideus; a Dextra non profusus ab origine sua liberatus, a sinistra ita levatus, ut Glandula Sublingualis W, adpareat; Hunc appellat Bidloo Geniohyoideum.

FF. Geniohyoidei, quos Antihereohyoideos nominat Bidloo. Oriuntur carnosus a parte Interna Maxillae, quae Mentum format, & superiori & Anteriori Ossis Hyoidis parti inseruntur; agentibus his Musculis Os Hyoides sursum & antrorsum trahitur, & auxilium fertur Genioglossis Linguam ex ore protrudendo.

GG. Musculi Digastrici Maxillae a Finibus suis resecti.

HH. Musculi Mastoidei; qui est a Dextra, ab ortu suo abscinditur; qui vero a sinistra, in situ remanet.

I. Cartilago scutiformis Laryngis, quae Pomum Adami, ut vocant, constituit.

K. Aspera Arteria.

LL. Glandulae Thyroideae.

M. Musculus Masseter in situ.

N. Musculus Pterygoideus Internus in situ. Oritur partim tendineus, & partim carnosus a Cavitate Processus Pterygoidei Ossis Sphenoidis Tab. 29. Fig. 2. K: unde ad Finem suum descendit ad Internam Inferiorem partem Ossis Maxillae adversationem Masseteris: hocce Musculo vel socio suo agente, Maxilla trahitur ad contrarium latus; si utriusque agunt, Musculis Temporalibus, & Masseteribus opitulantur.

O. Pars Glandulae Parotidis.

P. Musculus Hyothyroideus; incipiens ab Osse Hyoide, definit in partem inferiorem cartilaginis scutiformis; trahit Laryngem sursum in acuto vocis Tono.

Q. Cricothyroideus. Vid. Tab. 24. Fig. 5. HH.

R. Sternothyroideus finiens in Cartilagine scutiformi.

S. Vena Jugularis Interna, cujus pars inferior posita est aliqua intercapedine sub Musculi Mastoidei (App. Fig. I. 14.) partem illam, quae incipit a Clavicula; atque ea pars Musculi contrahitur maximam partem in iis, qui sunt Collis obortis, quod hoc in casu Operator debet observare, ne nimis audacter cultellum intrudendo ut partem contractam dividat, vulneret etiam vas illud magnum sanguiferum, & profluvium fiat sanguinis aegrotanti perniciosum. Nam licet externè fluxus iste facile prohiberi possit, vena in interstitio adeo magno posita, defensa clavicula & musculis adjacentibus, profluet tamen sanguis ex vase inter Musculos & partes vicinas. Cum id mali evenit; latius integumenta externa aperienda sunt scalpello, & pars a concreto sanguine purganda est, & vulnerato vasilinamentum indendum est lenius: semel nacti sumus occasionem exempli id genus in vulnere inter Musculos Pectoralem & Deltoidem, procinus sub Clavicula, ubi vena subclavia vulnerata fuit. In rebus similibus quid facere possunt ignari Dissectionis sine metu & tremore?

T. Arteria Carotis.

V. Vena lata proveniens a Glandula Thyroidea & tendens ad Ramum Subclavium.

W. Glandula Sublingualis procinus infra Musculum Mylohyoideum.



Fig. 1.



Fig. 2.





TABULA SEXTA DECIMA.



Musculi Externi qui caput movent, sicut a parte Posteriore adparent; parte superiore *Cucularis* remota & Musculis Ossis Scapulae quibusdam & *Thoracis* levatis & ad latus reclinatis.

AA. *Musculus Splenius in situ;*

BB. Ejus partim tendinosum & partim carnosum Initium a quinque vel sex superiorum Vertebrarum Thoracis Spinis; Pars Musculi hujus Inferior in plerisque corporibus deductus a superiori adparet, inhaeretque processibus Transversis Vertebrarum Tertiae, Quartae, & Quintae Colli ut ad eee exprimitur.

CC. &c. *Splenii* partis superioris Initium a Spinis Vertebrarum Colli Inferiorum, DD Terminatio ejus Carnosa, ad *Os Occipitis*.

EE. *Splenius* a sinistro Latere levatus, & reclinatus ad Latus;

eee. Tres ejus, aliquando quatuor Tendinosae Terminations totidem processibus Colli Transversis inhaerentes: Erraverunt Diffectores *Splenios* inter Capitis Musculos proprios numerando, cum inhaereant Processibus *Vertebrarum* Colli Transversis; quare habendi sunt communes Capiti & Collo; ideo si alter eorum agit, trahitur caput unà cum *Vertebris* Colli, quibus inhaeret, ad id Latus retrorsum; si agunt utriusque, caput trahitur rectà retrorsum unà cum Colli *Vertebris*.

FGH. &c. *Complexus Implicatus* vel *Tergeminus* ad Latus utrumque *in situ;* sinistro nudato;

HH. Ejus partim Tendinosum & partim carnosum Initium a Processibus *Vertebrarum* Thoracis, qui ultrò magis carnosus evadit in Ascensu suo FG, & ita *Ossi Occipitis* II, inhaeret protinus sub *Splenii* Terminationem DD.

ff, Pars *Musculi Complexi*, inhaerentis Processui Mammiformi, & a *Fallipio* tanquam Musculus discretus describitur, sed ad vitandam confusionem augendo Musculorum Numerum, hactenus non satis distinctum credidimus, cum invenerimus in aliquibus cadaveribus conjunctum inseparabiliter cum altera *Complexi* parte. Si alter horum *Complexorum* agit, caput trahitur ad idem Latus retrorsum, si uterque agunt simul, rectà trahitur retrorsum.

K. *Serratus Superior Posticus* levatus.

L. *Rhomboïdes* similiter levatus & reclinatus ad Latus.

M. Pars superior *Longissimi Dorsi* & *Sacro-lumbalis*.

N. Musculus Levator Scapulae, adparet aliquanto.



TABULA SEPTIMA DECIMA.



Musculi non pauci Capitis & Colli, subjacentes iis, qui Tabula praecedente demonstrantur.

A. *Musculus Rectus Major Posticus* a fine suo praecisus ad *Occiput D*, a latere sinistro, & deorsum pendens a Principio suo ad *Spinam Secundae Colli Vertebrae* duplicem:

B. Idem *Musculus in situ*, a Latere Dextro.

CCE. *Rectus Minor Posticus* a sinistro Latere nudatus, & *in situ* remanens; a Dextro Latere obducitur partim a recto Majore.

DD. *Rectorum Minorum Fines* ad *Os Occipitis*; oriuntur a parte Posteriore primae Colli *Vertebrae*, non a Processu, ut vult *Bidloo*, Condyliformi istius *Vertebrae*; Nam prima *Vertebra* Colli non solum tali Processu caret, sed etiam semper est in ea parte sine ullo Processu, sicuti tantum non omnes Dissectores animadverterunt:

Hi *Recti Minores* caput retrahunt super primam Colli *Vertebam*, & ab usu eorum vocari possunt *Renuentes*, & sunt Antagonistae parvo pari Musculorum in parte anteriore *Rectae* etiam Positionis; ut Hi ab illis discernantur, *Rectos Minores Anticos* nominamus, & ab usu eorum *Annuentes*, quorum Figuram in nostra Appendice adjungemus.

FF. *Obliqui Inferiores*; qui est a Dextro Latere, remanet *in situ*, sinister a Fine praecisus ad Initium suum relinquitur. Quisque horum incipit ab uno ex Spinalibus Processibus secundae *Vertebrae* Colli duplicibus, & oblique ascendens desinit in primae *Vertebrae* Processu Transverso.

Si alter eorum Musculorum Obliquorum Inferiorum agit, Processus primae *Vertebrae* Transversus trahitur prope ad *Spinam Secundae*, & caput propterea ad idem Latus movetur, & huic opitulatur plurimum *Mastoideus* a contrario latere, qua de re in Tabula sequenti; si agunt utriusque, conjurant ad firmandum & stabiliendum Caput.

GH. *Obliqui Superiores*; is, qui est a Latere Dextro, manet *in situ* G; sinistro praeciso a Fine suo ad *Os Occipitis*, relictoque ad Initium suum, Processum nempe primae *Vertebrae* Colli Transversum.

Licet Musculi Obliqui Superiores eodem fungantur Officio ac *Recti Majores*, de quibus novissimè egimus, caput erectum retrahendo rectà; tamen cum sit necesse, ut caput moveatur etiam retrorsum, simul ac ad unum latus convertitur; Argumentum est insigne consilii atque mentis Auctoris Naturae, qui hos musculos *Rectis Minoribus* adjunxit, ut eodem tempore agerent; quum *Recti Majores* eo tempore capitis illa Rotatione ita extenduntur, ut vix possint agere.

II. *Asperitas Ossis Occipitis*, ubi *Musculi Splenii & Complexi* terminantur.

L. *Partes Longissimi Dorsi & Sacrolumbales*.

MN. *Musculus Spinalis Colli*; carnosus oritur ab omnibus Processibus Colli Transversis, dentis primo & secundo; & oblique sursum procedens in Marginem Inferiorem Posterioris partis secundae Colli *Vertebrae* inseritur, ut hic a latere Dextro exhibetur: cum par illud Musculorum simul agunt, rectà Colli *Vertebrae* retrahuntur.

OO. *Spinae Vertebrarum Colli*.

PP. *Musculi Interspinales*; de quibus in Appendice nostra.

Q. *Elevator Scapulae*.







TABULA OCTAVA DECIMA.



Musculi Diversi Capitis & Colli, qui adparent in parte anteriore Maxillae Inferioris, Linguâ, Larynge, Asperâ Arteria & Gula remotis.

AA. *Musculi Longi Colli*; qui oriuntur partim Tendinei, sed praecipuè Carnosi, a partibus Anterioribus quinque superiorum Thoracis Vertebrarum, deinde latefcentes ventribus carnosus in mediò itinere, inseruntur pariter atque inchoantur partibus omnium Colli Vertebrarum Anterioribus: ab officio nominari possunt *Flexores Colli*.

BB. Tres *Scaleni in situ*: horum musculorum primus carnosus incipit a Secundo, Tertio, & Quarto Vertebrarum Colli Processibus Transversis, & obliquè antrorsum descendens, Tendinosus primae Costae inseritur: inter hunc muscolum & sequentem transeunt Nervi Axillaris: *Scalenus Secundus* simili modo inchoat a Secundo, Tertio, Quarto, & Quinto Processibus Colli Transversis, & in secunda, aliquando in Costâ tertia inseritur. *Scalenus Tertius* oritur ab iisdem Processibus Transversis atque praecedentes; praeterea etiam a Quinto & Sexto, & subito in primam Costam desinit.

II. Mastoidei, qui partim Tendinei, partim Carnosi oriuntur a superiore parte *Sterni* & fere dimidio *Claviculae M.* cum duobus & aliquando tribus distinctis Principiis (ut in hoc Cadavere KKK) quae obliquè ascendunt & in medio itinere connectuntur & constituunt quasi unum Muscolum, crassum, carnosum & rotundum, deinde progredientes per partem superiorem *Musculi Elevatoris Scapulae*, latefcent Tendinei ad Finem suum in Processu Mammillari, & parte *Offis Occipitis* adjacente, supra finem Partis Splenii.

Ortus, Progressus, & terminatio hujus Musculi, non satis bene considerati, super ejus Officio Dissectores in Errores induxerunt. Si enim agit hic Musculus ab alterutro latere, Processus Mammillaris ab eodem latere est in Positione Recta cum Origine ejus ad *Sternum*, & caput ad contrarium latus convertitur; & hanc ejus actionem Pictores vulgò bene exprimunt; quod si magis magisque contrahatur, antrorsum trahit Caput ad unum Latus, ut in iis qui sunt Collis obtortis, ubi unus ex iis Musculis est contractus; sed si simul agunt utrique, retrahitur potius Caput quam protrahitur, quia Terminationes eorum sunt potius post *Processus Mammillares* quam in iis; qui Processus e *Diametro* opponuntur Articulo Capitis cum prima Colli Vertebra.

LL. *Recti Interni Majores Antici*, ab aliquibus *Par Rectum Internum Colli*, inquit *Bidloo*, appellatum; Ab Officio aliàs *Flexores Capitis* vocavimus. Oriuntur partim Carnosi, sed praesertim Tendinei a parte Anteriore Processuum Transversorum Vertebrarum Colli, dentis Prima & Secunda; fiunt carnosus & inseruntur in Appendicem Anteriorem *Offis Occipitis*, ante Foramen magnum, quod *Medullam Oblongatam* transmittit.

Flectunt Caput antrorsum.

MM. *Claviculae*.

O. *Uvula*.

PP. Corpora *Vertebrarum Colli*.



TABULA NONA DECIMA.

Fig. 1, 2.



na ex Mammis Sexus utriusque; sunt qui appellationibus distinguunt, nominantes muliebrum Fig. 1. *Mammam*, virilem verò Fig. 2. *Mammillam*. Anglice in viro appellantur *Breasts*; sed in Foemina *Dugs*.

- AA. Portio Cutis extensa aciculis, ut latus internum ostendatur.
- BB. Partes Mammarum protuberantes utriusque sexus, in quibus muliebres superant viriles.
- CC. Papillae; Differentia magnitudinis earum est admodum conspicua.
- DD. Areolae, quarum Differentia inter virum & Foeminam hic valde bene exprimitur, ut inermi oculo adparent.
- EE. Glandulae *Mammae*.
- FF. Plexus Vasorum sanguiferorum & Ductuum Lactiferorum interjacentes inter quamque protuberantiam Glandulosam.
- GG. Diversi Sacculi Adiposi jacentes super Vasis & Ductibus novissime commemoratis inter Glandulas Mammarias.
- HH. Membrana Adiposa extensa aciculis.

Fig. 3.

Papilla & Areola Mammae muliebris Microscopio conspecta, & exhibita sexies major quam est ipsa veritas.

- A. Apex *Papillae*.
- B. Membrana ejus Glandulosa.
- CC. Ocula Vasorum Lactiferorum in Apice *Papillae*.
- DD. *Areola*.
- E. Membrana ejus Aspera. *Areola* Virginum est colore pallido, & aliquanto dura; in gravidis & lactantibus, fusca est; in Foeminis aetate senili subnigra.
- F. Protuberantiae Papillares *Areolae*; ab unaquaque earum provenit pilus.
- GG. Quaedam *Vestigia* Tuborum Lactiferorum in itinere suo a *Mamma* per *Areolam* ad *Papillam*.

Fig. 4.

Papilla Muliebris simili modo expressa auxilio Microscopii.

- AA. Membrana Externa *Papillae* Glandulosa, separata & expansa.
- BB. Glandulae nonnullae *Papillae* membranae ejus adhaerentes.
- CC. Tubi lactiferi qui ab extremis Arteriis intra *Mammam* ortum ducunt, in itinere suo ad eorum Ocula in Apice *Papillae*, CC. Fig. 3.

DD. Glandulae *Papillae*, quarum Ductus excretorii contenta fundunt in Tubos lactiferos novissime memoratos.

Papilla examinari potest modo sequenti. Inseratur Tubus sufflatorius in unum ex latissimis Tuborum Lactiferorum in summa *Papilla* CC. Fig. 3. & ligatis arcte *Papilla* & sufflatorio, inflare poteris omnes *Mammae* Tubos lactiferos, ita communicant inter se, priusquam *Papillam* appropinquant figuratam Nuckio *Adenograph. Curiosa* Fig. 11. Fól. 15. omnibus Tubis *Mammae* Lactiferis sic extensis flatu; partibus eorum quae conferunt ad conflandam *Papillam* (CC.) una cum eorum extremis intra Glandulas DD. plurimum extensis; parte Inferiore *Papillae* proximè pectus arcte ligata, praecidatur *Papilla* a Pectore & sicetur; postea variè secando, Fabricam ejus facile poteris examinare: Hoc modo *Papilla* videtur composita ex duplici Fibrarum serie; una aliquanto majore, altera minore, utraq; forma reticulari foraminibus diversarum Figurarum pertusa; quarum similes reperiri non possunt in aliis corporis partibus, ait Nuckius in Tractatu supra citato; huc accedat ingens numerus Vasorum sanguiferorum quae *Papillam* ubique ornant: Hinc ratio reddi potest, quare in Nutricibus ita *Papillae* tumeant & extendantur; & contra quare in non lactantibus flaccescant.

Nunquam potui detegere ulla Valvulas in Vasis Mammarum muliebrium lactiferis, quas nonnulli describunt; licet in ea varios liquores, interdum etiam Mercurium injecerim, idem fecit accuratissimus Nuckius, qui, quod non raro quoque observavi, notat Mercurium se injectum in vasa Mammarum sanguifera praesertim arterias transire. Sed Auctor noster ultimò memoratus varias angustias in vasis lactiferis animadvertit,

provenientes, ut suspicatur, a variis substantiis pinguibus ea sic comprimuntur, ut si lac in iis contentum spiffescat paululum, ibi haereat propter Ductus angustiam, vel diuturniore mora vitum contrahat, sic ut *Mammam* variè afficiat, praecipue iis malis, quae vulgo lactei Tumores appellantur; tunc abscedit, & Tubi lactei rumpunt & contenta cum *Pur* effundunt. Lac ita ex ulcere fluens, non raro fit molestum, & impedit, quo minus ad cicatricem perveniat, sicuti nuper accidit aegrotanti quam curavi, eodem tempore scabie laboranti, in qua per tres menses plus minus lac fluere non desit; neque sensi fluxum lacteum minui, victu etiam sicco & Decoctis ex sarfa, China, Guaiaco &c. priusquam usurpavit remedia facientia contra scabiem.

Experientissimus Nuckius observat Tubos Lactiferos, quanquam in *Mamma* latissimos, tamen ad oscula sua in *Papilla* ita esse angustatos, ut ne minima quidem seta ea possit intrare. Hoc Artificium, adjungit ille, est omnino necessarium, ne lac separatim & in Tubis contentum continuo effluere possit, sed sic potius detineretur, ut *Papilla* Matris lactenti Infanti facile effunderet. Haec fabrica patet evidentissime in Quadrupedum uberibus, praesertim ubi pendula eorum positio hoc molimen valde necessarium efficit; tamen cum Tubi lactiferi lacte implentur, effluere solet.

Fig. 5.

Inferior & Interna pars *Areolae* & *Basis Papillae* post *Mammae* Dissectionem.

- AA. *Areolae* Circumferentia propè *Mammam*.
- BB. Glandulae Mammariae intra *Areolam* locatae.
- CC. Tubi Lactiferi in itinere suo ad *Papillam*.

Arteriae, quae sanguinem ad *Mammam* vehunt, sunt multi exigui rami, oriundi ab Arteriis Mammariis & Intercostalibus; harum lex numeravi, quae sanguinem sine pulsu, dum praeciderem *Mammam* Scirrosam, profundebant. Hic mihi temperare non possum, quin moneam eos, qui Chirurgiam exercent, ut ligent has Arterias; quod est adeo facile, ut vix fieri possit, ut is, qui aliquam Notitiam habeat praecidendi membri, hic haesitare possit. Trunci harum Arteriarum a Mammariis Arteriis & Intercostalibus derivatarum, sunt valde exiles, dum inter Musculum Pectoralem & *Mammam* transeunt, ut appareat in sanguine sine pulsu ex illis fluente cum in vivis corporibus praefecantur, nisi si plurimum *Mamma* praefecta intumescat. Sperare non licet cera replere illas, per Aortam injiciendo; quoniam in hoc opere faciundo debes *Sternum* levare; quare intercludis illas commeatu Arteriae Mammariae Sterno adjacentis; neque cera vulgò tam longè in Arteriis Intercostalibus transmittitur, ut ad illas pertingere possit. Venae *Mammae* sunt numerosae, & super externum latus *Mammae* sub Cute tantum transeunt, & sunt admodum conspicuae in lactantibus, aut enixis: Oriuntur illae aut continuantur ab extremitatibus Arteriarum, & multos latos Truncos constituunt qui sanguinem suum in Mammarias aut Intercostales Venas effundunt; sunt qui ascendunt ad venam subclaviam. Nervi vulgò dicuntur oriri a Nervis Thoracicis, & per Musculos pectorales & Intercostales ad *Mammam* transire: Fateor me haecenus illos nunquam profecutum esse, neque Vieussenius illos figurat; sed in Tab. sua XXIV. duos exhibet ramos U, X, ortos a sexto & septimo Nervis Colli unum Truncum componentibus, qui descendit & ramos dat Musculis *Serrato Minori Antico*, *Pectorali*, *Serrato Majori Antico*, & horum Musculorum integumentis: Ab eadem stirpe nervosa crediderim oriri posse ramos aliquot, qui ad *Mammam* transeunt, unde dolorosae istae communicationes inter *Mammam* & *Axillam* proficisci possunt. Praeter haec vasa mentionem faciunt etiam Lymphaticorum vasorum *Mammae*; Fateri debeo me nunquam hos Ductus a *Mamma* orientes vidisse, tamen quin in ea parte sint nullus dubito, cum mecum reputo quanti in genere sint usus in Oeconomia Animalis, de quo alibi. Commercio inter Tubos lactiferos & vasa sanguifera, demonstratur in supra memorato experimento, in prioribus Mercurium injiciendo, & rursus ex posterioribus effluendo. Chylum transmitti protinus a Ductu Thoracico ad *Mammam* est sententia nunc penitus explosa, & Experimentum novissime memoratum videtur evincere; Lac derivari protinus e sanguine intra *Mammam*. Patet Lac non esse pellucidum ut sunt Liquores alii a sanguine separati, ut Saliva, Urina, Bilis, &c. sed Microscopio adparet compositum ex Globulis non dissimilibus iis, qui sunt in sanguine, nisi quod Globuli sanguinis sunt aliquanto majores quam Globuli Lactis.



Fig. 1.




Fig. 2.




Fig. 4.





Fig. 5.



Fig. 3.





TABULA VIGESIMA.



Musculi diversi in superiore & anteriore parte Trunci corporis.

A. *Musculus subclavius in situ* a Trunco corporis liberatus & ad *Claviculam* relictus; (vid. Tab. 66. P.) Oritur Carnosus ab inferiore parte *Claviculae* dimidiatae proximè *Spinae Scapulae* connexionem, unde Fibrae ejus descendunt oblique anteriorum ad ejus partim Tendineam partim carnosam Terminationem ad partem superiorem primae costae proximè *Sternum*.

Officium hujus Musculi subclavii est, ut sursum primam costam trahat, & consequenter reliquas in Inspiratione.

B. Pars *Claviculae* ad latus Dextrum.

C. Finis cartilagineus primae Costae ad *Sternum*.

DD. *Musculus Serratus Major Anticus in situ*, ad sinistrum latus; Oritur latus & carnosus a tota *Basi Scapulae*, Tab. 65. GG. & incurrens *Subscapulari* Tab. ib. E. fit lator, & crassior dum procedit ad fines suos Carnosos in Costis Octo superioribus ad Latus EE. &c. variis discretis Portionibus, quas quidam *Digitulos* nominant; ex iis tres Inferiores inciduntur a *Musculo Obliquo Descendente Abdominis*, uti hic ad Latus sinistrum ostenditur; ad Dextrum Latus *Serratus Major Anticus* EF. levatur.

G. Pars Obliqui Descendentis ad Latus Sinistrum incisus novissimè memorato *Sarrato*.

H. *Pectoralis in situ*, a sinistro latere; Musculus iste latum semicirculare initium habet carnosumque; supra fere a parte Inferiore *Claviculae* dimidiata B; infra ab *Osse Pectoris* L, & a Finibus cartilagineis costarum superiorum sex MM. & a parte ossea Costae septimae habet interdum Fasciculum Fibrarum carnosarum distinctum, quas saepe vidi confusas cum *Descendente Obliquo*; inde transgreditur partem superiorem *Bicipitis Cubiti*, ubi fit Tendo brevis latus ac fortis, inseriturque superiori, partique *Externae Ossis humeri*, supra *Deltoidis Terminationem*.

I. Musculus *Pectoralis* levatus, ubi Fibrarum ejus Decussatio prope Finem ejus bene exprimitur: haecce Fibrarum ejus Decussatio est Naturae Artificium, ut Actio ejus validior reddatur; Fibrae partis ejus superioris ad partem Terminationis ejus Inferiorem ad *Os Humeri* descendunt, & Fibrae partis ejus Inferioris ascendunt ad superiorem, se mutuò ad angulos acutos decussantes. Hic Musculus vocatur *Adductor Humeri*; cum agit, Brachium secundum varias ejus Fibrarum Series movet.

K. *Serratus Minor Anticus*, a Terminatione suâ levatus ad partes osseas Secundae Tertiae, Quartae & Quintae Costarum, & ad Initium ejus relictus ad *processum Scapulae Coracoideum*.

L. *Os Pectoris* five *Sternum*.

MM. Fines Cartilaginei Costarum superiorum *Sterno* connexi.

NN. *Deltoides*. Vide Tab. 66. XX.

OO. Partes superiores *Rektorum Abdominis*. Vide Tab. 32. Fig. 1. NO. &c.

P. Pars *Coracobrachialis*. Vide Tab. 65. F.

Q. Pars *Bicipitis Cubiti*. Tab. ib. I.



TABULA VIGESIMA PRIMA.



attingit *Sternum* levatum, & Organa prima in Thorace contenta, partim in conspectum veniunt.

A. Facies interna *Sterni* vel *Offis Pectoris*.

BB. Cartilagine Costarum verarum, ab ossibus Costarum Extremitatibus abscissae, & ad connexiones cum *Sterno* relictae: super hisce cartilaginibus locantur *Musculi Triangulares*;

qui *Musculi* originem trahunt ab inferiori & interna parte *Sterni*, & procedentes oblique ossibus Finibus Quartae, Quintae, sextae, interdum Septimae & Octavae Costarum inferuntur. *Musculi* hi *Triangulares* vix in subjectis macilentis adparent, ut in Figura exhibetur.

C. *Mediastinum* ab *Offe Pectoris* liberatum; ubi in Corporibus humanis adparet Duplex, cum sit Pleurae Continuatio ab Lateribus utrisque partis Thoracis Internae; unde descendit & firmiter adhaeret *Pericardio*, Thoracem in duas diducendo Cavitates, & Lobos Dextros pulmonum a sinistris; dumque ita procedit *Mediastinum*, unam ex *Laminis* suis cedit ad tegenda magna vasa in Thorace Sanguifera. Interstitium Triangulare sub *Sterno* ubi Pleura accedit, subito formatur ab utroque latere in descensu suo ad Componendum *Mediastinum*: Neque vacuum est istud Interstitium; ut vulgo creditur, sed intertextum variis Fibrarum ordinibus *Loculos* vel Cellulas constituentibus. *Real. Columbus* Lib. XI. Cap. III. proponit ut perforetur *Sternum* quod pus in hocce Interstitio collectum effluat. Quemadmodum partem *Mediastini* Anteriorem satis adparet esse continuationem Pleurae; ita pars Posterior est evidenter ejusdem Membranae Continuatio, dum ad Dorsi *Vertebras* accedit. Dissecando corpus morbo confectum, latus Dextrum Cavitatis *Thoracis* seroso humore ita tumefactum inveni, ut species Externa (praesertim ad fines verarum Costarum Cartilagosos) prominere: Et ne minima quidem pars Pulmonum ab eodem latere aquae communi innatare potuit, sed ad fundum vasis decidit: In hoc Cadavere ab altero *Thoracis* latere nihil Hydrofici istius vel serosi Humoris invenire potui; sed Pulmones ab eò latere satis bene habebant. Quare certi esse possumus *Mediastinum* Latus dextrum Thoracis a sinistro penitus dirimere. *Mediastinum* quoque *Pericardium*, ne flaccescere eo, *Systole* Cordis impediatur, & Truncos Nervorum *Paris Vagi*, dum per Thoracem procedunt, sustinet. Dicunt etiam *Diaphragma* a *Mediastino* suspendi ne jecur, cujus Inferiori Lateri connectitur, sine sustentaculo foret. Accipit *Mediastinum* Arterias a Mammariis & Intercostalibus ramis; duas magnas venas habet, quae sanguinem suum in subclaviam & truncos vicinos effundunt: Nervi dicuntur oriri a Pari Octavo. Vasa *Mediastini* Lymphatica tendunt versus *Thymum*.

DD. *Pericardium* vel *Capsula Cordis* apertum & aciculis suspensum. Incipit *Pericardium* a magnis Vasis ad *Basin* Cordis, & conflatum videtur ex continuatione *Pleurae* vel *Mediastini*. Infra adhaeret Septo Transverso, & *Mediastino* ad Latus. Vasa habet sanguifera a *Diaphragmate*, valisque Mammariis, Auctore accuratissimo *Ruyfchio* in Epistolis ejus nuper publicatis: Extremitates capillares horum vasorum sanguiferorum sunt valde numerosae, ut Mercurio injecto apparebit. Sunt diversa super *Pericardio* vasa Lymphatica, quae *Lympham* vehunt ad Ductum Thoracicum. Glandulae, quae sunt in *Pericardio* & ad *Basin* Cordis, & Humorem fecernunt ad humectandum latus internum Membranae istius & Cordis superficiem, in Dissectionibus vulgaribus nudo oculo cerni non possunt; non magis quam Glandulae super Latere Peritonaei interno & Intestinorum superficie, quae humorem praebent ad istas partes lubricandas; sed si ullae ex partibus istis morbis tentantur sic ut adficiantur Glandulae, possunt demonstrari; ut in Infantis *Peri-*

cardio adparuit, quem nuper dissecuri, ubi *Pericardium* & partes vicinae abscesserant. In hujus subjecti *Pericardio* duas vel tres Uncias materiae purulentae vice humoris serosi invenimus; & Externam Cordis Membranam adeo relaxatam, ut in superficie sua Villosa adparuerit. Neque super *Basin* cordis ulla adparuit Pinguetudo. In Adulto repentina morte sublato, *Pericardium* aliquantum inveni inspissatum, nec ullum in eo humorem contentum, nisi in duobus aut tribus locis cordi adhaerescens praecipue propè *Basin*, & Cor ipsum totum obductum Pinguitudine. Usus *Pericardii* est, ut tueatur Cor in sua *Systole* a Partibus vicinis; & contineat Humorem ad humectandam Externam Cordis superficiem.

E. Cor jacens intra *Pericardium*.

FF. Partes Pulmonum ab utroque Latere *Thoracis* in situ.

G. *Thymis* in situ. Variat *Thymi* Magnitudo pro aetate corporis; in Foetu duorum a conceptu mensium pro mole corporis major est quam in Foetu quinque vel sex Mensium. In Foetu novem Mensium implet ferè Interstitium, quod a partu Pulmones occupare inchoant in parte Thoracis superiore. Minuit *Thymus* a Partu gradatim, nisi si pars superior Cavitatis *Thoracis* ei recipiendo sufficiat, ut patuit in Cadavere, quod non ita pridem dissecuri triginta annorum; in quo *Thymus* erat valde magnus: Fateri oportet me nunquam in subjectum, utcunque senile, incidisse, quod *Thymo* caruit. In corporibus ejusmodi *Thymus* est minor solito; glandulas subclavias venarum Jugularium Internarum, & Glandulas Thyroideas majores invenimus, ut nuper adparuerunt in puero circiter Octavo aetatis anno. In Foeminis *Thymus* & Glandulae Thyroideae majores sunt quam in viris sed Glandulae subclaviae sunt minores; quoniam *Claviculae* Foeminarum rectae sunt & breviores quam Virorum; unde minus interstitium formatur ad istas Glandulas excipiendas. Plus vice simpliciter inveni vasa Lymphatica, quae a *Thymo* oriuntur & se in partem superiorem Ductus Thoracici evacuant, cerà, in ductum istum per *vesicam Chyli* injecta, repleta; Vid. App. Fig. 12. D.

Ex iis, quae supra traduntur, patet *Thymum* habere rationem ad Caput; live in Foetu sive in corporibus nondum adultis; quod nos ideo esse putamus, ut debita *Lymphae* quantitas inde derivata excipiatur: Et sicut Glandulae subclaviae Foeminarum minores sunt quam virorum; ita Glandulae Thyroideae & *Thymus* sunt majores: Hinc etiam patet *Thymum* esse Glandulam Lymphaticam, & molem suam variare pro quantitate *Lymphae*, quae per eum a partibus superioribus necessario transmittitur; vel prout Glandulae Lymphaticae vicinae *Lympham* suam ad eum transmittunt: praeter commune illud Officium *Thymi* sive in Foetu, live in Adulto, alium usum habet, quem didici Liquidum aliquod in Ductum Thoracicum injiciendo; nam inveni tunc non tantum vasa Lymphatica *Thymi* repleta, sed *Thymum* ipsum eo extensum: similem Observationem inveni olim factam fuisse ab Experimentissimo Dissectore Dr. *Tyson*; quare existimo *Thymum* ejusque vasa Lymphatica esse *Chyli Diverticula*, dum nimia copia urgetur venam subclaviam versus. Scio obijci posse valvas vasorum Lymphaticorum contrario isti Liquorum in iis cursui obistere; sed reiteratae Observationes mihi persuadent, non tantum vasa *Thymi* Lymphatica, quae magna sunt, & valvas, si ullas, paucissimas habent, (ut patet ex eo quod cera possunt injici) verum etiam Lumborum eorum, & Glandularum unde derivantur, non raro chylo impleri, si Ductus Thoracicus non comprimatur. Hinc fit, ut vulgo Liquor Lacteus in *Thymo* reperitur, sed in Foetu saepius quam in Adulto; idque non solum, quia *Thymus* ejusque Vasa Lymphatica sunt in priore statu, seu in Foetu, ratione multo majora, sed etiam quia Positio inclinata Ductus Thoracici Foetus in utero facit, ut *Chylus* per Ductum istum ascendens, potius per vasa *Thymi* Lymphatica refluat.

HH. Pars Anterior *Septi Transversi* a finibus Costarum Cartilaginosis liberata, & aciculis suspensa.






Fig. 4.




Fig. 2.




Fig. 3. I. 22.




Fig. 13.




Fig. 1.




Fig. 14.




Fig. 6.



Fig. 10.




Fig. 11.




Fig. 12.




Fig. 5.



Fig. 7.




Fig. 8.





Fig. 9.



TABULA VIGESIMA SECUNDA.



Fig. 1.
Cor cum Partibus Truncorum magnarum Venarum & Arteriarum abscissum.

AA. Propria cordis Membrana; cuius Portio levatur & pendet deorsum.
BB. Latus sinistrum Cordis, vasis suis Coronariis ornatum.
C. Pars Auriculæ Dextrae Cordis.
D. Auricula sinistra in Basi Cordis.
E. Conus Cordis.

F. *Vena Cava*, quae sanguinem refluxum ducit a toto Corporis ambitu ad Dextram Cordis Auriculam, cum Cor in *Systole* est; unde rursus, cum est in *Diastole*, sanguis in Dextrum Cordis ventriculum transmittitur: ideo eum Cordis Auriculæ sunt in *Diastole*, sanguine implentur, & Cor ipsum est in *Systole*, & vice versa, quando Cor est in *Diastole* Auriculæ sunt in *Systole*.

F. *Arteria Pulmonalis* vel *Vena Arteriosa*, qua Sanguis fertur a Dextro Cordis Ventriculo in Pulmones.

G. *Vena Pulmonica* sive *Arteria Venosa*, quae sanguinem refluxum ducit a Pulmonibus in sinistram auriculam & ventriculum Cordis, *venae Cavae* non dissimilis &c.

H. *Arteria Magna* orta a ventriculo sinistro, quae totam Massam sanguineam a Corde per totius Corporis ambitum ducit; a cuius Extremitatibus Capillaribus venae continuantur, ut adparet Microscopio in partibus vivorum animalium pellucidis. vid. App. Fig. 4. & 5.

Fig. 2.

Cor a coctione Externa sua Membrana & Fibris carnis exutum; ut subjacentium Fibrarum Dispositio pateret. Modus praeparandi Cor, ut haec Fibrarum Dispositio ostendatur, sic fieri potest. Corde cum Truncorum magnorum vasorum portionibus sublato; evacuato sanguine tam in ejus ventriculis, quam in vasis; farciuntur ventriculi, auriculæ, & vasa majora in Basi Cordis stupâ, vel pannis; consutis majorum vasorum oculis, ne cordis contractione inter coquendum extrudantur contenta, pro mole sua coque; si est cor Bovis, &c, quatuor vel quinque Horas sin hominis, unam aut duas.

Nota. Haec Figura imprimatur reversa.

A. Sinus inter utrosque ventriculos positus, in quo fertur magnus Truncus unius ex Coronariis Arteriis.

B. Cochleatus, vel ordo Fibrarum obliquè descendens ventriculi cordis sinistri.

C. Externus & obliquè descendens ordo Fibrarum ventriculi Dextræ; quae priores vel Fibras subjacentes decussant ad angulos acutos.

D. Pars Arteriae Pulmonalis.

E. Aorta.

ee. Trunci Arteriarum Coronariarum.

F. Auricula Dextra.

G. Sinistra.

Fig. 3.

A. Sinus supra memoratus inter ventriculos.

B. Dispositio Tortuosa Fibrarum Dextræ Ventriculi.

C. Fibræ Sinistri.

Constat Cor maximè ex *Stratis* diversis Fibrarum obliquè descendunt; Externis procedentibus rectoribus minusque contortis quam Internis; Unde fit, ut Fibræ Externæ videantur decussant Internas ad angulos acutos; illae a Basi Cordis ad radices vasorum orientes finiunt in Conum; hae ab eodem loco incipientes desinunt vel in *Parietes* ventriculorum sive *Columnas Carneas* Fig. 7. gg. a quibus Filamenta Tendinosa ad partes Inferiores Tricuspidum & Valvularum Mitralium continuantur.

D. Aorta inter originem suam a Corde & Valvulis diremta, & ad unum Latus reclinata, pendens a duabus suis Arteriis coronariis; Expressæ Fig. 2. ee.

ee. Tres valvulae semilunares *Aortae*, quae sanguinem in sinistram ventriculum refruere impediunt, quando Cor est in *Diastole*.

Fig. 4.

Concurfus Fibrarum prope Conum Cordis, sicuti adparent transverse sectæ.

Fig. 5.

Quidem Fasciculi Fibrarum sinistri Cordis Ventriculi.

AB. Duæ Extremitates Tendinosæ Fibrarum obliquarum Carnosarum, Expressæ Fig. 2. 3.

C. Partes Carnosæ Fibrarum inter duos Tendines.

D. Fibræ collaterales, quae adparent dissipando Fasciculos novissimè memoratos: neque istae sunt aliud atque partes *Fasciculi* Fibrarum dissipati, & secundum Longitudinem sunt sibi invicem parallelæ. Vasa sanguifera & Nervi inter has Fibras procedentes speciem reticularem præbent, discretas ut hic exhibetur.

Fig. 6.

Auricula Dextra, & pars Basi Cordis.

AA. Auricula Dextra expansa.

BBB. Valvulae Tricuspidæ; duæ ex istis extenduntur, Tendinibus earum aciculis explicatis, a *Columnis Carneis* inchoatæ. Vid. Fig. 7. gg. Fig. 10. A. Inferior. Officium Auricularum est ad partem sanguinis refluendi recipiendam, dum cor est in *Systole*, & ad eum sanguinem rursus effundendum in Ventriculos Cordis, quando est in *Diastole*; quare auriculæ Cordis videntur esse sanguini quasi *Diverticula*, dum in ventriculos transit; alias in cordis *systole* sanguis necessario in venis repercuteretur; quod æquabilem sanguinis Influxum in ventriculos prohiberet.

Fig. 7.

Cor cum ventriculo sinistro apertum.

A. Latus internum *Venae Pulmonalis*.

B. *Aorta* simili modo aperta.

CC. *Septum cordis*, quod Dextrum Ventriculum a sinistro dirimit.

D. Auricula sinistra integra, quae in humanis corporibus est admodum exigua, ut hac Figura patet; & Truncus venae Pulmonalis valde magnus.

d. Truncus *Arteriae Pulmonicae* praefectus.

ee. Duæ ex Tribus valvulis semilunariibus ad Initium *Arteriae Magnae*, quae Refluxum sanguinis, dum Cor est in *Diastole*, impediunt; in qua Actione exprimentur. Fig. 3. ee.

ff. Duæ Mitrales valvulae in vena Pulmonica, quae impediunt sanguinis refluxum per vas illud, quando cor est in *Systole*.

gg. *Columnae Carneae* ex Fibris musculosis conflatae, ortae ab iis, quae sunt in Parietibus Cordis, unde varia parva Filamenta Tendinosa oriuntur, & inferiori Mitralium Valvularum *Limbo* connectuntur, quo fit, ut istae valvulae deorsum trahantur versus Conum Cordis, & prohibent ne sanguis hac via redeat, cum Cor est in *Systole*. Scio Doctorem Lower in Libro suo accurato *de Corde*, supponere has valvulas Mitrales & Tricuspidæ in Cordis *Systole* esse relaxatas, & sese elevando venarum Meatus occludere: sed cordis Fabricâ & harum partium rite pensâ in magno Animali, ut in Bove, &c. rationi consentaneum adparebit existimare hasce valvulas Mitrales & Tricuspidæ potius esse tractas deorsum quam sursum trahas: frustra etiam Natura fuisset fabricando hasce valvulas ad ora venarum aliter atque contrâ ac in valvulis Arteriarum semilunariibus; si, ut vult experientissimus Dr. Lower, sursum aguntur & extenduntur, ut velum vento, quando Cor est in *Systole*; sed annexendo Fibras istas instar Tendinis partibus Tricuspidum & Mitralium Valvularum Inferioribus, quae sunt figurâ conicâ, videtur arguere sursum non ita posse extendi; nisi aliquid sanguinis per illas in *Systole* cordis rediret; praeterea maneat oportet semper pars sanguinis non contemenda in Cordis Ventriculis, si valvulae in ejus *Systole* ita sunt adfectae; quod nusquam, credo, Dr. ipse videtur existimasse; sed contrâ ventriculi Cordis magna vi perfecte comprimuntur in ejus *Systole*; ideo latera interna ventriculorum ex variis Columnis Carnosis conflantur; inter quas intercurrent necesse est varia Interstitia, (elegantè in hac Figura expressa) quorum ope ventriculi in eorum *systole* melius clauduntur, quam potuissent, si fuissent laeves.

Fig. 8.

Cor cum Dextro ejus Ventriculo apertum.

A. Latus Internum Auriculæ Dextrae Cordis, sicuti adparet, quum aperitur & extenditur aciculis.

B. Sinistra Auricula Integra.

C. Vasa sanguifera Coronaria Cordis; ab iis, praesertim ab Arteriis, oriuntur vasa Auricularum & magnorum vasorum Cordis: quemadmodum ab accuratissimo Ruyschio describuntur in *Epistolis ejus Anatomicis* p. 15. Nervi Cordis oriuntur a pari octavo & Nervis Intercoastalibus; quorum Descriptio particularis inveniri potest in libro Doctoris Lower *de Corde* & in Vieussenii *Neurographia*.

D. Pars Dextræ Ventriculi Cordis aperta.

E. Portio *Venae Arteriosae* sive *Arteriae Pulmonalis* Divisa & expansa.

fff. Tres *Valvulae Sigmoides* seu *semilunares*, quae obfistunt sanguinis reitui a Pulmonibus per *Arteriam Pulmonicam* in Cor, quando est in *Diastole*.

Fig. 9.

AA. Cor sectum transverse.

B. Pars illa prope *Basin*.

C. Pars prope Conum.

DD. Ventriculus Cordis Dexter.

E. Sinister —

F. *Septum Cordis* sive sepimentum inter Duos Cordis ventriculos.

GG. *Stylus* per *Venam Cavam* in Dextrum Cordis Ventriculum protrufus.

HH. Alter ab eodem ventriculo per *Arteriam Pulmonalem*.

II. *Stylus* in sinistro Cordis ventriculo exiens per *Arteriam Magnam*.

KK. Alter in eundem Ventriculo insertus per *Venam Pulmonicam*.

Fig. 10.

A. Inferior, Portio *Columnae Carnis* unius ex cordis ventriculis praefecta: Vid. Fig. 7. gg. *in situ*.

B. Fibræ Tendinosæ ortae a Columna carnea & crepidini Inferiori unius ex Valvulis Trifulcis infixæ.

AA. Superior, Portiones Valvularum Tricuspidum.

Fig. 11.

Vasa Coronaria Sanguifera Cordis, ut cum injiciuntur, in superficie ejus adparent, toto Corde siccato.

AA. Arteriae Mercurio fixo stanno impletæ.

BB. Venae Cera extensæ.

Fig. 12.

Portio *Venae Pulmonalis* prope Basin Cordis.

AA. Partes Valvularum Mitralium Tendinibus earum aciculis explicatae.

Fig. 13.

Superficies Interna Portionis *Arteriae Magnae* ad Basin Cordis praeficæ, cum dividitur & expanditur.

AAAA. Tres Valvulae semilunares bene expressæ, cum explicantur aciculis; unâ ex illis per medium sectâ, magnam Arteriam dividendo.

Fig. 14.

Simili modo repraesentat Portionem *Arteriae Pulmonalis*.

AAA. Tres sigmoides sive valvulae semilunares.

TABULA VIGESIMA TERTIA.



Fig. 1. Exhibet Tunicam Externam Venae Microscopio visam.

ABCD. Fibrae extensae secundum vasis Longitudinem, ubi possunt observari Vasorum Vasa.

Fig. 2.

A. Tunica venae secunda, Doctore Willifio vocata Tunica vasculosa, & Glandulosa.

Fig. 3.

Tertia sive Tunica Interna venae ex Fibris circularibus composita.

Fig. 4.

Externa Arteriae Tunica constans ex Rete nervorum parvorum (A) vasorum sanguiferorum (B) & membranosarum Expansionem. Super hac Membrana Arteriae varia corpora Glandulosa adparent majores & minores ramos componentia DE, variè dispersa.

Fig. 5.

AB. Tunica Arteriae secunda constans ex diversis Stratis Fibrarum variè se invicem decussantium, & cum Interna sive Tertia Tunica conjunctarum.

Fig. 6.

ABC. Interna & levis superficies Tertiae vel intimae Arteriae; ubi ramorum, qui ex ea oriuntur, Foramina sunt exhibitae ejusque Fibrae secundum ejus Longitudinem B, C. Magni Arteriarum Trunci videntur manifestè constare ex majori Stratorum Fibrarum numero, quam Venarum; sed quò longius a corde recedunt, magis magisque subdividuntur, & Trunci eorum & rami Capillares semper magis magisque tenuantur, donec ultimae Extremitates in una simplici pellucida Membrana consistant; conflatae praecipuè ex Tubis illis, qui succum Nutricium subministrant. Et hoc, credo, potest sufficere ad describenda vasa sanguifera in genere; & amplius ad examen revocabimus singularum vasorum Extremitatum Fabricationem, dum dicimus de Officiis earum particularibus, pertinentibus ad secretionem in partibus diversis; quare nunc solum monebimus, Venarum & Arteriarum Extremitates esse canales continuos, variè contortos, nec ejusdem magnitudinis, etiam in Partibus iisdem aut uniformibus. Vid. App. Fig. 4. 5.

Postquam sanguis Vasorum Extremitates transivit, & per venas redit ad Cor, variis obstaculis sive valvulis occurrit, quae tollunt gravitatem sanguinis partium Inferiorum corporis, & in superioribus impediunt, ne recurrat, (quando Thorax motibus vehementioribus adficitur, ut in tussibus) & ne Vasorum extremitates premantur ad motum ejus retardandum. Sanguinem repelli in motibus vehementioribus Thoracis, in Venis Jugularibus, observari potest mittendo sanguinem ex istis, praesertim in infantibus. Hinc fit, ut Valvulae in iis Venis sint necessariae, ne magna vi sanguis rursus reflueret in Vasa Cerebri, huc pertinet etiam Contortio in Vena Jugulari Interna in ejus Specu in Calvariae Basi. Fatear oportet, me nunquam nisi duas valvulas animadvertisse (unam alteri oppositam) in vena maxima quae valvulis instruitur; tamen Diffectores vulgò Trium meminerunt, & Professor Bidloo quatuor vel quinque valvularum, ut in sequentibus Figuris ostenduntur.

Fig. 7.

Pars venae vento extensa & siccata, cum valvula duplici aut valvulis duabus Figuris Semilunaribus, sibi invicem oppositis.

Fig. 8.

AA. Portio Venae Jugularis inflata & siccata.

Fig. 9.

Pars venae cum quinque valvulis.

Fig. 10. 11.

AA. Portiones Venarum resectae, in duabus Figuris praecedentibus exhibitae.

BB. Valvulae earum ut intus adparent.

Fig. 12.

Valvulae ut adparent in Lateribus Venarum Internis secundum Bidloo.

Fig. 13.

Duae Valvulae sicut videntur cum venis eximuntur.

Fig. 14.

Intervallum Valvularum Inaequale in Venis; Vestigiis Valvularum hic tantum expressis, ut cernuntur cum vena vento inflatur.

Fig. 15.

Repraesentat (secundum Bidloo) Arteriarum Systema cera repletum, & e corpore Infantis sex Mensium exemptum; quod dicit se conservasse: Id si verum, est quidem res rarissima! Nam cum saepius Arterias ex corpore Infantis exemerim, perinde ac Adulti, & multum ab hac Figu-

ra discrepantes invenerim, parum verò a Descriptionibus & Figuris Vesalii & aliorum; non possum quin hoc respiciam tanquam Prodigium Naturae. Quamobrem hic tradam ejus Descriptionem istius systematis, & Lectores ad App. meam Fig. 3. remitto, ubi Facies earum vulgaris exprimitur, ut nunc apud me injectas confervo, e corpore Infantis exemptas.

Arteria Aorta (ait Bidloo) incipiens a Corde, protinus duos ramos Coronarios parvos emittit. B. in corpore Cordis Truncus ejus dividitur supra Pericardio in Ascendentem C. & Descendentem D. Prima ramos Partibus dat supra cor, & in Subclavios E. discernitur, unde Axillares F. & mammaria Interna G. Tres vel quatuor Intercostales H. & Cervicales I. oriuntur. Ab Arteria Axillari rami ad Scapulam K. perveniunt, & ad partes Thoracis superiores; cum inter musculos Cubiti processit, in duos parvos ramos diducitur; quorum primus L. ad Carpum, pollicem & Indicem tendit; alter ad reliquos tres Digitos. Circa Thymum in duos dirimitur, & format Carotides M. Hi ascendentes prope Arteriam Asperam, plurimis ramis ad Linguam, Laryngem & partes adjacentes emissis, in ramum Externum N. & Internum O. dividuntur; Exterior fertur ad Faciem, Labia, partim ad Aures & Dentes Inferiores; alter ramus, ad Frontem, Tempora & partes vicinas.

Ramus Internus rectè ascendens per Os Sphenoides sub Duram Matrem repit, & variis Plexibus formatis, in ea parte intra Calvarium, Tunica particulari jam descripta obducitur; parvos ramos prope Nervos Opticos emittit, sed Trunci majores repunt retrò, nunc uniti, nunc a se invicem disjuncti. Parvi rami feruntur ad Spinalem Medullam, partim infra, partim supra Cor. Ab Axillaribus, & Truncis ascendentibus & descendentibus plurimi rami derivantur in circulum reflexi, per capitis Tegumenta & partes plurimas repentis. Truncus Aortae descendens D. quosdam ex Intercostalibus suppeditat 1. & Musculos & partes vicinas; est Truncus magnus 2. etiam mihi ad septum Transversum; sub Diaphragmate rami Viscerum Abdominis sunt insignes: viz. Stomachi, 3. Inferiores & superiores rami Meseraici, 4, 5. omenti, 6. Hepatis 7. Renum 8. Spermaticorum 9. & ita porro. Circa Os Sacrum Truncus iste in duos ramos diducitur, a quibus denuò alii feruntur ad Rectum Intestinum & Pudenda, alii ad Coxas, alii ad Femina & Crura, tam Internè quam Externè. Atque haec dicta sint de praecipua Aortae Distributione.

Professor Bidloo postea sanguinem ad examen revocat, & Chemicè examinatus (inquit ille) patet, quod aquam continet, quae, quantum fieri potest, considerata per se, est Spiritus & sales tam fixi quam volatiles. Quanquam hoc modo (dicit bene) partes quaedam optimè deteguntur; tamen species Figurarum quarundam omnino pereunt, quae nequaquam sunt mutandae; quare proposuit Figuram sequentem.

Fig. 16.

A. Guttula Sanguinis in Tubo Vitreo inclusa, & ejus particulae auxilio Microscopii multum auctae exhibentur.

B. Vesicae Globosae.


C. Fibrae parvae variè versae, sitae, & dispositae, secundum Bidloo. fateor me saepe sic ut hic exprimitur, sanguinem Microscopio conspexisse, & observasse semper eandem speciem atque hic ostenditur: Nec unquam potui deprehendere sanguinem Fibris, adeò decantatis, instructum, sed haec fibrata species, (quando vas sanguiferum in ore aperitur, aut sanguis mittitur in aqua calida & similia) provenit a Sero coagulatione, qua Globuli ejus implicantur & formant haec fibrata corpora. Massam variegatam, exhibitam ad D, E. (secundum Bidloo) facile inducor credere a Coagulatione partis sanguinis serosae provenisse, Tubum hermetice sigillando; quod fit calefaciendo vitrum. Huic adjungit alterum modum explorandi sanguinis auctor noster, qui sic procedit.









Liquor albus aquosus, qui est substantiae diversae, a frigida coagulata Massa sanguinea secretus, & in ignem impositus, brevi spissescit; pars rubra quae superest (cujus pars magis fluida frequenter aqua calida abluitur) speciem praebet Molis ex grumis constantis; cujus particula quaeque vesicam globosam refert; quarum quaedam pellucunt, quaedam non. Caetera Massa, quae constat ex fibris flexibilibus valdè, secundum Bidloo, & aeri & frigori exposita, lentescit plurimum, & forma videtur reticulari, Globulorum Combinationi sibi invicem intratorum totam hanc speciem debet.

Tertius modus, quem Auctor proponit, explorandi sanguinis est, ut cum sanguis a Sero secretus & chartulae Lardo illitae impositus siccescit paululum, particulis externè lustratis, leniter abrumpas digitis paucillim ex massa sanguinea, in quo cernes subito parvos Globulos formâ & figurâ diversâ, parvas Fibras, & ejusdem generis colores variegatos.



Fig. 15.





TABULA VIGESIMA QUARTA.

Fig. 1.



artes omnium viscerum Anteriores intra Cavitatem Thoracis, simul exemptorum. A, Cor Pericardio obductum, & a pulmonibus Membranis suis & valis pendens.

BB, Truncus *Venae Cavae* descendens, a latere dextro, & Aorta a sinistro.

bbb, Rami *Arteriae Magnae* ascendentes, qui duas Carotidas & ramum subclavium dextrum formant.

C, Pars Mediastini a sterno praefecta.

DD, Dextri & sinistri Lobi pulmonum anteriores.

EE, Duo Lobi pulmonum posteriores.

F, Pars *Asperae Arteriae*.

GG, Portiones Nervorum *paris vagi*.

H, Pars *Gulae*.

Dum pulmones ex cavitate Thoracis eximimus, non raro invenimus membranam eorum externam *Pleurae* adhaerentem, idque sine ullo incommodo dum vivebant. Plurima quae mihi disseccando corpora morbis confecta occurrerunt, in quibus hae partes morbo laborarunt, nimia sunt numero, ut hic inferantur; qua de causa dicam tantum id, quod semel atque iterum animadverti in hisce partibus examinandis, quum nullo morbo tentabantur: inflando nempe in vasa sanguifera, id est, *venam Arteriosam & Arteriam venosam*, vasa etiam a *Pleura* derivata, ut & quae Ruyschio adpellantur *Arteriae Bronchiales* (quibus correspondentes inveni frequenter venas, quae sanguinem in ramos subclavios refundunt) eas omnes distentas inter se communicantes deprehendi: unde discere possumus sanguinem non habere vasa adeo particularia, dum per illas partes traducitur, quae quorundam opinio fuit; sed pars illa sanguinis, quae venit a dextra Cordis Auricula, potest in *venas Bronchiales* transire, aequae ac in *Arteriam venosam*; contra sanguis fluens ab *Arteriis Bronchialibus* potest partim transire in sinistram cordis Auriculam per *Arteriam venosam*, aequae ac per correspondentes venas *Bronchiales* antea memoratas.

Fig. 2.

Pars unius ex Lobis Pulmonum abscissa, & divisa secundum ejus longitudinem, in tantum ut rami valorum sanguiferorum & Bronchia adpareant.

AA, Ramus *Venae Pulmonicae*, sive *Arteriae Venosae* jacens super ramo *Bronchiorum*.

B, Ramus *Bronchiorum*.

C, Arteria Pulmonica, vel *Vena Arteriosa*, transversè secta, jacens ab altero *Bronchiorum* latere.

Fig. 3.

Alter Lobus Pulmonum dissectus ut in praecedente Figura.

A BB, Rami *Arteriae Pulmonicae* concomitantes ramos arteriarum *Bronchiorum*. vid. Tab. 25. Fig. 10.

C, Membrana Pulmonum externa levata & aciculis extenta, ut vasa ejus ostendantur: Haec vasa oriuntur partim a vasis Pulmonicis novissimè memoratis, & partim ab *Arteriis & venis Bronchialibus*, ut patet ex supra traditis; & non raro germina emittunt & oscula aperiunt in venas intercostales & *Arterias Pleurae*: Haec germina, & has osculationes saepe accidit, ut animadverterim consistere in *Fasciculis*, longis inter pulmones & *pleuram* unum aut alterum pollicem: saepissimè in Filamentis plus minus dissipatis, quae inducor credere esse non raro initia harum adhaesionum Pulmonum & *Pleurae*.

Fig. 4.

AA, *Bronchia* vel ramus *Tracheae* nudatus.

BB, Pars Pulmonum.

Fig. 5.

Pars Anterior *Laryngis*, & Pars *Tracheae*, unà cum communibus Musculis *Laryngis* &c.

AB, Musculus *Sternothyroideus*; non bene expressus; hic continuatur quali *Hyothyroideo* CE.

D, *Os Hyoides*, vel os Linguae reclinatum ad Latus.

F, superior & Anterior pars *Epiglottidis in situ*.

G, pars Anterior *Cartilaginis scutiformis*.

HH, *Musculi Cricothyroidei*; A latere sinistro unus ex illis pendens deorsum ad principium suum; alter in *Situ*. Hi Musculi a parte Anteriore *Cartilaginis Annularis* incipiunt, & protinus in internam, & inferiorem partem *Cartilaginis Thyroideae* inferuntur.

I, O, Anterior pars *Cartilaginis Annularis* nudata.

Fig. 6.

Posterior Pars *Laryngis*, & Musculi ejus in ea locati; satis confusè; quae, una cum praecedente Figura, male a *Bidloo* describitur.

FFGKL } Exprimere debent partem *Cartilaginis Annularis*
MPQ } posticam *Musculis Cricoarytenoideis Posticis* obductam, ut in Appendice nostra demonstratur.

NN, *Musculus Arytenoideus*.

O, Interna & Concava pars *Epiglottidis*, ut aciculis suspensa adparet.

R, Crepido posterior *Cartilaginis scutiformis* a dextro latere.

S, Pars *Tracheae* Membranosa proximè *Gulam*.

Fig. 7.

Os Hyoides, vel *Os Linguae*, unà cum parte anteriore *Cartilaginum*, quae *Laryngem* componunt, & pars *Asperae Arteriae*.

A, Externa & convexa pars *Cartilaginis Scutiformis*.

B, Interna & concava pars *Ossis Hyoidis*; quae pars ejus necessariò in conspectum venit in ista positione.

C, *Cartilago Annularis*.

D, *Epiglottis*, expressa cum interna parte concava anteriorum, ut rectè exprimitur Figura sequente, quae contra hic oportebat exprimi cum parte externa & convexa, ut in Fig. 5. F.

E, Pars *Asperae Arteriae*.

FF, *Glandulae Thyroideae*: quantum hactenus observavi, hae glandulae eodem funguntur Officio ac *Thymus*; neque colore neque compage firma a *Thymo* discerni possunt; consideratis situ earum super *Trachea*, & inde motu perpetuo, quo per illas velocius sanguis trajicitur, & vasa fiunt majora, facile patebit, unde Color earum & plenitudo oriuntur.

GG, Processus duo longi *Cartilaginis Thyroidei*, annexi *Ossis Hyoidis* extremitatibus.

Fig. 8.

Os Hyoides & pars *Laryngis* Posterior.

A, Pars *Ossis Hyoidis* Externa & convexa. Hoc *Os Linguae* in hac praecedente figura videtur ex tribus *Ossibus* compositum; *Os medium* A, uni ex extremitatibus duorum *Ossium* lateralium annectitur *Synchondrosi*, quasi diceret, *Interposita Cartilagine*: Alterae duae Extremitates *Ossium* lateralium extremitatibus Duorum longorum Processuum *Thyroideae* GG, Fig. 7. Ligamento annectuntur; quod *Syndesmosis* adpellatur.

B, Interna pars concava *Epiglottidis* proximè *Glottida*.

CC, *Cartilagine* *Arytenoideae Glottide* obductae, sive *Membrana Oesophagi* Interna.

D, *Cartilago Cricoidea* Interna membranà *Oesophagi* obducta, quae *Glottida* constituit.

EE, Duo latera, sive pars posterior *Cartilaginis Thyroideae*, unde *Musculus Oesophageus* oritur; qui *Musculus* forma semicirculi partem *Oesophagi* posteriorem investit.

FF, Partes *Glandularum Thyroidearum*.

G, Pars posterior *Asperae Arteriae* ubi est membranosa & partem *Gulae* Anteriorem in itinere suo ad *Ventriculum* excipit.

Omnibus partibus totius *Laryngis* tam Anterioribus quam posterioribus exploratis, ordo requirit, ut examinemus *Cartilagine* illas quae illum conflant, quum a se invicem separantur.

1. Externa pars Convexa *Cartilaginis Thyroideae*.

2. Interna pars Concava ejusdem *Cartilaginis*: In hisce duabus Figuris, duo genera processuum *Cartilaginis Thyroideae* sunt notanda; duo superiores sive Processus longi committuntur Extremitatibus *Ossis Hyoidis* GG. Fig. 7. duo inferiores *Cartilagini Cricoideae* ad latus.

3, 4. *Cartilago Cricoidea*; 3. pars Anterior; 4. pars posterior ejus *Cartilaginis*: Ista Figura a Dextra (versus Figuram Pulmonum & Cordis) exprimit Externam, Inferiorem & posteriorem partem *Cartilaginis Cricoideae*; quae est a sinistra, Inferiorem, Internam & Anteriorem partem *Cartilaginis Cricoideae* ostendit.

5, 6, 5, 6. Duo diversi *Cartilaginum Arytenoidearum* conspectus, quae *Articulum* constituunt cum parte superiore *Cartilaginis Cricoideae*.

TABULA VIGESIMA QUINTA.

Fig. 1.
Portio Asperae Arteriae abscissa.
 ABB. Membrana Externa Asperae Arteriae levata & aciculis extensa.

Fig. 2.
Fasciculi Musculares, Asperae Arteriae Cartilagine interjacentes.

Fig. 3.
 Membrana glandulosa Asperae Arteriae, ubi varii racemi Glandularum magnitudinis diversae exhibentur.

Fig. 4.
 Membrana Interna Asperae Arteriae ex fibris secundum ejus longitudinem extensis conflata: inter hanc Internam & longitudinalem Fibrarum Ordinem, & Cartilagine, alter ordo transversus ponitur circuli modo ut ipsae Cartilagine. Haec Internae Transversae Fibrae carnosae sunt numero plures quam superiores longitudinales: Uterque ordo iste Fibrarum in hac Figura demonstratur. Haec Fibrarum Membranae Internae Asperae Arteriae structura est in Asperis Arteriis maximam partem Quadrupedum, praesertim majorum, ut Boum, Equorum, &c. admodum conspicua; sed praecipue, habito respectu ad ejus magnitudinem, in Porco, in cujus Aspera Arteria haec Membrana cernitur conflata ex firmis carnis fibris; atque inde forte reddi potest ratio, quare illud animal ita Tonum Vocis mutare potest a *Basso* ad *Treblum*, ut loquuntur: Hicce etenim Fibris; contractis, Canalis Tracheae plurimum angustatur in Diametro sua aequae ac in sua Longitudine, unde Tonus redditur acutior. Haec Internae Membranae Tracheae fabrica Principio Bronchiorum continuatur, ubi haec Fibrae carnosae sunt minores pro ratione Cavitationum Bronchiorum, atque ita tandem tenuantur ut in Membranis pellucidis consistant, quarum ope *Vesiculae* Pulmonum conflantur.

Fig. 5.

Pars unius ex Lobis Pulmonum, cum Bronchiis cera repletis ut Lobuli exhibeantur.

A. Pars Tubi Bronchialis abscissa.

BB. Lobuli, vel *Vesicularum* racemi distincti, partim conflati ex extremitatibus *Bronchiorum*, & partim ex Vasis Pulmonicis. Hi Lobuli non sunt semper ejusdem Formae, sed quidam rotundi sunt, alii Ouales, quidam Oblongi, & alii variè figurati.

CC. *Interstitia Lobulorum*, quae investit Lamina Membranae pulmonum propriae Interna, hic aciculis extensa; in qua vasa sanguifera sunt admodum manifesta: Haec Interstitia, seu spatia inter Lobulos, in pulmonibus Foetus cernuntur clarissime, & nihil habent cum *Vesiculis Lobulorum* commune, sed ab illis distinguuntur, ut inflando in haec Interstitia adparet; quod Tubo fieri potest, aperta Membrana pulmonum externa, & videbis Interstitia Lobulorum flatu admodum distenta, sed *Vesiculas* nequaquam inflatas: Neque contra ullo modo inflantur haecce Interstitia, *Bronchia* inflando, licet *Vesiculae* & Lobuli plurimum distendantur.

DD. Rami Pulmonicae Venae & Arteriae ad quodque latus *Bronchiorum*. Vid. Fig. 10. A, B.

Fig. 6.

Pars Bronchiorum cum diversis Lobulis unius ex Lobis pulmonum, Dr. Willisus, qui horum *Lobulorum* Figuram dedit, ut hic demonstrantur, dicit, hocce Lobulos, Bronchiis Liquore repletis, posse a se invicem separari. Oportet fatear, me plus una vice tentasse hocce Lobulos discernere, sed de facie illorum, ut in hac Figura, mihi non satis fecisse: superficies *Lobulorum* externae in Foetu videntur angulares, & sibi invicem locatae instar Cuborum.

A. Latus *Bronchiorum* internum, ubi foramina pro variis ejus ramis ex eo egressis, & progressus rectus Fibrarum Membranae ejus internae adparent.

BB. *Bronchia*, quae plus aut minus dividi possunt, & ex *Vesiculis* conflantur. *Vesiculae*, ut supra monuimus, formantur ex *Bronchiorum* & Vasorum pulmonicorum extremitatibus.

Nota: *Lobuli* in hac Figura notari possunt instructi extremitatibus vasorum ramosis. *Vesicula* quaeque etiam una ex extremitatibus venarum & Arteriarum pulmonicarum ramosa instruitur; & procul dubio (pro norma extremitatum vasorum aliarum partium) vasa ista sunt etiam canales Pulmonum *Vesiculis* continuati. Hic ars Naturae est admodum insignis, extremitates Vasorum pulmonicorum fingendo adeo exiles, concludendoque tam magnum eorum numerum in tam angusto spatio, quam est corpus pulmonum; respondent enim haec vasa pulmonica vasis totius

areae corporis, sanguinem perpetuo transmittentia per se aequae ac per cor, dum vita & salus aluntur. Et licet unum pulmonum dimidium sit penitus vitiatum (quod saepius in cadaveribus morbis confectis observavi) tamen circumductio sanguinis duravit aliquamdiu. Quamquam in hoc casu Respiratio sit oportet non tantum celerissima, & magna cum difficultate multoties; sed etiam cor laboret vehementer propellendo sanguinem.

Fig. 7.

Portio superficiei pulmonum Externae, exacta ex illis siccatis & inflatis.

AA. Membrana Externa.

BB. *Lamellae* Membranae externae, quae transeunt inter *Vesiculas*, & Lobulos conflant; inter quos necessario fiunt Interstitia.

CD. Lobuli ex *Vesiculis* compositi, qui bene hic exhibentur.

Fig. 8.

Aspera Arteria, una cum Bronchiis separatis a Pulmonibus.

AA. Pars Anterior *Asperae Arteriae*.

BB. Divisio *Asperae Arteriae* in duos ramos, & postea in plures, Bronchia dictos.

CC. Rami majores *Bronchiorum*.

DD. *Misores*, a quorum extremis *Vesiculae* decerpuntur.

EE. Cartilagine *Asperae Arteriae* semicirculares.

FGH. Cartilagine *Bronchiorum* Variarum Figurarum & Magnitudinum, quarum quaedam sunt circulares FF; aliae semicirculares, triangulares G; Quadrangulares &c. H. Hae cartilagine *Bronchiorum* non connectuntur sibi invicem instar cartilagine *Asperae Arteriae* ipsius, sed partes Inferiores, partes superiores Inferiorum excipiunt, non dissimile tegumentis *Locustarum*, aut caudae *Locustae*; ita ut in Inspiratione *Bronchia* extendantur una cum tumefactis pulmonibus; habent enim haec ligamenta inter *Bronchiorum* cartilagine vim elasticam sese restituendi; sere ut ligamentum validum in spinis vertebrarum collorum Quadrupedum; quo fit ut cartilagine Inferiorum *Bronchiorum* partes superiores sub partes inferiores superiorum in Expiratione trahantur: sed in Inspiratione ligamenta extenduntur, & cartilagine inferiores de superioribus subtrahuntur; & huic in Expiratione Actioni Fibrae *Asperae Arteriae* longitudinales, quae in *Bronchia* progrediuntur, conferunt, ut contrahantur. In Inspiratione pondus incumbens aeris sufficit ut *Bronchia* extendantur, & consequenter pulmones, cavitatem *Thoracis* facta majore musculis illis, qui costas sursum trahunt.

Fig. 9.

Parva portio pulmonum, cujus ramus Bronchialis Hydrargyro repletur. A Ramus Bronchialis; in cujus lateribus utrisque vasa pulmonica adparent.

Fig. 10.

Pars maximorum Ramorum *Bronchiorum* ab uno ex pulmonibus separata, una cum Vasis pulmonicis & Lobis cera repletis.

AA. Vena Pulmonica.

BB. Arteria repleta cera alterius coloris. Praeter *Bronchiorum* separationem; ut in Fig. 8, est alter modus Ramos demonstrandi, infundendo in ea stannum fufum; quod sic fieri potest; Praefeca humanorum pulmonum unum latus, ubi *Trachea* BB. Fig. 8. dividitur, & pennam asserina plumata ita *Bronchiorum* latus internum deterge, ut nihil mucis in iis relinquatur: Siccatis *Bronchiorum* lateribus internis penitus plumam, simili modo iaungantur oleo Lini: Hoc facto, nocte osculum divisae *Tracheae* ferreo aut stanneo infundibulo: Hocce infundibulum ita ponatur oportet, ut pulmones libere pendeant; ne tamen flaccidi redditi *Bronchia* comprimant nimium, varia fila trajicienda sunt per pulmonum partes externas, & pavimento aut aliis locis aptis liganda, ut hoc modo pulmones extendantur: ubi omnino cavendum, ne pulmones a recta positione pendula distorqueantur, sed ut magnus *Bronchiorum* Truncus sit infundibulo perpendicularis: Tunc funde stannum & effunde in infundibulum; dum hoc facis, absta aliquantum, ne conflictu calidi metalli cum humido in *Bronchiis* superstitite spargatur aliquid in Faciem tuam aut manus &c.

Nota: Si metallum plurimum calescit, ita primas vias *Bronchiorum* ustulabit ut contrahantur, & relique tunc obstruantur: tamen debet esse fluidum, ne transitus ejus in minora vasa impediatur. *Bronchia* pulmonum sic repleta ponantur in aqua novem aut decem dies, donec incipiant putrescere; Coque deinde totos pulmones stanno infractos, & sperare potes eos multo ramis pleniores videre, quam in Fig. 11. exhibentur.

Fig. 11.

Ostendit Ramos *Bronchiorum* repletos stanno, ut supra descriptum;




Fig. 8.




Fig. 7.




Fig. 1.




Fig. 5.




Fig. 9.





Fig. 25.




Fig. 4.




Fig. 10.




Fig. 6.




Fig. 2.




Fig. 3.

Fig. 1.





Fig. 2.



TABULA VIGESIMA SEXTA.

Fig. 1.



ars superior corporis supini; cum *Osse pectoris* five *sterno* levato, unà cum costarum cartilaginibus ei commissis; in tantum ut *Cavitas Thoracis*, Visceribus remotis, in conspectum veniat.

AAA, *Cavitas Thoracis Pleurâ* vestita, cujus superficies laevis versus pulmones hic cernitur.

BB, *Musculi Triangulares* ut ab inferiori & interna parte *sterni* oriuntur, & ascendunt ad Terminaciones suas in finibus ossis *Quartae*, *Quintae*, & *Sextae* costarum: In hoc conspectu partis *sterni* internae, vasa mammaria ab utroque latere sunt manifesta: notandi sunt etiam fines duarum primarum costarum cartilaginosi, utpote caeteris longiores aliquantum.

b, *Cartilago Ensiformis*.

CD, Superior) *Curfus fibrarum Musculorum intercostalium internorum*, qui per AA, *Pleuram* adparent.

CD, Inferior) *Externi musculi intercostales*, quorum fibrae decussant internos instar literae X.

Hi musculi intercostales ab inferiore margine cujusque costae superioris oriuntur, & superiori margini cujusque inferioris inseruntur: Actio eorum in eo versatur, ut costae sibi invicem accedant propius quo *cavitas Thoracis* in *Inspiratione* augeatur.

DD, &c. Septem superiores, five costae verae,

FF, *Diaphragma* a finibus cartilaginosis costarum & cartilagine ensiformi, b, liberatum.

ff, *Musculi ploae* partim visi.

G, *Cartilago unius ex Nothis*, quae *sterno* non committitur.

HH, *Corpora Vertebrae Thoracis*.

I, *Vertebrae Colli*.

K, *Maxilla nudata*.

k, *Musculus Pterygoideus Internus in Situ*.

LL, *Claviculae*.

M, *Pars Deltoidis Musculi*.

3, 4, 5, 6, *Fines ossis Tertiae, Quartae, Quintae & Sextae costarum*, praecisi a cartilaginibus quae *sterno* committuntur.

Fig. 2.

Vid: Tab: 52;



TABULA VIGESIMA SEPTIMA.



ute, pinguitudine, & Membranis remotis, Musculi sic sequuntur.

AA, BB, } *Musculus Cucularis, sive Trapezius in situ ab*
 C, DD, E, } *utroque latere.*
 FF, G, H, }

Horum quisque carnosus ab *osse Occipitis* oritur, & tendinosus a *Ligamento Colli*, & spinarum punctis trium vertebrarum Colli inferiorum, & octo superiorum *Thoracis*; a quo lato principio crassescens & carnosus AADDF, ita in *Claviculam* E inseritur, & tendinosus HF, in *spinam* scapulae I. Hi variè *scapulas* secundum Fibrarum eorum directiones, sursum, retrorsum & deorsum movent.

I, *Pars spinæ scapulae.*

KOO, *Latissimus Dorsi* sive *Aniscalptor*: Incipit tenuis, latus, tendinosus a spinis septem vertebrarum *Thoracis* inferiorum, & omnium *Lumborum vertebrarum*; & *ossis sacri* superiorum; etiam a parte posteriore *spinæ ossis Ilium* R, & in itinere suo supra *Longissimum Dorsi sacrolumbum*, K, inchoat carnosus esse, & a latere supra costas ascendens diversos habet *Fasciculos* fibrarum carnosarum inde incipientium & cum eo conjungentium; fit semper plenior, magis carnosus, & angustior, in itinere suo supra infimum *scapulae* angulum; unde oritur interdum Portio Musculi istius carnosissima, quam vulgò in iis cadaveribus invenimus, in quibus *Teres Minor* deerat, ut in hocce subjecto; tandemque brevi lato valido Tendine in *Os Humeri* inseritur, ad finem *Teretis Majoris*. Usus ejus est *Brachium* Deorsum & retrorsum trahere.

LL, *Partes obliquorum Descendentium Abdominis.*

M, *Pars Deltoidis* a latere sinistro.

N, *Infraspinalis* a Latere Dextro.

OO, *Sacrolumbalis* situs infra Tendinem *Latissimi Dorsi* a Dextro latere.

P, *Basis Scapulae* dextrae.

QQ, *Rotundi Majores.*

R, *Spina Ossis Ilium.*

S, *Pars Glutaei Magni.*







TABULA VIGESIMA OCTAVA.



Musculi Dorsi sub Musculis in Tabula praecedenti exhibitis.

ABCD. *Rhomboides in Situ.*

Oritur Tendinosus a spinis duarum Inferiorum vertebrarum Colli, & tribus vel quatuor superiorum Thoracis C; factus in obliquo suo adscensu carnosus, *Basis Scapulae D* in-

seritur: scapulam sursum trahit & retrorsum.

E. *Rhomboides* a latere Dextro relictus ad originem suam ad *Scapulae* Basin.

F. Portio *Rhomboidis*, quam saepe distinctam invenimus.

G. Pars *Elevatoris Scapulae* vel *Musculi Patientiae*. Hic Musculus diversa discreta habet initia a secundo, tertio, quarto, quinto *Vertebrarum Colli* processibus transversis, magnum Musculum carnosum constituentia, qui in angulum *Scapulae* superiorem inseritur.

H. Ea Pars *Basis Scapulae* superiorem ejus angulum versus.

I. *Serratus Superior Posticus*, incipiens tenuis Tendinosus a spinis duarum vertebrarum colli inferiorum, & duarum superiorum Thoracis; & oblique descendens super partem Inferiorem *Splenii Capitis* & partes superiores *Longissimi Dorsi* & *Sacrolumbalis*, fit carnosus ad fines suos, sub scapula procedens ad secundam, tertiam & quartam costas. Inspirationem adjuvat Musculus ille costas sursum trahendo.

K. *Serratus Inferior Posticus*: Principium hujus Musculi multo majus est, quam haec Figura videtur exhibere. Animadverti saepe seriem Fibrarum Tendineam inter *Serratam Superiorem* & hunc Musculum continuatam; & partem ejus inferiorem simili modo continuatam; ad spinam *Offis Ilii*, *Sacrolumbum* & *Dorsi Longissimum* amplectentem; instar fasciae, ut postea explicabitur. Hi Musculi *Serrati Inferiores*, in hac Figura ab initiis suis liberantur ad spinas vertebrarum Thoracis & Lumborum, levando latissimos *Dorsi*, in praecedente Tabula KLOO, demonstratos, quorum initia Tendinea in plerisque subjectis, inseparabiliter hisce *Serratis* prope spinas adhaerent: Huic Figurae ostendenti quo modo hi Musculi procedunt & inseruntur, tantum addam; usum eorum esse trahere Costas deorsum, & Thoracem constringere in expiratione.

L, Pars *Cucullaris* ubi *Claviculae* inseritur, relictas.
M. *Latissimus Dorsi* levatus & pendens relictus ubi a dextro latere inseritur; idem fit a sinistro, sine Literis:

NO PQ; *Longissimus Dorsi*; hic Musculus cum socio suo *Sacrolumbali* separari non possunt ad initium eorum a *Spina Offis Ilii*, parte *Sacri* superiore, & omnibus *Vertebrarum Lumborum* spinis: externè est Tendinosus, internè carnosus; ascendens impertit varios Fines Processibus Lumborum vertebrarum Transversis; sed ultra progressus perseverat petere initia Tendinosa a spinis vertebrarum *Thoracis Inferiorum*, quae procedentes fiunt Fibrae carnosae, & finiunt in quintam, sextam & septimam *Thoracis* spinas; & hanc partem hujus Musculi *Bidloo* semispinatam nominat: Pars ejus altera major ascendens super *Thoracem*, instar palmae rami dividitur in multas portiones carnosas, quae fiunt Tendinosae in Finibus suis ad processus Transversos cujusque *Thoracis Vertebrae*, & Costarum Tuberculum, & ad quosdam *Vertebrarum Colli* Processus Transversos: Musculus iste agit non solum; dum corpus erigitur, & antrorsum inclinatur, verum etiam dum progredimur, satis insigni officio fungitur; moto enim alterutro crurum antrorsum, Musculus iste ab eodem Latere, prope principium, observari potest agere; quod ponimus esse necessarium ut *Os Ilium* reddatur stabile eo tempore, & sic *Os Feminis* in *Acetabulo Coxendicis* commodius moveatur.

R. *Sacrolumbalis* postea describendus.

S. Pars *Glutai Magni*.

f. *Spina Offis Ilii*.

T. *Splenius Capitis*.

V. *Deltoides*.

W. *Infra spinatus*.

X. *Teres Major*.

Y. Pars *Spinae Scapulae*, supra quam cernere est partem *Supraspinati*.

Z. Pars *Serrati Majoris Antici*.

*. *Costa septima nudata*.



TABULA VIGESIMA NONA.



Musculi diversi, quorum usus est movere Dorsum, Thoracem, & Brachia.

ABDE. *Musculus Sacrolumbalis*: Initium ejus descriptum est in Praecedente Tabula cum *Dorsi Longissimo*; nam in ortu suo sunt inseparabiles: cum a se invicem recedunt infra costam ultimam, Pars *Sacrolumbalis Carnosa* in partes diversas discernitur, quae totidem fiunt Tendines distincti & in costis terminantur, ut videre est a sinistro latere hujus Figurae: Praeter haec carnosas & tendinosas *Sacrolumbalis* Productiones, alterum habet ordinem Tendinosarum & carnosarum Fibrarum, quae haberi possunt tanquam totidem Musculi distincti; incipientes partim Tendinosae partim carnosae, ab Lumborum Processibus transversis & prominentia Costarum posteriore, quae Processibus Dorsi Transversis committitur; inde ascendentes oblique extrorsum, fiunt Carnosae; postea Tendinosae, transcendunt tres vel quatuor costarum superiorum, & conjunguntur cum Tendinibus primùm descriptis ad singulas earum Terminationes supra memoratas. Haec sacrolumbalis dispositio obtinet per totam longitudinem *Thoracis*, etiam quartam Colli *Vertebrae*; quae pars superior *Diemberbroekio*, *Cervicalis Descendens* audit, & *Musculus* distinctus censetur.

C. Tendo Musculi ultimò descripti & *Longissimi Dorsi*, resectus a spinis *Vertebrarum Lumborum*.

FHIKK. *Longissimi Dorsi*; qui est a dextro latere liberatus a spinis *Vertebrarum Dorsi & Lumborum*.

L. Spinae *Vertebrarum Lumborum*.

MM. *Musculus Semispinatus* vel *Transversalis Dorsi*: Cursus Fibrarum hujus Musculi non discrepat a subjacentis, quem *Musculum Sacrum G* vocant; qui exhibetur a Dextro latere spinarum vertebrarum Lumborum inter LMC: Nominantur *Transversales Dorsi & Lumborum*, quia incipiunt a Processibus harum vertebrarum Transversis; unde ascendunt oblique & spinis vertebrarum superiorum inferuntur; hic ascensus Fibrarum istarum obliquus in hac Figura MM observari potest.

N. Pars Musculi *Trapezii* relicta super Collo.

O. Pars *Serrati Superioris Postici* relicta ad ejus Terminationem.

P. Pars *Spinae Scapulae*.

Q. *Basis Scapulae*.

R. *Musculus Deltoides*.

S. *Infraspinatus*.

T. *Teres Major*.

VW. Partes *Serratorum Majorum Anticorum*; quae est a sinistro latere, exhibet ejus Progressum supra *Subscapularem*, sicut oritur a parte Interna *Basis Scapulae*, ut memoravimus Tab. 20.

XXX. *Serrati Inferiores Postici*, levati & relicti ad Terminationes suas.

Y. Pars obliqui *Descendentis*.

ZZ. Spinae *Osum Ilium*.







TABULA TRIGESIMA.



Quidam Musculi levati, qui Dorsum & Lumbos extendunt.

ABCDEFGHIK. *Longissimi Dorsi & Sacrolumbales* prope eorum principia.

L. *Sacrolumbalis* a Latere sinistro liberatus a Costis &c. & solutè a Trunco corporis pendens.

MM. Costarum Tubercula, Processibus *Vertebrarum Thoracis* Transversis commissa, nudata; unde alter ordo Tendinosarum & carnosarum Fibrarum Musculi sacrolumbalis, praecedente Tabula memorati, oritur.

NN. Processus Spinales *Vertebrarum Dorsi* nudati.

nn. Processus earum Transversi.

OO. Partes *Musculi Splenii Capitis*.

P. *Infraspinatus* levatus a *Scapula*.

Q. Pars *Rotundi Majoris*.

RR. Partes *ferratorum Majorum Anticorum* ab utroque latere.

S. Pars superior *Ossis Brachii* nudata.

T. Ultima vel costa duodecima.

V. *Quadratus Lumborum*: Oritur carnosus a posteriore parte spinæ *Ossis Ilium* & obliquè ascendens inhaerescit Processibus *Vertebrarum Lumborum* Transversis. Hic non dissimilis *Recto Abdominis*, facit ut *Vertebrae* Lumborum vel *Ossis Ilium* propius sibi invicem accedant, prout alterutrum firmissimè tenetur: cum itaque in uno stamus pede, *Vertebras* ad illud latus trahit, sic ut Gravitas Trunci fiat huic pedi perpendicularis ferè, ut in Figura Primæ Tabulae adparet, ubi Crus Dextrum Pondus totius Trunci & partium superiorum fert: sed si pendemus a manibus, tunc si alter ex illis *Musculis Quadratis* agit, *Os Ilium* trahitur propius ad *Vertebras* Lumborum.

Necessariò Musculi Caput, Collum, Dorsum & Lumbos extendentes, satis validi facti sunt, non tantùm ut Caput & Truncum, dum antrorsum projiciuntur, ab *Axe* vertebrarum sustinerent, sed etiam ut variè totam spinam moverent, praecipuè dum flectitur retrorsum: quare Hi Musculi sunt non solum numerosi, sed etiam multiformes, ut in *Dorsi Longissimo* & *Sacrolumbali* adparet; cum contra Musculi Truncum & caput flectentes, non sunt nisi par unum cuique, & ordine tantùm Fibrarum Longitudinali. viz. *Par Rectum Internum Capitis*, sive *Flexores Capitis*, Tab. 18. LL; & *Recti Abdominis* Tab: 31. EE.



TABULA TRIGESIMA PRIMA.



stendit communia Abdominis Integumenta, & Faciem Musculorum ejus externam a Latere sinistro.

AAAA. Cutis unà cum pinguitudine & Membranis lateris sinistri levata.

BB. Pinguitudo relicta in latere dextro, levata cute; ubi *Lobi* pinguitudinis & vasa sanguifera inter illos transeuntia eleganter exprimuntur.

CDEFG. *Musculus Obliquus Descendens* in situ; CC, pars ejus carnosà a costis incipiens; DD, Pars ejus inferior tendinosà, sub qua fibrae *Ascendentis* adparent.

EE, Rectae Fibrae carnosae *Musculi Recti*, prout adparent sub tendinibus Musculorum Adscendentium & Descendentium.

FF. Interfectiones *Recti* tendinosae per duos Tendines Musculorum Obliquorum adparentes.

GG. *Linea Semilunaris* ex duobus tendinibus Musculorum obliquorum composita priusquam transcendunt *Rectum* ad *Lineam Albam*.

H. *Linea Alba*.









Fig. 1.

Fig. 2.



TABULA TRIGESIMA SECUNDA.

Fig. 1.

ABCD **Obliquus Descendens**, sive *Declivis* levatus: Vid. App. Fig. 1. 38. 38. Incipit ab inferioribus Quintae, Sextae, Septimae & Octavae costarum marginibus cum productionibus acutis partim carnosus partim tendinosus; ubi diversae ejus origines discretae jacent inter Dentes *Serrati majoris Antici*. Has quo melius internoscantur, priorem ejus ortum vocamus. Praeter quas, plura capta similiter petit a Nona, Decima, Undecima, & interdum ab extremitate ultimae costae Nothae. (Vid. Tab. 29. Y.) ubi saepe inciditur a *Serrato Inferiore Postico* (Tab. ibid. XX.) ut Vesalius observat: A priore principio BBB, pars ejus oblique descendens carnosae EE, in latum & membranofum tendinem sese expandit FF, priusquam *Rectum* scandit PP, ad finem suum in *Linea Alba* Tab. 31. H, & *Osse Pubis* G. Ab ortu posteriore, simili modo descendens (vid. App. Fig. 2. 31.) desinit partim nervosus in *Ligamentum pubis* CC, sed carnosus inprimis in superiorem & anteriorem partem *Offis Ilium*, praeter usum vulgò adscriptos hisce Musculis in intestina & vesicam comprimendo &c. in extrudendo Faeces & Urinam vel Foetum; ulteriorem tamen usum habent: Pars illa eorum quae inter originem inferiorem & spinam *Offis Ilium* Tab. 29. Y interjacet, positione sua referens *Mastoideum* capitis (App. Fig. 1. 14.) facit ut circumrotet Truncus *Axe Vertebrarum*; sicuti cum corpus convertitur ad alterum latus, pedibus stabilè manentibus.

HHH. Fines cartilaginosi septimae, octavae, nonae, & decimae costarum; qui in sequente Tabula ad partes Osseas costarum praefecantur & levantur: vid. Tab. 33. KK. IKK, *Musculus Transversalis* levatus a *Peritoneo* & ad latus reclinatus; Nervosus incipit a Processibus *Vertebrarum Lumborum* Transversis, & carnosus a finibus costarum cartilaginosis, a spina *Offis Ilium* & a *Ligamento Pubis*; unde tranlit *Peritonei* superficiem convexam & latum facit Tendinem in itinere suo sub *Rectum* ad Finem in tota longitudine *Lineae Albae*. Agente hoc musculo cum socio *Abdomen* intro recta premitur.

LMNOP, *Recti Abdominis*; unus in Situ, alter levatus: Quisque horum originem trahit a duabus ex cartilaginibus verarum, & ab una costarum spuriarum; & in descensu suo habet quatuor, interdum quinque Intersecciones nervosas OOOO; infra Umbilicum minuitur sensim, fit tendinosus protinus supra *Os Pubis*, ubi inseritur M: Truncum corporis flectit hic Musculus.

PP. Latus *Recti* inferius, ubi *Epigastrica* vasa sanguifera & mammaria cerni possunt.

Q. *Pyramidales*, qui carnosus oriuntur a parte superiore *Offis Pubis*, & in *Linea Alba* desinunt.

RRSS. *Obliquus Ascendens*, sive *Acclivis in situ*: Incipit a parte Anteriore spinae *Offis Ilium* & a *Ligamento Pubis*, inde ascendens cum Fibrarum ordine antorsum inclinatarum, fit latus tenuis membranofus Tendo SS, & *Rectum* ad Terminationem suam in *Linea Alba* scandit, parte ejus posteriore inserta in cartilaginibus octavae, nonae, decimae, undecimae, & duodecimae costarum. Non solum comprimit ventris inferioris contenta, sed etiam illa pars ejus quae est inter spinam *Offis Ilium* & Fines cartilaginofos Costarum, non tantum confert ad detrahendum costas in Expiratione, sed etiam fibrae ejus carnosae (intersecantes fibras *Descendentis* in *Iliis*) Truncum corporis ad idem latus convertunt, sicut *Descen-*

dens ut supra notatum, ad contrarium. Omnino mirabile est Artificium naturae in structura & Actionibus harum partium reciprocantibus Ascendentium & descendentium oblique Musculorum.

TTVV. *Peritoneum*, infra quod adparent Intestina TT. Licet *Peritoneum* sit pellucida tenuis membrana, tamen ex variis *Lamellis* conflatur, & in diversis partibus manifestò duplex est, praesertim inter Umbilicum & *Os Pubis*: Neque tantum unum Integumentum externum duplex omnium infimi ventris *Viscerum* praebet, verum alia etiam integumenta singulum viscus investientia, & confert ad componendum *Omentum* & *Mesenterium*. Quantum possunt extendi Membranae *Peritonei*, abundè patet iis, qui *Hydrope* laborantes viderunt. Nam ex ejus duplicaturis exemi saepe octoginta libras & supra. Jobus Meekren in Ob. Med. & Chir. dicit centum & viginti quinque Libras aquae limpidae in *Peritonei* duplicatura contentas fuisse; praeterea Membranae ipsae (in casu modo memorato) crassecebant ultra pollicis latitudinem, & superficies earum Interna compluribus corporibus carnosis & aquosis vesicis, quae *Hydatides* vocantur, instruebatur; in tantum ut tota moles exemta videbatur massa Carnosae Materiae monstrosa.

Fig. 2.

Textura *Peritonei* Microscopio visa.

AA. Fibrae nervosae iter tendentes secundum *Abdominis* Longitudinem.

BB. Aliae Fibrae quasi circulares a *Plexu Nervoso* per *Abdominis* Latitudinem ductae.

CC. Fibrillae, quae praecedentes Fibras connectunt, & cum illis complicantur.

DD. Nervi eorumque Rami, qui valde insignes sunt circa ventriculum.

EE. Vasa sanguifera abrupta.

De Lymphaeductibus *Peritonei*, &c. consule *Nuckii Aenographiam Curiosam*, Cap. 9.

Peritoneum habet varia foramina; antorsum, pro vasis in foetu umbilicalibus: in parte ejus superiore, pro *Vena Cava*, *Gula*, & octavo pari Nervorum, &c: in inferiore, pone *Anum*, vesicam urinariam, & uterum in Foeminis: in hac parte *Peritonei* inferiore, duo ejus Processus vasa spermatica comitantes, proximè considerandi sunt.

Fig. 3.

AA. Pars *Peritonei*.

B. Processus Membranae ejus internae, ex cavitate *Abdominis* oriundus.

CC. Vasa spermatica hactenus obducta duplici *Peritonei* processu. Duplicem *Peritonei* processum in viris nominamus, qui per Musculos *Abdominis* in inguine tranlit, quoniam ex duabus membranis constat diversè extensis; quarum externa, continuata a Membrana *Peritonei* externa, appellatur *Tunica Vaginalis*, vasa spermatica & testiculum complectens; Processus internus descendit ad latitudinem quatuor digitorum super vasis spermaticis in *Inguinibus*, & tum demum illis inseparabiliter adhaeret (quod *Nuckius Diverticulum* vocat) ut exprimitur, licet paulò durius, in Figura sequente.

Fig. 4.

AA. Pars Membranae *Peritonei* Internae.

B. Os sive *Annulus* ejus Processus.

C. Progressus super vasis spermaticis *Diverticulum* dictum.

D. Cohætio cum vasis spermaticis.



TABULA TRIGESIMA TERTIA.



emonstrat viscera ventris inferioris *in Situ*, apertis communi-
bus & propriis *Abdominis* integumentis, & quibusdam abscis-
sis, & Finibus costarum spuriarum cartilaginosis a partibus os-
seis separatis & reclinatis sursum.

AABB. *Omentum*, ubi membrana ejus superior fundo ven-
triculi contigua adparet, a cujus vasis coronariis inferioribus ac-
cipit ejus *Arterias Gastricas, Epiploicas Dextras, sinistras &*
Medias, quae venas correspondentes habent venas coronarias in-
gredientes, & sanguinem suum ad *venam portarum* deferunt; Ar-
teriis ab Arteriis Coeliacis ortum ducentibus. Haec Pars superior sive *Lamina Omenti*
non solum continua est Laminae ventriculi externae, a Peritonaeo mutuata, sed etiam
Ala ejus dextra similiter est derivata a parte Jecoris inferiore, & sinistra ejus a parte
concava Lienis: superior & extrema pars *Omenti* sic suam trahit originem; & in inte-
stina descendens, parti ejus inferiori vel internae jungitur aut continuatur simili mo-
do ab intestino *Colo* derivatae. Inter has duas partes superiores & inferiores *Bursa Omenti*
formatur; quod clarè patebit, si cavitatem ejus aqua impleveris; & licet aqua exeat
ex ejus *Foraminibus* multis, tamen ostendet partem *Omenti* inferiorem duplicem esse.

CC. Fundus ventriculi ubi vasa ejus sanguifera inferiora coronaria cerni possunt.

DD. Hepar.

E. *Ligamentum suspensorium Hepatis*, in quo includitur Ligamentum umbilicale.






GG. Pars *Coli* prope ortum ejus in *Ilibus* dextris.

HHIII. Intestina tenuia, quorum quaedam obducuntur *Omento*.

KK. Fines cartilaginosi Costarum spuriarum ab osseis partibus abscissi & sursum
versi versus *Sternum*: Hisce cartilaginibus partes Musculorum Transversorum *Abdo-*
minis & Diaphragmatis cerni possunt in hac Figura adhaerescentes.







TABULA TRIGESIMA QUARTA.

Fig. 1.

AA. **P**ortio *Omenti*, cujus cellulae contentis oleosis repletae pinguitudo vocantur.
 BB. Glandulae pinguedineae *Omenti*, quae in arborea Pinguedinis distributione locantur.

CC. Varia *Foraminula* arboreis corporibus adiposis collateralia.

Fig. 2.

Membranae *Omenti* contentis oleosis liberatae; quod sic faciendum Professor *Bidloo* proponit: Cum vasa sanguifera cera impleta sunt aut corpore aliquo tenaci, tunc immerge totum in Oleo Terebinthinae calido, ac manu illud premito & moveto huc illuc, donec tota Pinguedinis Massa in oleo isto dissolvitur: Postea Membranas aeri exponito, aut lento igni, ut siccentur.

AA. *Lamella* superior sive Membrana *Omenti*.

BB. Membrana *Omenti* inferior.

CC. *Foraminula*.

DD. Rami cellularum porosarum arborei, unde adeps vel oleum exprimitur.

EE. Vasa sanguifera cera repleta secundum *Bidloo*.

Fig. 3. 4.

Hae Musculorum figurae Pharyngis descriptae sunt ex Tab. 4. Fig. 28. 29. *Bourdonis*, & cum falsis Descriptionibus horum Musculorum a *Riolano*, *Spigelio*, *Veslingio*, *Bartholino* &c. editis concordant. Cum Fabrica musculosa hujus organi multum ab ea differat, quae hic exprimitur, in Appendice Figura addetur.

Fig. 5.

Ventriculus cum parte *Omenti* ex cavitate *Abdominis* exemptus; ventriculo aliquantum vento extenso, & locato secundum propriam ejus Positionem.

AA. Externa & superficies ventriculi anterior, obducta communi membrana orta a *Peritoneo*.

BC. Duae Prominentiae in parte inferiore sive ventriculi *Fundo*.

O. Pars *Gulae* ad superius sive sinistrum os ventriculi, vocata *Cardia*.

E. Pars *Intestini Duodeni*, a dextro sive ore ventriculi inferiore incipiens, *Pylorus* nominata.

F. Superiora vasa coronaria ventriculi, & nervi paris octavi complicati inter se, hic eleganter exprimuntur.

G. Inferior coronaria arteria & vena ventriculi. Haec vasa coronaria sanguifera simili modo *Omento* distribuuntur.

H. Superior sive Membrana *Omenti* externa, a *Fundo* ventriculi pendens.

In dissecando corpus generosae juvenis morbo confectum, auctore *D. Radcliff*; inter alios *Viscerum Abdominis* adfectus, *Omentum* ita diminutum reperi, ut primo intuitu dubium videretur, an in hoc subjecto pars talis unquam extitisset nec ne, sed re penitus explorata, paucae ejus reliquiae videbantur molem parvarum glandularum prae se ferre, continentem materiem steatomatosam, aut adipi similem. Neque in *Omento*

tantum hanc steatomatum speciem vidimus; sed etiam ingens corpusculorum alborum numerus instar macularum (maculis *Omenti* non dissimilium) in ventriculi membrana externa, in intestinis, & in interna *Peritoneaei* superficie inspergebatur. In hoc cadavere partes intestinorum tenuium externae ita coaluerant, ut in uno communi integumento contineri viderentur, more fere cerebri *Pia Meninge* obducti: adeo arctè cohaeserunt intestina, ut non potuerim sine magna vi ea a se invicem divellere, ut *Mesenterium* viderem: Tali modo oportuit motum Intestinorum peristalticum si non sublatum penitus, saltem imminutum fuisse quam plurimum: quare non mirum videbatur invenire eorum alveum faecibus infarctum a *Pyloro* usque ad *Anum*: Praeterea intestina in plerisque partibus corrupta & mortua, in aliis verò inflammata & crassa erant admodum: Neque ullum ex illis in statu naturali adparuit, ita universum adfecerat totum *Peritoneum* quacunque expansum habitus iste morbosus. Nec mihi temperare possum, quin aequus sim diligenti & curioso Doctori *Radcliff*, qui post crebras symptomatum observationes in casu memorato, hanc Prognosin dedit, *vix ullum viscus ventris inferioris immune fuisse hujus morbi contagione*: Quae omnia putavit oriri ab habitu strumoso, sicuti patuit in glandulis *Mesenterii* valde magnis & tumefactis; quarum duae maxime insigne *Receptaculum Chyli* sic compressissent ut nihil fere alimenti tandem in sanguinem posset transire. Unde corpus ita emarcuit, ut vix quidquam nisi ossa sub cute cernerentur. Ac nullibi vidi in tota dissectione quam minimum Lobum pinguitudinis. Ex iis quae supra notavimus in *Omento*, & *Peritoneaei* superficie, sive *Abdominis* internum, sive externum Intestinorum latus obducente, patet, *Muco*, qui necessarius est ad lubricanda intestina, impedito, partes istas aptas natas esse cohaerere, motumque peristalticum intestinorum non posse fieri; & licet Glandulae propriae huic *Muco* a sanguine secernendo, in dissectionibus vulgaribus minus se ostendant, tamen sperare possumus, crebro examinando corpora morbis confecta, illas aliquando posse demonstrari; quae, ut suspicor, Glandulis cutaneis non dissimiles, certis intervallis locantur, & simili modo *Mucum* suum ex poris excretoriis effundunt; qui *Mucus* conjunctus cum pinguedine, quae ex *Omento* &c. exsudat, potest facere compositionem ad lubricanda intestina necessariam ut sibi invicem illabantur. Mucosam materiam esse ad oblinendas partes istas, observare licet in aperiendo ullo magno animali, morbo immuni, subito post mortem. Bene norunt Lanii *Mucum* istum manus lubricas reddere; quare simulac animal aperuerunt, eo vulgò utuntur, intestinis manus fricantes. Scio vulgò creditum, aquam in *Ascite* a rupto *Lymphaeductu* intra *Abdominis* cavitatem provenire: Sed est verisimile, serum illud saltem aliquando posse oriri ab eo, quod hae Glandulae exsudant; cum semper in hisce casibus *Peritoneum* sit plurimum incrassatum.

TABULA TRIGESIMA QUINTA.



Membranae, Glandulae, vasa sanguifera, &c. quae ventriculum conflant.

Fig. 1. 2.

AA. &c. Portiones ventriculi, primam ejus Membranam sive externam demonstrantes, a *Peritoneo* mutuatam; venis cera repletis, & extensis plus magnitudine earum naturali.

BB. Superiores & inferiores venae Coronariae, cum Anastomosis Truncorum earum Majorum.

Fig. 3.

AB. &c. Rami vasorum sanguiferorum super Membrana ventriculi externa, varios eorum plexus & mutuas Anastomoses exhibentes, viz. venarum cum venis, & arteriarum cum arteriis, priusquam fiunt Capillares.

Fig. 4.

Secunda ventriculi membrana, nominata Membrana Musculosa, conflata ex duobus Fibrarum ordinibus.

ABB. Primus sive superior Fibrarum ordo inter *Pylorum* & os ventriculi superius continuatus.

ACC. Secundus sive ordo Fibrarum inferior, *Fundum* ventriculi amplectens.

Fig. 5.

Portio secundae sive Membranae Musculosae ventriculi siccata.

AA. Primus ordo Fibrarum.

BB. Secundus, constans ex partibus carnosae & tendinosae.

CC. Partes earum carnosae.

DD. Partes earum tendinosae.

Tertia sive Membrana ventriculi interna in tres *Lamellas* dividi potest, ideoque tribus modis consideranda est.

Fig. 6.

AA. Superficies interna tertiae Membranae ventriculi, *D. Willisio* Tunica villosa nominata; *villi* sive superficies ejus instar telae Gossipinae, optimè ostenditur, si in aqua fervente immergitur.

BB. Glandulae sicuti sub villis adparent obscure.

CD. &c. Glandulae & vasa ventriculi sicut *Villis* ablatis adparent, quod facile fieri potest aquae fervidae auxilio. Haec pars secunda haberi potest tertiae ventriculi membranae.

Fig. 7.

Tertia sive suprema hujus internae Membranae ven-

triculi Divisio, quam *Bidloo* & alii Tendinosam adpellant, & *D. Willisius* Membranam Nervosam.

AB. Foramina varia, quibus transeunt per hanc Membranam vasa sanguifera.

Fig. 8.

Ventriculus totus, partim apertus ut internae sive tertiae Membranae plicae ostendantur.

AA. Plicae internae & tertiae membranae, in quibus adparent superficies villosa.

B. Superius sive Os sinistrum ventriculi, cum parte *Gulae*.

C. Portio *Intestini Duodeni* *Pyloro* continuata.

D. *Pylorus* sive inferius & Os ventriculi Dextrum.

E. *Antrum Pylori*.

Omentum & vasa Coronaria superiora & inferiora hic rursus exprimuntur in praecedente Tabula, Fig. 5.

Fig. 9. 10.

Duo ventriculi ora inflata & siccata. Fig. 9. superius. Fig. 10. inferius.

Plexus vasorum sanguiferorum in interno latere ventriculi adparentium Fig. 8. notandus est, atque sic adparent propterea quod sanguis in illis stagnaverat. Ventriculus in cavitate sua vulnerari non potest, quin plurima ex vasis istis praesertim arteriis praecidantur, & non exigua profusio fiat sanguinis oportet, qui si in ventriculi cavitatem profluat, necessario vel vomitu rejicitur, vel in intestina cum faecibus descendit, si aegrotus supervixerit: Cujus nuper exemplum occurrit, ubi amicus meus *D. Goodier* me arcessivit ut aegrum viserem, qui gladio ictus fuerat *Hypochondrium* dextrum, qui oblique usque ad *Lineam Albam* penetraverat protinus infra cartilagineum ensiformem: Rejectio sanguinis cum syncope subito secuta est, quae indicavit ventriculum vulneratum fuisse, non minore quantitate sanguinis coagulati rejecta per Os quam libra, simulac in lecto decumberet: post aliquot horas cessavit vomitus & pulsus antea valde debilis instauratus erat: & post paucos dies aeger convaluit, & bibere potuit una vice quatuor aut sex libras potus validissimi: quid de eo factum sit postea, nullo modo scire potuimus. Inde patet vulnera ventriculi non semper lethalia esse, licet saepissime, ut in casu cujusdam gladio percussit *Hypochondrium* sinistrum, cui ventriculus vulneratus erat quoque; sed in illo ventriculi contenta magna satis quantitate cum multo sanguine in cavitatem *Abdominis* dejecta fuerant, ut aperto cadavere vidimus. Si Truncus magnae Arteriae in ventriculo forte vulneratur, summum est periculum, ne propter sanguinis profluvium, fiat lethale; sed si vulnus acciderit ubi vasa sanguifera sunt capillaria, Fluxus sanguinis non est mortiferus.



Fig. 10.




Fig. 9.




Fig. 8.




Fig. 5.




Fig. 2.




Fig. 7.




Fig. 4.




Fig. 6.




Fig. 3.




Fig. 1.




Fig. 6.




Fig. 6.




Fig. 3.




Fig. 5.




Fig. 4.




Fig. 1.





Fig. 2.



TABULA TRIGESIMA SEXTA.




Fig. 1.
stendit ventriculi partem Inferiorem & portionem *Duodeni* ei continuatam, unà cum *Pancreate* & *Liene*.

AA. Pars superior *Duodeni* continuata a dextro ventriculi osculo, sive *Pyloro*, modo semicirculari; in quam Intestini curvaturam N, Bilis per Choledochum communem, & succus Pancreaticus per proprium Ductum effunduntur. Haec Intestini curvatura hic est necessaria, ne alimentum in ventriculo praeparatum nimis celeriter in intestina tenuia descenderet, priusquam debitè admisceatur Bili & succo Pancreatico.

B. *Ductus Pancreaticus* nudatus, priusquam ingreditur Membranam externam intestini, inter quam & membranam internam transit priusquam ad osculum suum pervenit N, unà cum Choledocho communi.

C. Progressus Choledochi communis similiter inter Intestini Membranas priusquam pervenit ad Osculum suum N, unà cum *Ductu Pancreatico*

DD. Pars externa & superior *Pancreatis*, ut proprio suo in situ adparet.

EEE. Pars Fundi ventriculi proximè pancreas, Colon, & lienem; unde varia vasa sanguifera, praesertim venae, propagantur, quae partem sanguinis a ventriculo in *Ramum Splenicum* deferunt: Horum maximè insignia, *Vasa Brevia* adpellantur, quibus Dissectores aliqui non satis accuratè diversos usus assignarunt.

FF. Pars interna concava Lienis proximè Pancreas & ventriculum, propria sua membrana obducta aequè ac communi a Peritonaeo derivata.

G. Membrana Externa *Pancreatis* levata & aciculis extensa.

H. ———Lienis simili modo levata & extensa.

III. *Variae Vesiculae* seu species aerae instar vesicarum, ab eruptione venti in *Interstitia* communis & propriae *Pancreatis* Membranae oriundae, inflando in ejus ductum excretorium B.

K. *Duodenum* apertum, ut commune ostendatur osculum Bilis & succi Pancreatici.

LL. *Ductus Pancreaticus* in diversis *Pancreatis* partibus nudatus.

M. Pars *Choledochi* Communis.

N. Commune osculum Bilis & succi Pancreatici in Cavitate *Intestini Duodeni* apertum.

OO. *Arteria Splenica* cera repleta; magnitudo ejus & iter tortuosum sunt notatu digna, ut verè in hac Figura exprimitur.

PP. *Variae Pancreatis* Arteriae, ortae ex Arteria splenica.

Q. *Vena Splenica*, in cuius cavitate Tubus inseritur, quasi inflaretur.

R. Unum ex vasis Lymphaticis, ortum a Liene, aciculis extensum. Inflando in *Venam Splenicam* vituli abortivi, saepe inveni vasa lymphatica vento distenta. Idem usu venit post venam ligatam, si in Arteriam splenicam inflaveris, quanquam non statim ut in venam inflando. Eadem animadverti Phaenomena in pene canino, inflando in partis istius venas. Accuratissimus Nuckius in *Adenographia* Curiol. p. 52. dicit, se fortiter in Arteriam splenicam inflando non tantum varias *Vesiculas* in superficie Lienis ortas usurpasse oculis; verum etiam vasa Lymphatica ex hisce *Vesiculis* orta & vento etiam distenta: sequente pagina notat, quod vena spermatica Testiculi vento distenta, vasa Lymphatica in *Tunica vaginali* ostendit, sed inflando in ejusdem partis Arteriam spermaticam, quod vasa lymphatica nullo modo sunt vento distenta: Hinc patet, vasa Lymphatica Lienis, Penis & Testiculorum non inchoari ab extremitatibus vasorum sanguiferorum harum partium, ut vasa lymphatica aliarum partium facere videntur; sed oriri videri protinus vasa lymphatica harum partium a Canalibus venosis earundem.

S. Lien partim Integumento suo exutus.

Fig. 2.

Ductus Pancreaticus cera repletus, & a corpore *Pancreatis* separatus, una cum portione *Intestini Duodeni* & Choledochi communis siccata.

A. Pars *Duodeni* siccata.

B. *Ductus Pancreaticus*, situs inter Membranas Intestini priusquam conjungitur cum Choledocho communi.

C. Commune Osculum Bilis & Ductus Pancreatici in intestinum aperiens.

D. Choledochus communis.

EE. Truncus Ductus Pancreatici.

FG. Rami Ductus Pancreatici, qui ab extremitatibus vasorum sanguiferorum *Pancreatis* oriuntur.

Inter sententias haecenus traditas de usu succi Pancreatici, Brunneri verisimillima videtur, qua *Menstruum* esse statuit instar *Salivae* ad promovendam concoctionem, & Chylopoiesin. Neque capere possum, quomodo *Succus Pancreaticus* tanquam hostis agere possit fermentando cum bile & alimento, ut volunt *Franc. Sylvius*, *Bern Swalve*, *Regn. de Graeff*, & *Isbrand de Diemberbroek*; vel bilis acrimoniam obtundere, quod postremum idem esset ac errorem naturae corrigere, qui ab initio vitari potuit: unde *Pancreas* videtur esse Glandula magna salivalis, vel una ex maximis intestinorum Glandulis, quae certam liquoris quantitatem in finem praedictum suppeditat. Praeterea, *Pancreas* alterum usum habet quasi fortuitum, serositates sanguinis purgare, quas reperimus, dum medicamenta alvum moventia adsumimus; vel alias cum sanguis ita turbatur, ut fiat *Diarrhoea*, *Pancreas* aequè ac aliae intestinorum Glandulae inter cola ista est, quae peccantes humores a massa sanguinea secernunt.

Fig. 3.

Lien cum vasis ejus sanguiferis cera repletis.

AA. Pars Interna concava Lienis proximè Ventriculum & *Pancreas*.

BB. Arteriae splenicae cera rubra repletae.

CC. Venae albae cera repletae.

DE. *Variae Flexurae* & *Contortiones Venarum* & *Arteriarum* prope Lienis superficiem.

Fig. 4.

A. Pars Lienis quadrupedis cujusdam abscissa, postquam Lien totus vento distentus erat & siccatus.

B. Externa membrana communis a *Peritonaeo* derivata.

C. Propria membrana Interna Lienis.

DE, &c. Cellulae ejus corporis cavernosi, quae in venas Lienis magnas aperiuntur.

In Liene humano hae cellulae sunt multo plures & minores, & apertae sunt in venarum & arteriarum extremitatibus. Scio Ruyschium in Epist. Anatom. accuratè conscriptis, & nuper publicatis, negare tales cellulas aut fibras in humano Liene existere, sed si in venam splenicam inflaveris, aut in arterias aquam injeceris, cum membrana ejus externa, dum eximitur, non rumpitur aut laceratur (quod saepe accidit, cum Liendem eximimus) plane cognoscere potes tales cellulas existere: & si venas cera repleveris, hanc differentiam inter eum & quadrupedis reperies; ceram in humano Liene ad cellulas non penetrare, nisi si magna vi agatur, & valde calida injiciatur: sed si ceram injeceris in Liennem Bovis, canis aut similibus: citò omnes cellulas illa distentas invenies, & magnos venarum Ramos aegrè distinguendos, propterea quod tam citò per earum latera in cellulas transit.

Fig. 5.

AA. Facies interna membranae propriae Lienis quadrupedis.

BC. Fibrae abruptae, quae transeunt inter cellulas ad laterumque membranae Lienis propriae.

DD. Quaedam Cellulae majores Lienis variarum figurarum.

Fig. 6.

Lien totus membranis propriis externis exutus, vasis ejus sanguiferis prius cera repletis.

AA. Arteriae.

B. Venae Lienis cera repletae.

aabb. Rami vasorum sanguiferorum priusquam corpus Lienis ingrediuntur.

C. Pars *Capulae* sive membranae Lienis propriae secundum *Bidloo*.

D. *Plexus nervosus*.

EE. Rami vasorum sanguiferorum ad extremitates suas, in quorum lateribus Cellulae Lienis humani apertae sunt.

F. Interstitia ad extremitates vasorum sanguiferorum, quae cellulas *Bidloo* vocat.

GG. Extremitates vasorum Lymphaticorum, & variarum fibrarum Lienis. Perspecta sic Texturam & Fabricam Lienis, usus ejus postea in Oeconomia Animali considerari debet; sed cum hoc argumentum excedit plurimum limites praesentis paginae, alibi dicam quid de ea re sentiam.

TABULA TRIGESIMA SEPTIMA.

Fig. 1.



Convexa jecinoris Superficies superior in pagina averſa impreſſa.

AA. Pars jecinoris gibboſa ſuperior, ubi varii Lymphaeductus cerni poſſunt.

BB. *Ligamentum Suſpenſorium Hepatis*, infixum Diaphragmati, parte ejus anteriore a cartilagine enſiformi præſecta.

CC. Pars *Diaphragmatis*, in qua partes ejus carnoſae & tendinoſae cernuntur una cum vaſis ejus ſanguiferis.

D. *Ligamentum Umbilicale* extenſum aciculis.

EE. Pars illa *Hepatis*, quae ad latus ſiniſtrum extenditur, & ventriculo incumbit, & interdum, ut in hoc cadavere, in Lobos diviſa eſt.

F. Videtur eſſe pars *Diaphragmatis*: *Bidloo* vult eſſe *Ligamentum Cartilagini enſiformi adhaerens*, quod nullo modo poſſum concipere.

Fig. 2.

Superficies *Hepatis* concava inferior.

A. Latus dextrum jecinoris.

B. *Ligamentum Suſpenſorium Hepatis* aciculis extenſum.

C. *Ligamentum Umbilicale*.

D. Externa & communis Membrana Hepatis levata & aciculis explicata.

E. Hepar inciſum ut intus videatur.

F. Pars *Diaphragmatis*.

G. *Arteria Hepatica*, quam vulgò diviſam in duos Ramos ſive Truncos magnitudinis hic expreſſae invenimus, priuſquam Hepar ingrediuntur.

HH *Vena Portarum* ad introitum in Hepate.

I. *Capsula Communis* ſive *Productio Peritonaei*, quae *Venam Portam*, *Arteriam Hepaticam*, & *Ductus Biliaris* in itinere ſuo per Hepar includere dicitur: quae ſic deſcribitur, credo, ut quibusdam conjecturis potius de venae Portae in Hepate officio faveatur, quam quod revera ſic adpareat naturâ; licet manifeſtum ſit iſta vaſa in Hepate obducta eſſe integumento communi, quod in vaſis Lienis, Renum &c. cerni poſſit.

KK. *Vena Cava* extenſa ſuper ſtylo.

L. *Vefica Biliaria*.

M. Lymphaeductus in ſuperficie veficae Biliariae procedens.

N. *Ductus Cysticus*.

O. *Ductus choledochus communis*.

P. Lymphaeductus Hepatis in *Vena Portarum*, progredientes verſus Glandulas ſuas Lymphaticas, in venae iſtius Trunco infra Hepar poſitas.

De vaſorum Hepaticorum Diſtributione, & intima magnae iſtius Glandulae ſtructure, Tabulam ſequentem conſule.



Fig. 1.




Fig. 2.




Fig. 5.




Fig. 4.




Fig. 1.




Fig. 3.





Fig. 2.



TABULA TRIGESIMA OCTAVA.

Fig. 1.



Portio Hepatis cocta & microscopio inspecta.
 A. Externa Membrana Hepatis levata & explicata.
 BBB. Lobuli ex glandulis parvis compositi, variis figuris & magnitudinibus.
 C. Membranae continuatae a vasis sanguiferis, quae Lobulos a se invicem secernunt.
 DD. Vasa sanguifera, quorum quaedam sunt abrupta.
 EE. Ductus Biliarii, quorum multi abrupti sunt ad exitum e Lobulis.

Fig. 2.

A. Ramus Venae Cavae.
 aa. Extremitates ejus intra Hepar.
 B. Ramus Venae Portarum.
 bb. Extremitates ejus similiter non conjunctae cum superioribus. Ait Bidloo. Dum hepar parabam, ut vasa ejus sanguifera cera implerentur, talem inveni communicationem inter Venam Cavam & Portarum, ut nullus dubitaverim, quin horum vasorum extremitates sint canales continui; Nam aquam vel Spiritum vini in Venam Portam fundendo infundibulo observavi, quod brevi per Venam Cavam effluxit: Et Arteriarum extremitates Hepatis videntur non minus cum Vena Cava communicare. Nam aquam in Arterias Hepaticas fistulam injiciendo, transibit facile in Venam Cavam vel Portarum. Inflando Arterias Hepaticas vel Ductus Biliarios animadverto plerumque Hepatis Lymphaeductus vento distentos.

Fig. 3.

Vesica biliosa ejusque Ductus.
 A. Ductus Cysticus.
 B. Membrana Ductus Cystici interna, levata Externa. Membrana haecce Interna multo major est quam Externa, quo fiunt variae valvulae sive Rugae in Ductus istius cavitate. Hae Rugae, quas quidam valvulas nominant, in causa sunt, quare Bilis in Duodenum non jugiter effundatur; Neque reditum Bilis per Ductum Cysticum prohibent, ut quidam volunt; si enim vel inflaveris vel injeceris aquam in Choleocholum communem, cito extenditur Vesica Biliosa. Explorando Ductus Biliolos in Hepate agnino, detexi manifesto Ductus Bilis varios, ortos ex Hepate & in Ductum Cysticum sese evacuantes: Nec ullo modo in hocce subjecto observare potui ullos Ductus Bilis ex Hepate ortos, & contenta sua effundentes in vesicam biliosam circa collum ejus, ut volunt quidam: Saepe evacuavi corporis humani vesicam biliosam, & Ductum Cysticum aliquantum ab ejus cervice ligavi, & postea vi Ductus Hepaticos vento distendi, sed nunquam potui Vesicam Biliosam extendere: Idem quoque periculum in Quadrupedibus feci Mercurio, eum per Ductum Hepaticum injiciendo, sed protinus in Vesicam Biliosam pervenire observare non potui; at in Ductum Cysticum circiter pollicis quadrante a Vesica Biliosa, Mercurium a duobus aut tribus Ductibus ex hepate procedentibus ascendere vidi.
 C. Ductus Hepaticus ab Hepate abscissus.
 D. Pars Choleocholi Communis.

Fig. 4.

AA. Vesica Biliosa partim aperta.
 B. Portio Meatus Cystici.
 CC. Varia Vasa Sanguifera inter Vesicam Biliosam & Hepar procedentia, quae Bidloo credit esse Ductus Cysticos minores.
 D. Unum ex majoribus vasis novissime memoratis, quod Bidloo quoque describit tanquam unum ex maximis Ductibus Cysticis, cum ore suo EF. in Vesica Biliosa aperto.

Fig. 5.


Vasa Jecoris sanguifera & Ductus Bilioli cera repleti, & ab extremitatibus, quae Glandulas constant, liberati. Haec Vasorum Distributio modo sequente parari potest. Exime totum jecur cum Truncis Vasorum ejus ad debitam longitudinem relictis; elice sanguinem ex Vasis ejus, aqua tepida injecta syringe: Hoc facto, imple Vasa sanguifera Spiritu Vini aut aqua aluminosa, aut in ea injice Oleum Terebinthinae paululum tepesfactum; post horas aliquot totum jecur in aquam calidam immerge, & ceram injice coloris varii in omnia ejus vasa sanguifera & Ductus Secretorios; in arterias rubram; in Venam Portarum nigram, in Venam Cavam coloris alterius, & in Ductus Biliolos flavam; Hoc facto, exue Hepar Membranis externis, & indice Lobulos a se invicem incipe separare, eum etiam intrudendo per superficiem glandulosam ad magnorum Vasorum Sanguiferorum Truncos. Lobulis Hepatis plurimum discretis; totum in aquam calidam immer-

ge, & verriculo ex fetis porcinis validissimis, glandulas Hepatis a vasorum injectorum extremitatibus devertere incipe; sed hoc caute faciendum, ne magni Vasorum injectorum Trunci abruptantur; semper in memoria habens a glandularum incipere superficie, post extremitates vasorum injectorum purgatas, ad ramos majores & Truncos progredere. Si haec Vasorum Hepatis praeparatio debita cura tractetur, multo plura reperies, quam haec Figura exhibet.

A. Hepatis latus dextrum.
 B. Sinistrum.
 CC. Trunci majores Arteriarum Hepaticarum cera rubra repleti.
 cccc. Rami Arteriarum, qui Venam Portarum comitantur, & Ductus Hepatis Biliolos.
 D. Truncus Venae Cavae cera viridi repletus.
 EE. Portio Diaphragmatis.
 FGH. Tres magni Rami Venae Cavae intra jecur, jacentes versus superficiem ejus superiorem & convexam, & non associati Venae Portarum aliisque Vasis intersectantes ramos Venae Portarum ad angulos acutos.
 ghi. Rami Venae Cavae minores.
 K. Truncus Venae Portarum abscissus, cera alba repletus.
 LL. Partes Capsulae, quae Venam Portarum includit, Arterias Hepaticas, & Ductus Biliolos una.
 1. 2. 3. 4. 5. Magni Rami Venae Portarum.
 M. Vesica Biliosa.
 N. Radices Ductus Cysthepatici, secundum Bidloo.
 O. Ductus Cysticus.
 P. Ductus Hepaticus; p. rami eorum.
 Q. Ductus Communis.
 R. Pars Ligamenti Umbilicalis.
 S. Canalis Venosus inter venam Portarum & Cavam, Ligamentum factus.
 T. Partes Nervorum Hepaticorum.
 V. Quidam ex Lymphaeductibus Hepatis procedentes super Capsula Venae Portarum.

Hinc adparet jecur esse corpus glandulosum ex vasis sanguiferis, Ductibus excretoriis, Nervis & Lymphaeductibus conflatum. Vasa quae sanguinem ei adferant, sunt Vena Portarum & Arteria Hepatica; ab extremitatibus earum oriuntur veliis continui sunt rami Venae Cavae; Neque Vasorum Sanguiferorum Hepatis extremitates minuantur aequaliter, proinde ac venae & arteriae aliarum partium, sicut experimentum supra commemoratum, aquam fundendo in Venam Portarum, quae effluit rursus ex Vena Cava, convincit; vel leniter aquam syringe infundendo in Arterias Hepaticas, quae exit facile ex Vena Cava; adeo ut Vasorum Hepaticorum extremitates, praesertim Venae Portarum & Venae Cavae, mutua Ostiola satis magna habere videantur. Ductus felici ab extremitatibus Vasorum Sanguiferorum incipiunt, & licet protinus cum Vasis istis communicent; tamen Liqueores in Venam Portarum delati, non aequè facile in istos Ductus transeunt ac in alia Vasa; quoniam Ostiola in Lateribus Vasorum Sanguiferorum, unde Ductus isti oriuntur, multo minora sunt quam ipsorum Vasorum pori. Praeter Vasa sanguifera Hepatica, quae poris instruantur ad fecernendam Bilem, sunt etiam alii eorumdem Vasorum rami, qui debitum alimentum administrant ipsi Glandulae. Per ipsam Glandulam intelligo Partes Vasorum, quae jecur componunt; Nam non possum credere aliud esse Hepar, quam Vasorum plus aut minus distentorum Compagem. Sicut Glandulae ipsi suum alimentum debentur, ita necesse est, ut praeter Ductus Secretorios Jecur Lymphaeductibus instruat, ad revehendum quod superest succi nutritii, arteriis jugiter suppeditati; sed de hac re alias. Nervi in Jecinore sunt necessarii, quemadmodum in omnibus partibus, ubi utiles sunt membranae; non quia Liqueorem advehunt, ut quorundam fert Opinio, tanquam materiae secretae accessorium; sed quia nervis partium Tonus maximam partem conservatur; si enim nervi relaxantur, partes ad quas pertinent, laborant Atrophia, licet sanguis eo advehatur liberè, ut prius; sed de hac re etiam alibi.

Dissecando corpus morbo extinctum, quod graviter adflegebatur doloribus Hypochondriacis, Hepar magnopere deminutum reperi, & superficiem inaequalem, non multum ab acervo Globulorum abludentem. Dissecando Corpus Nobilis ejusdem viri, iisdem doloribus adflicti, hanc partem Jecinoris, quae sub Finibus costarum cartilagineis adparet, lividi coloris inveni, & totum aliquantum deminutum, Vesicam felleam plurimum contractam, & quibus aut tribus lapillis infartam; peritoneo super partibus adjacentibus maxime incrassato, & turgescens vasis ejus sanguiferis. In corpore juvenis Nobilissimae, ad marasmodum strumoso habitu perductae, totam Jecinoris superficiem nigram inveni. In homine, qui vivit etiam nunc, & valetudine satis prospera utitur, abhinc triennium, dextrum Hypochondrium palpando, potui sentire partem jecinoris inferiorem tumefactam & induratum; quod nunc prorsus evanuit.



TABULA TRIGESIMA NONA.

Fig. 1.



ars *Jejuni*, unà cum portione Mesenterii &c.
AA. Superficies *Jejuni*, externa membrana sua obducti a Mesenterii continuatâ & produ-
ctâ ab interna *Peritonaei Lamina*.

BBB. *Vasa Lactea* non extensa, hic simplici-
bus tantum lineis expressa, in itinere ab Inte-
stini per Mesenterium. *Vasa Lactea* tam *Chy-
lum* quam *Lympham* vehunt promiscuè, &
duplicem trahunt originem; unam ab Arter-
iarum extremitatibus, alteram ab *Ostiolis* in
cavitatibus intestinorum: Prior non tantum adparet Mercurium inji-
ciendo in arterias Mesenterii D, & in *Lactea* B, transeundo; sed etiam
quod cum haec *Vasa Lactea* a *Chyli* dilatione vacant, semper *Lympha*
abundat: Posterior origo horum tuborum Lacteorum a diversis *Osti-
olis* in intestinorum cavitatibus, adparet ex eo quod *Chylum* inde reci-
piunt. *Lympha* ab Arteriis ad initia vasorum Lacteorum *Chylo* occur-
rit, quo fit, ut progressus ejus ad proximam Glandulam Lymphaticam
promoveatur: *Vasa Lactea* primi generis, incipiunt a ramis ca-
pillaribus plurimum dissipatis, & in magnis truncis uniantur medio iti-
nere inter intestinum & glandulam Lymphaticam, suntque iterum ali-
quando dispersa ante suum introitum in Glandulae *Vesiculas*. *Chylus*
*Lympha*que hunc in modum in *Vesiculas* Glandularum Mesentericarum
recepta, ibi alii occurrunt *Lymphae* in *Vesiculas* ab Arteriis delatae,
qua *Chylus* non tantum diluitor redditur, sed etiam promovetur adscen-
sus ejus ad *Vesicam Chyli*, accepto a *Lympha* ita ei se miscente, recen-
te impetu. Tali modo possumus existimare, progressum *Chyli* ad *Recep-
taculum commune* peragi, *Lymphae* auxilio cum eo conjunctae in diversis
ejus stationibus, donec illò perveniat. Neque valvulae vasorum lacteo-
rum magni forent usus, nisi si *Chylus* ab arteriis recentem ei *Lympham*
suppeditantibus, tam in Glandulis Lymphaticis, quam ad initia vaso-
rum Lacteorum primi generis novam *Impetus* accessionem reciperet.

C. Externa Intestini Membrana levata & aciculis extensa.

CC. Membrana Intestini muscosa protinus sub Membrana exter-
na, constans ex ordine fibrarum longitudinali & circulari.

DD. Arteriae Mesentericae ad Intestinum prolatae.

EE. Venae, quae ab extremitatibus arteriarum oriuntur & sanguinem
reducem in *Venam Portarum* effundunt.

F. Ramus Nervi Mesenterici nudatus.

GG. *Vasa Lactea* primi generis.

H. Superficies externa intestini vasis sanguiferis ornata.

II. Glandulae Mesenterii, in quarum *vesiculas*, ut supra notavimus,
Vasa Lactea primi generis Contenta sua important; unde *Vasa Lactea* se-
cundi generis oriuntur, & simili modo vel protinus in *Receptaculum Chyli*,
vel in *Pancreas Asellii*, Tab. 40. L, Fig. 1. Contenta sua deferunt.

Fig. 2.

Portio *Jejuni* siccata postquam ventò erat distenta, quo *Valvulae*
ejus *Conniventes*, laxitate Membranarum ejus internarum formatae;
adparet ut hic repraesentantur.

ABCD. Varia valvularum in Intestini cavitate Dispositio; quibus-
dam ex illis occupantibus ferè duas tertias Circumferentiae lateris In-
testini interni A, Inferior; aliis BD, circiter partem quartam; dum
aliae sunt semicirculares. Sicut pars *Duodeni* superior proxime *Pylori*
magnas habet valvulas, ita gradatim in Intestinis tenuibus, tam
mole quam numero, ad partes intestinorum inferiores accedentes *Co-
lon* versus diminuunt: Hinc *Valvulae Duodeni Conniventes* sunt admo-
dum magnae; *Pylori* valvula semicircularis; *Jejuni* minores; Illi ad-
huc minores; in tantum ut in parte hujus intestini inferiore proxime
Colon vix ulla valvula adpareat. Vid. Fig. 3.

Haec valvulae ex membranarum intestinorum internis componuntur,
quae cum sint exteriore membrana multò majores, necessariò in plicis
convolvuntur, & haec partes fingunt. Haec valvulae *Conniventes* de-
scensum Contentorum in intestinis celerem prohibent, ne *Chylus* aequè
ac excrementa, ora venarum lactearum praeterlaberetur.

Fig. 3.

A. Portio *Ilii* post inflationem siccata.

AA. Superficies Intestini externa.

B. Interna —

CC. Valvulae Intestini multò minores quam in *Jejuno*.

D. Finis *Ilii* proximè *Jejunum*.

EE. Finis proximè *Colon*.

Fig. 4.

Initium *Coli*, extremitas *Coeci* unà cum portione *Ilii* post infla-
tionem siccata.

AA. *Coecum* vasis ejus sanguiferis ornatum.

BB. *Colon* in *Iliis* dextra GG, situm Tab. 33. & C. Tab. 40.

CC. *Vasa* ejus sanguifera cera repleta.

D. *Ilii* Portio juxta introitum in *Colon*.

Fig. 5.

Eadem partes *Coli*, *Ilii*, & *Coeci*, in Figura praecedente ex-
pressae, apertae ut valvulae *Coli* ostendantur, & *Ilii* in *Colon* introi-
tus, sicuti adparet post inflationem siccatae.

A. Valvula ad os *Coeci* in *Colo*.

BB. *Colon* apertum ut intus videatur.

CC. *Vasa* sanguifera cera repleta.

D. Pars *Ilii* priusquam *Coli* cavitatem ingreditur.

EE. Finis *Ilii*, qui laxè dependit in *Coli* cavitatem, uti priusquam
Intestina siccantur adparet, quod hic valvulam conniventem praefert.

F. Os *Ilii* in *Colo* apertum.

Hoc artificio facilè colligitur, quomodo Faeces intestina tenuia in
Colon praeterlapsae redire nequeant: Quod poteris imitari, si partem
intestini sumis, ejusque finem unum in Collum ampullae imponis,
alterum finem Intestini externe circa rostrum ampullae ligas, & aqua
ampullam imple: ampullà inversà, aquae tamen nihil exibat, do-
nec finem intestini in ampulla se presserit, ut invertatur. Hinc no-
tionem habere possumus, quid huic parti accidit, cum Faeces in
Colica & *Iliaca* Passione per Os rejiciuntur.

GG. Magnae *Coli* valvulae, quae ut intestinorum tenuium, parti-
m laxitate Membranarum istius intestini internae conflatae sunt; & hic
in *Colo* fiunt corrugatione vel plicatura membranarum intestini ipsius,
ope ligamentorum, Tab. 40. Fig. 1. D, & Tab. 54. dd. Haec *Coli* li-
gamenta sunt revera Fibrae carnosae, & facilè inducor credere, ea
posse se contrahere & promovere transitum eorum, quae in intestino
continentur. *Coli* ligamentis divisis, plicaturae ejus, quae ad conflan-
das valvulas conferunt, laxantur, & intestinum omne fit vere planum
sine ullis inaequalitatibus. Ligamenta *Coli* descendèntia versus *Rectum*
sele expandere incipiunt, tandemque membranam *Recti* externam
conflant.

HH. Interna concava cellularum superficies *Coli*.

III. Externa convexa cellularum superficies ejusdem.

Fig. 6.

A. Portio *Recti* cum parte Mesenterii ei continua.

AABB. superficies *Recti* externa, super qua *Coli* ligamenta Te-
gumentum formant, cujus Fibrae sunt admodum validae & secundum
longitudinem ejus extenduntur.

CCDD. Appendices pinguedineae, quarum extremitates diversas
figuras habent.

E. Mesenterium.

FG. Trunci vasorum sanguiferorum.

Fig. 7.

Rectum divisum secundum ejus longitudinem ut intus videatur.

AB: Tunica *Recti* interna, quae cum sit multò major externa, in
hac positione necesse ut multae ejus plicaturae adpareant. Haec Tunica
Recti interna ex magno glandularum numero constatur, ad quas varia
Vasa sanguifera pertinent; Horum venae sunt valde magnae, & plerum-
que sanguine replentur propter positionem earum & sanguinem in eis
recta ascendentem; inde usuvenit ut plurimum distendantur, sanguine
minus fluente in Truncis superioribus earum; aut cum haec membrana
adficatur acri aliquo humore, haec intumescunt venae, & sanguinem
suum aliquando fundunt; & *Haemorrhoides apertae* adpellantur; si nul-
lus effluit sanguis e venis tumefactis, vocantur *Haemorrhoides Coecae*.
Glandulae quae materiem ad latus *Recti* internum lubricandum sepa-
rant, & in causa sunt, ut Faeces, quantumlibet induratae, facile
delabantur, in hoc casu plurimum intumescunt, & multum *Muci*
fundunt: Hinc tota *Recti* Membrana interna multum crassescit, &
infra muscoli Sphincteris *Ani* stricturam depressa, *Ani procidèntia*
nominatur. Licet vulgò credatur tam Membranam externam *Recti*,
quam internam, protrudi in *Ani Procidèntia* communi; tamen se-
quens casus contra facere videtur, & convincere Membranam in-
ternam *Recti* tantummodo prolabi.

Generosus quidam circiter viginti septem annos natus, per plures
annos cum *Haemorrhoidibus* & *Ani procidèntia* graviter conflictatus,
a subita crapula agitabatur & magna inflammatione & tumore *Ani*
cum summo dolore: spatio duodecim horarum partes circa *Anum*
livescebant; brevi postea mortificatio secuta est: Laxato *Ani* muscu-
lo sphinctere, sequebatur *Procidèntia Ani*; Intestino prolapsò & ex-
posito materiae, quae a partibus vicinis fluebat, subito mortificatio
accidit: Aeger post aliquot hebdomadas vires amissas recuperavit,
& paucis mensibus integre convaluit: Neque ullum infecutum est
incommodum ex Intestini prolapsi mortificatione; contra bene se
habuit semper, & non tantum ab *Haemorrhoidibus* solitis, sed etiam
postea ab *Ani procidèntia* liber erat.







Fig. 1.



Fig. 4.



Fig. 6.

Fig. 5.




Fig. 2.





Fig. 3.



TABULA QUADRAGESIMA.

Fig. 1.



runcus Corporis posito supinus, & quaedam ex *Visceribus Abdominis* in conspectum veniunt.

AA. Communia & propria *Abdominis* integumenta dissecta.

B. Latus *Omenti* inferius, ut adparet levatum & *Colo* contiguum.

CC. *Colon* ad Initium suum in *Ilibus dextris*, & processu suo super renem dextrum, per *Pylorum*, & sub stomachi fundum: ulterior hujus *Intestini* processus vulgò tam bene describitur, ut hic plura dicere supervacaneum sit.

CC. *Coecum*.

D. Pars illa, quae una ex *Coli* ligamentis vocatur, quam credimus ex fibris carnosissimas constare, &c.

EE. *Intestina Tenuia*, scilicet: *Duodenum*, *Jejunum*, & *Ileum*; hisce quidam *Coecum* adjungunt.

FF. *Intestina crassa* sunt *Colon* & *Rectum*; his vulgò *Coecum* adjicitur.

GHI. *Mesenterium*, cui *intestina* sunt contigua. *Mesenterium* ex variis *Membranarum Stratis* componitur, quorum extimum ab utroque latere est *Membranae Peritonaei* internae continuatio; inter ea locantur varii *Loculi* membranacei, qui *glandulas* ejus KK, continent. Haec pars *Mesenterii* interna a quibusdam creditur esse *Membrana* huic parti tertia & propria. *Commissio Mesenterii* partibus stabilibus est ad tres *Vertebras Lumborum* superiores ab utroque *Magnae Arteriae* latere, ubi *Arteriam Coeliacam* & *Mesentericam* superiorem emittit. Praeter *vasa sanguifera Mesenterium Lymphaeductibus* & *Nervis* abunde instruitur. Hos bene *D. Willisius* & *Vieussensius* descripserunt; illi in praecedente *Tabula* commemorantur; *Arteriae* ejus sunt figuratae in *Appendice nostrà*; *Ejus venae* hisce respondent, & *sanguinem suum Venae Portarum* in *jecur* fundunt.

KK. *Glandulae Mesenterii*, per quas *Chylus* & *Lympha* ad *Chyli Receptaculum* transit.

L. *Magna Mesenterii glandula* prope *Receptaculum Chyli*, *Asellio* nominata *Pancreas*.

MM. *Pinguedo*, quae in corporibus humanis vulgò maximam copiam inter *Mesenterii Membranas* locatur. In *quadrupedibus* quibusdam, praesertim canibus, *Pinguitudo* tantum *Truncos vasorum Mesenterii sanguiferorum* comitatur.

Fig. 2.

Haec *Figura* descripta est ex *Bourdonis Tabula* tertia, *Fig. 1*.

AAA. *Mesenterium*, in quo *vasa tantum* & *Glandulae* ejus exprimuntur.

BB. *Intestina*.

CD. *Glandulae Mesenterii*, per quas *Chylus* & *Lympha* una transeunt ab *intestinis* ad *Chyli Receptaculum*, quae contenta *Venarum Lactearum secundi Generis* recipiunt.

AA. *Inferior*, *Venas Lacteas* primi generis denotas. A, *superior* & E, *Venas Lacteas secundi generis* representat. E *superior*, *Partem Lymphaeductus* ortam a *Liene*.

G. *Pars Receptaculi Chyli*, aut *Ductus Thoracici* Initium.

H. *Arteria Mesenterica*.

I. *Vena Mesenterica*.

Ulterior *Receptaculi Chyli* descriptio & *Ductus Thoracici* in *Appendice* inferitur *Fig. 11. 12*.

Fig. 3. 4.

Ostendunt varias *Ductus Thoracici* *Insertiones* in *sinistrae venae subclaviae Latus Inferius*, quae falso in hisce *Figuris* in *subclavia Dextra* exprimuntur.

EE. *Venae subclaviae*.

FF. *Ductus Thoracici*.

Fig. 5. 6.

ABB. *Unum ex Lacteis vasis* inflatum & siccatum; in quo *valvulae* adparent majore a se invicem distantia, quam in *Lymphaeductu* *Fig. 6*. eodem modo praeparato.



TAB. QUADRAGESIMA PRIMA.



stendit reliqua *Viscera*, ut adparent intra *Abdominis* cavitatem, sublatis intestinis unà cum Mesenterio.

AA. Partes Renum inferiores. Satis constat Renes esse partes illas, quae Urinam a sanguine secernunt; unde fertur per Ureteres in vesicam urinariam. De Renum structura vid. Tab. 43.

BB. Ureteres partim pinguedine obductae, in itinere a Renibus ad vesicam Urinariam.

C. Vesica Urinaria aliquantum distenta.

DD. Vena spermatica & Arteria, ab utroque latere pinguedine & membranis involutae, in itinere ad Testiculos.

E. Dextrum *Scroti* latus, cum Testiculo in eo relicto, ab eodem latere. Hoc *Scroti* dextrum latus a sinistro separatur *Septo Intermedio* ab accuratissimo Ruyschio commemorato.

F. Testiculus sinister ex scroto exemptus.

G. Fundus stomachi *in Situ*.

HH. Hepar *in Situ*.

I. *Pancreas*, ut adparet proprio in situ Intestinis sublatis.

K. Portio *Duodeni* abscissa & ligata infra, ubi Ductus Choledochus & Pancreaticus inferuntur.

L. Pars *Recti* inferior simili modo ligata.

M. Pars Mesenterii secundum *Bidloo*.

N. Truncus *Arteriae Magnae* Descendens.

O. Truncus *Venae Cavae* Ascendens.

P. Superficies Peritonaei interna, ut adparet more crucis secta, unà cum communibus & reliquis propriorum *Abdominis* integumentorum. In parte superiore hujus *Peritonaei* Faciei, Fibrae Musculi Transversalis cerni possunt subjacentes.

QQ. Pinguedo cum Cutis latere interno.

RR. Superiores & inferiores Partes Musculi *Recti* *Abdominis*, sectae ut supra notatum.

S. Pars *Lienis* inferior *in Situ*.


T. Truncus *Arteriae Mesentericae Superioris* prope *Aortam* abscissus.

V. Portio *Arteriae Mesentericae inferioris*, similiter secta.

W. Ligamentum umbilicale Hepatis sursum versum, & non liberum a suis Membranis.







TAB. QUADRAGESIMA SECUND.



Rehabet Renes, Testiculos, vesicam Urinariam, & vasa spermatica, a Corpore libera & explanata.

AA, Ren Dexter:

BB, Membrana ejus Adiposa partim separata.

CC, Ren sinister a Membrana Adiposa liberata.

DD, Glandulae Renales: Post crebras cerae injectiones in venas Foetus, semper harum glandularum cavitates cera repletas inveni. Si in venas Foetus inflas, renum glandulae citò vento distendentur: Glandulae istae in Foetu sunt molles & membranosae, in adulto durissimae & ratione minores, neque possunt in venas flando, vento distendi; neque Fluidum ullum in venas adulti injectum, in harum glandularum cavitates transit. Glandula Renalis lateris dextri arterias ab Emulgente & Phrenica Arteria habet. Glandula sinistri Renis varias parvas habet Arterias a Trunco Magnae Arteriae Descendente: venae earum sunt Trunci duo; unus unicuique glandulae; qui est a dextro latere, ex ipsa renis glandula oritur tantum, minor sinistro, seque evacuat in Venae Cavae Truncum Ascendentem, supra venam emulgentem; qui est a sinistro, ab Arteriis Partium vicinarum oritur aequè ac ab arteriis Glandulae ipsius, & in sinistram venam emulgentem K, sese evacuat.

1 E, Arteria Coeliaca praecisa prope ortum suum.

2 E, Truncus Arteriae Mesentericae similiter praecisus.

a F, Truncus Aortae Descendens infra Renes.

FF, Rami Iliaci externi Arteriae magnae.

GG, Truncus Ascendens Venae Cavae infra Renes.

ggg, Rami Iliaci Venae Cavae.

XG, Arteria spermatica Testiculi dextri, quae vulgò ab anteriore parte Aortae prope sinistrae Arteriae spermaticae initium oritur; sed in subjecto, unde haec Figura delineata erat, duobus Truncis a dextra Arteria Emulgente oriri videtur; aliter operator errorem commisit partes hic exhibitas dissecando. In omnibus subjectis, quae hactenus examinavi, semper observavi Arterias spermaticas prope se oriri in anteriore Aortae partae, ut in sinistro latere, & a Dissectoribus vulgò describitur. Riolanus ait se observasse unam ex Arteriis spermaticis ab Emulgente oriri; idem plus semel videbar vidisse, sed re penitissimè explorata ramum illum inveni esse ab Arteria Emulgente, in duplicatura Peritonaei cum vena & Arteria spermatica descendente; nec ullam Anastomofin inter illam & Arteriam spermaticam observare potui.

Cum Arteriae spermaticae valde sint exiles ad ortum suum ex Aorta, non multum miror oculos Disssectorum minus accuratorem effugisse, & ansam dedisse credendi interdum defuisse.

+G, Vena spermatica dextri Testiculi, desinens in Vena Cava, ut semper animadverti.

x F, Arteria spermatica sinistra ab anteriore parte Trunci Aortae descendente verus latus sinistrum orta.

+F, Vena spermatica Testiculi sinistri, quae in venam sinistram Emulgentem sese evacuat Truncò uno plerumque; sed interdum, ut in hac Figura, divisam vidi paulò infra venam Emulgentem.

HH. Ureteres vulgari magnitudine, a Renibus ad vesicam urinariam descendentes.

I, Vesica Urinaria vento distenta.

K, Vena Emulgens sinistra.

L, Arteria Emulgens dextri lateris.

M, Pars Arteriae Mesentericae Inferiores.

NN, Testiculi.

O, Epididymis Testiculi sinistri.

PP, Vasa deferentia liberata a Tunica Vaginali Praeparantium.

QQ, Varia vasa sanguifera ad Peritonaeum delata a vasis spermaticis.

TAB. QUADRAGESIMA TERTIA.



Fig. 1.

xternum & inferius sinistri Renis latus.

AABB. Membrana Renis propria, duas tertias corporis ejus obducens: superiore parte Renis a Membrana ejus liberata, quaedam Lobulorum ejus Vestigia (quando in Foetu) adparent.

C. Arteria Emulgens aciculis extensa.

D. Vena Emulgens similiter extensa.

E. Ureter, & Expansio ejus intra Renem, Pelvis vocata, nudata.

Fig. 2.

AA. Concava Renis pars, in priore figura exhibita, ut rami Pelvis ostendantur, aperta.

BB. Vasa sanguifera.

CC. Ureter, & ejus Pelvis intra Renis corpus ramosi, frusto Fistulae, qua utuntur Nicotiana Fumatores, in superiore ramo Pelvis inserto.

Fig. 3.

Dimidium Renis, secundum ejus longitudinem secti.

AA. Externa convexa superficies & Renis pars glandulosa.

BBCC. Tubuli Urinarii a glandulis Renis orti, in itinere suo ad Papillas.

D. Dimidium Pelvis expansum, adeo ut Principium Ureteris ab eo cernatur.

E. Ureter dependens.

F. Vasa Renis sanguifera.

Membrana Renis propria hic extenditur aciculis.

Fig. 4.

Ren sectus secundum omnem ejus longitudinem, a Dorso ejus ad Pelvim.

AA. Tubuli Urinarii, in variis classibus adparentes in itinere suo versus Papillas in Pelve.

BC. Glandulae & Tubuli Urinarii vasis Renis sanguiferis interspersi.

D. Pelvis vel Infundibulum apertum, ut exitus Ureteris videatur.

d. Ureter.

EE. Carunculae Papillares ex finibus Tubulorum urinariorum conflatae, quae aperiuntur in ramis Pelvis, in quam effunditur Urina, ut per Ureterem ad vesicam urinariam transmittatur.

ee. Pinguedo intra Renem Pelvi incumbens.

Fig. 5.

Vasa sanguifera & Tubuli Urinarii Renis Microscopio conspecta.

A. Membrana Renis propria.

BB. Fines vasorum sanguiferorum abruptae.

CC. Sanguifera Renis vasa, quae faciunt ad glandulas ejus componendas.

DD. Glandulae Renis conflatae ex vasis sanguiferis, Tubulis Urinariis, Nervis, & Lymphaeductibus.

Nervi Renum, ut Glandularum aliarum in Abdomi-

ne Ductibus excretoriis instructarum, sunt admodum pauci, & Trunci eorum admodum parvi; neque ulli dolores acutissimi Renes ipsos adficiunt, licet calculi angulosi in partibus eorum glandulosis hospitentur; verum partes, quarum Nervi complicati sunt cum Renum partibus in hisce casibus multum adficiuntur. Licet Nervos inter partes, Renum glandulas componentes, numeraverimus, tamen non aliter hic utiles esse putamus ac aliis vasis ancillantes, quae protinus funguntur officio Urinae secernendae, ut vasa sanguifera & Tubuli Urinarii, quae partes fabricatae sunt, ut urinam a sanguine secernant. Neque Lymphaeductus alium usum habent ac eum, quem alias animadvertimus; ut in Jecinore; ut revehatur pars Succii Nutricii superflua, qui semper ad Glandulam defertur. Quo modo hae partes fabricatae sunt, experimenta sequentia paullulum monstrabunt: Si inflas in Arteriam Emulgentem, ventus in venam ejusdem nominis transibit, in Ureterem, & in Lymphaeductus. Idem eveniet, si vel in Ureterem vel venam Emulgentem inflas. Si Hydrargyrum injicis, omnia haec vasa eodem modo distendentur. Si aquam ope syringis in Arterias Emulgentes agis, primum venas & Ureterem transibit; si vero perseveras injicere eam aliquamdiu, totus Ren tandem erit distentus, & aqua non ultra per eadem vasa exibit. Hinc patet sanguinem ex corporibus globosis constantem, quae in Sero moventur magnitudini extremitatem vasorum proportionalia, facile transire Globulorum serie, qui semper urgent priores; interea Tubuli urinarii, parvis osculis a lateribus extremitatum Vasorum sanguiferorum exorti excipiunt partem sanguinis tenuiorem sive Urinam, & in Renis Pelvim fundunt. In corpore nobilissimi hominis, quod nuper dissectui, Renem sinistram magnum inveni, textura admodum laxa; & in ejus Ureterem inflando, vena Emulgens citò distendebatur. In hoc homine inter alios morbos per spatium fere viginti annorum ante obitum suum Urina erat faeculenta; eaque calore evaporata in Cochleari super candela, pars ejus faeculenta semper spissescibat; unde paruit, partes nutricias Sero sanguinis, aequae atque urinalem, nimia pororum urinalium laxitate in vasorum Renis lateribus exivisse.

Fig. 6.

AA. Interna concava pars Renis aperta.

B. Pars Ureteris.

C. Pelvis liberata a Rene.

DD. Rami Pelvis intra Renem etiam nudati.

EE. Tubuli urinales, qui ex extremitatibus vasorum sanguiferorum Renis oriuntur, & in Ramis Pelvis aperiuntur, Papillas componentes.

Fig. 7.

Ureter, Pelvis, ejusque Rami, a rene liberi & siccati.

A. Pars Ureteris.

B. Pelvis sive Initium Ureteris intra corpus Renis.

CD. Rami Pelvis abscissi a corporibus Papillaribus, sive Fines Tuborum Urinalium.

Fig. 3.

Fig. 4.




Fig. 1.

Fig. 2.




Fig. 5.



Fig. 7.




Fig. 6.




Fig. 2.





Fig. 1.



TAB. QUADRAG. QUARTA.

Fig. 1.



embranae *Ureteris* Microscopio
conspicuae.

AAA. Portio *Ureteris* pro-
pe vesicam praefecta & expansa.

B. Membrana ejus interior.

CD. Fibrae ejus membrano-
sae secundum longitudinem pro-
tensae, pinguitudine impletae.

E. Secunda Membrana sive *Lamella Ureteris*, con-
stans ex fibris musculosis obliquis se invicem interse-
cantibus.

F. Vasa sanguifera inter hanc & primam membra-
nam interjacentia.

H. Tertia sive interna Membrana *Ureteris* ex fibris
conflata multò laxioribus, & majori intervallo distan-
tibus, quam fibrae priorum.

II. Varias Glandulas, quae in hac membrana ad-
parent, & *Mucum* emittunt, qui tueatur *Ureterem* ab
acribus Urinae Salibus.

Fig. 2.

Inferior vel posterior pars Vesicae Urinalis &c.
una cum *pene*.

AB. &c. Portiones *Ureterum* in processu suo tor-
tuoso ad terminationes suas obliquas inter Exteriorem
& inferiorem Vesicae Membranas.

CC. Vesica Urinalis pinguedine obducta, ut vulgò
in humanis corporibus reperitur.

Vesica urinalis potest dici esse *Ureterum* Dilatio-
nem: intima membranae structura utriusque concordat,
nisi si Fibras Vesicae musculosas excipias, utpote va-
lentiores majoresque, quam Fibrae *Ureterum*; supe-
riores & majores vesicam manus instar, ut ait *Spigelius*,
amplectuntur; Internae sunt minores & ad
multos angulos superiores decussant: Quidam Dissec-
tores numerant eas inter Musculos, & *Urinae De-*
trusores nominant. Glandulae Vesicae urinalis sunt
majores quam *Ureterum*, & saepe sunt tumefactae
aequae ac Fibrae in aegrotantibus corporibus, praes-
sertim in iis, qui per tempus aliquod calculo in hac par-
te laborarunt. Latera Vesicae facta sunt crassa, ea-
que comprimendo *Mucus* cerni potest oriri a superfi-
ciè ejus interna, per plurima *Ostiola* sive Ductus ex-
cretorios. Vesica locatur in Hypogastrio in *Perito-*

naei Duplicatura: Cum in corpore inflatur, cavitatem
Abdominis, Pelvim nominatam, exacte implet; pars ejus
superior ab *Uracho* suspenditur, quae in quibusdam
animalibus posset in cervicem ejus incidere, & Urinae
evacuationem impedire.

Uusus Vesicae est, ut recipiat Urinam ab *Ureteribus*,
& donec excernatur contineat; inde partim fibris suis
carnosis, praecipue verò musculis *Abdominis* extri-
mitur.

D. Ea pars *Urethrae*, quae sub *Osse Pubis* flectitur
in proprio ejus situ, & inter Musculum Sphincterem
Ani & *Prostatas* ponitur. Haec pars *Urethrae* vul-
nerari potest, & interdum perforari nimis festinanter
Conductorem in Vesicam introducendo, facta in *Peri-*
naeo incisione, in sectione Calculi; qua de causa
Operator postea Forcipem inter Vesicam urinalem &
Rectum intrudit. Error iste, nullus dubito, quin sae-
pe fiat ab iis, qui jaçant *Lithotomiam*, & aegro non
rarò est perniciosus. Vix crediderim virum mentis com-
potem, & mediocriter tantum Dissectionis peritum,
potuisse ita errare; tamen in hujusmodi errorem incidi
plus vice simplice, accessit ad dissecandum mortuos,
in quibus tales Operatores adeo infelices fuerant, ut
calculum in Vesica reliquerint.

E. *Vasa Praeparantia Testium* in *Peritoneo* invo-
luta.

F. Testiculus. Inter F. & EG. est ea pars Vaso-
rum Spermaticorum, *Corpus Pyramidale* nominatum,
& *Plexus Pampiniformis* vel *Varicosus*.

GG. *Vas Deferens* a Testiculo ascendens ad *Ve-*
ficulas Seminales.

HH. *Vesiculae Seminales* inflatae per *Vasa Dese-*
rentia; ea quae est a laterè dextro, adhuc tubum re-
tinente.

I. Pars posterior *Prostatarum*, sive *Corpus Gland-*
osum.

KK. Pars posterior *Penis*.

LL. *Musculi Directores Penis*, quorum Origo,
progressus, & Terminatio exhibentur Tab. 47.
Fig. 5.

M. Bulbus corporis cavernosi *Urethrae*, *Musculo*
Acceleratore Urinae exuto, expressus Tabula ultimò
memorata; ea parte Bulbi versus *Anum* abscissa, in-
terna pars ejus cavernosa hic depressa adparet, aut in-
trorsum tracta.



TABULA QUADRAG. QUINTA.

Fig. 1.



st Testis cum vasis suis & Membranis a Scroto liberatis.

- A. Corpus Testiculi.
- B. Facies quaedam Musculi Cremasteris, secundum Bidloo.
- CC. Tunica Vaginalis;
- D. Pars ejus inferior Testi adhaerens.
- E. Pars ejus superior. Peritonæo continuata.

- F. Serpentina vasorum in Testem Distributio.
- G. Pars illa Testis proximè Epididymida.
- h. Epididymis.
- H. Vas deferens, cujus crassities & cavitas rectè ad ejus extremitatem exprimitur.
- I. Particularis Tunica vaginalis Vasis Deferentis, quae, ut Bidloo ait, fibras circulares habet, licet hic non exhibitās.
- K. Vasa sanguifera Testis, dicta Vasa Praeparantia, sicut ante injectionem vel inflationem eorum adparent.
- L. Nervus Testis.

Fig. 2.

Testis, Vas deferens, & vasa praeparantia explanata, unā cum quibusdam Lymphaeductibus prioris.

A. Arteria Spermatica, a portione Trunci Arteriae maguae Descendentis continuata: non possum, quin credam hanc figurae partem falsam esse, cum in multis subjectis semper observaverim spermaticae Arteriae originem valde parvam esse, etiam Trunco ejus inferiore multo minorem; adeo ut cavitas ejus ab Arteria Magna incipiens, aegre specillum minimum vulgò ulitatum admitteret, & tantum fetam porcīnam recipere posset.

aa. &c. Rami Arteriae spermaticae in Descensu suo ad Testem.

B. Truncus venae spermaticae cum Venae Cavae portione, quam intrat.

CD bb. &c. Variæ ejus Anastomoses & oscula Retiformia, ut a Teste ascendit.

EE. Valvulae venae spermaticae quae ab imò sursum spectant, & descensum sanguinis in hoc vase prohibent. Si quaeritur, quare venae in corpore humano spermaticae, & in Quadrupedibus Arteriae, versus Testes processum habeant tortuosum; & vice versa spermaticae Arteriae humanae & venae Quadrupedum recta procedant? Respondemus, quod quamvis Seminis in Teste secretio eodem modo fiat ac aliorum liquorum in glandibus conglomeratis, tamen in omnibus semper animalibus reperimus Arterias Testium productas a magnis earum Truncis, magno ab iis intervallo; cum Arteriae conglomeratarum glandularum semper vasa sanguifera habent a ramo proximè vicino: quare verò ita agat natura, haud aliam nunc rationem reddere possumus, quam

ut sanguis in Testibus non tanta velocitate flueret, quanta in aliis Glandulis: qua mente alias atque consilio tot ambages & circuitiones in Arteriis spermaticis Quadrupedum, si non omnium, saltem plurimorum, nisi ut ad quemque angulum earum contortionum Impetus sanguinis a Corde propulsi mideretur? Sed hic objici potest: Quare igitur in corporibus humanis rectae sunt Arteriae spermaticae, cum ad perpendicularum sint, propter positionem corporis erectam? Respondemus, processum sanguinis declivem pulchrè facere, ut liberius ad Testes perveniat; verum in corporibus humanis semper observamus Arterias spermaticas (ut supra innuimus) admodum exiles esse, ubi ab Arteria Magna oriuntur: quod satis impedit omnem magnum ab Arteria magna Impetum. Istud verò artificium naturae in Quadrupedibus non erat necessarium, ne in illis impediretur tanta feminis copia, quantum Femella requirit ad suam prolem numerosam foecundandam; vel quoniam major copia Seminis illis necessaria erat propter Cornuum Uteri longitudinem, quae prius debet transire, quam ad Tubos Fallopianos & Ovaria pervenire posset: Unde Testes quadrupedum sunt ratione multo majores, quam Hominum. Quare verò venae spermaticae humanae discretae sunt, & sibi invicem oculis communicant, quum Quadrupedum sunt Recti Trunci & pauciores, horum positiones docent. Nam venae humanae ad perpendicularum ascendunt, ut revehatur sanguis; sed quadrupedum sunt horizontales: Inde adparet necessitas efformandi haec vasa sanguifera varicosa, praesertim venas spermaticas humanas: quod si Arteriae sic factae fuissent, ut in Quadrupedibus, spatia sive Foramina in Musculis Abdominis, e quibus exeunt, tam magna debuissent fieri, ut metus esset, ne intestina continuo extruderentur.

- F. Pars Epididymidis.
- G. Pars Testis glandulosa membranā sua exuta.
- HH. Vas Deferens partim ab Epididymide liberata, ut ostendantur quaedam ex ejus Contortionibus.
- I. Tunica Vaginalis Vasis deferentis.
- K. Tunica Albuginea, cum aliqua parte glandulosa Testis cum eo levata.
- L. Pars Tunicae Elutroidis sive Vaginalis.
- M. Quidam ex Lymphaeductibus Testiculi aciculis explicati.

Fig. 3.

Pars Vasis Differentis, quae Epididymida componit major veritate.

- AA. Pars Testis.
- BD. Toruosa sive serpentina Vasis Differentis dispositio in Epididymide.
- E. Vas Deferens.
- II. Tunica Vaginalis Vasis Deferentis ex Fibris circularibus conflata secundum Bidloo.



Fig. 3.




Fig. 2.




Fig. 1.




Fig. 2.




Fig. 3.





Fig. 5.

Fig. 4.




Fig. 1.





Fig. 6.

TAB. QUADRAGESIMA SEXTA.

Fig. 1.

A.  ars Testis glandulosa proprio exuta integumento.

BB. *Tunica Albuginea* vel propria membrana *Testium* levata & aciculis suspensa.

CC. Vasa *Testium* abrupta levando *Albugineam*.

DE. &c. Quaedam ex Vasis Sanguiferis, quae *Tunicam Albugineam* perforant.

F. Pars plicaturarum *Vasis Deferentis*, quae *Epididymida* constituunt, nudata.

G. *Vas Deferens*;

H. Cavitas ejus sive *Ductus*, qui est valdè conspicuus in omnibus praecedentis Tabulae figuris, & non literis notatus.

ID. *Vasa praeparantia* sive Vasa *Testium* Sanguifera, propria sua membrana involuta.

K. Nervus *Testium*.

Fig. 2.

Testis Tunica Albuginea exutus.

A. Vasa Seminalia *Testis* collectim ad exitum suum procedentia, ut *Epididymida* constituant.

BB. *Tunica Albuginea* a *Testibus* libera.

CC. Pars *Testis* glandulosa.

DD. Vasa Seminalia sive Tubi ab originibus suis derivati in Arteriarum lateribus, quae glandulas conflant.

EE. Oscula, facta Vasa Sanguifera abrumpendo in itinere suo per *Tunicam Albugineam*.

F. Tubi Seminales e *Teste* exeuntes, qui postea in unum Truncum coeunt, cujus plicaturae & circuitiones *Epididymida* efformant; unde continuatur (ut ostenditur in Figura praecedente) & *Vas Deferens* nominatur.

Fig. 3.

Testis transverse sectus.

AA. *Tunica Albuginea* levata.

BB. Pars *Testis* glandulosa, ubi quaedam Vasorum Sanguiferorum *Vestigia* cernuntur.

CC. Tuborum Seminalium per *Testis* substantiam processus.

D. Trunci eorum collectim ad exitum suum procedentes, ut in priore Figura, qui quibusdam *Ductus Highborianus* nominatur.

Fig. 4.

Vasa *Testis* Microscopio delineata secundum Bidloo, quorum Descriptionem sic accipite. A. Vasa Seminalia a se invicem discreta. B. Cavitates eorum

valvularum more intumescentes. C. vasa sanguifera praedicta concomitantia, & glandulis obducentia. DE. Fragmenta parvarum Membranarum. Facile crediderim hanc Vasorum seminalium Figuram *Testium* fictitiam esse, vel Vasorum *Epididymidis* seminalium esse figuram; Nam certò scio Vasa *Testium* seminalia eorumque Vasa sanguifera, nulla arte explanari posse, quemadmodum *Bidloo* ea describit tanquam Microscopio repraesentata: sed & si concedatur ea vasa sic explanari posse, tamen certus sum, quod fieri nequeat, ut vasa seminalia discernantur a sanguiferis; quare talis descriptio oportet sit fictitia. Experimenta, quae feci *Testes* examinando, mihi persuadent vasorum eorum Sanguiferorum extremitates, quae glandulas eorum constituunt, minores esse & tenuiores quam partium aliarum; quare si Hydrargyrum per *Arteriam Spermaticam* injeceris, non redibit in venam, ut in Renibus, aliisque glandulis; sed si Hydrargyrum protruderis, citius horum vasorum extremitates perumpet, in *Tunicam Albugineam* perveniet, & totum Testem extendet, quam per venam Spermaticam redibit: Nec unquam potui observare Lymphaeductus Mercurio repletos in venam spermaticam injecto; sed in venam ejusdem nominis inflando, citò distenduntur Lymphaeductus, ut Nuckius in *Adenographia* sua *Curiosa* p. 53. animadvertit.


Fig. 5.

A. Vasa *Testis* sanguifera cerà repleta, & a membrana sua interna non separata, derivata a *Peritoneo*.

B. Arteria spermatica.

C. Vena.

DD. Vasa sanguifera spermatica supra *Testes*, quae *Epididymidi* distribuuntur. E. *Vasa Deferentia*; F. *Tunica Albuginea*; G. & ad *Testem* ipsum H. Figura sexta demonstrat ejusdem *Testis* latus alterum & Vasorum, quae literis iisdem notantur. Ex iis quae dicta sunt, patet *Vasa Deferentia*, ut *Ductus* secretorii aliarum glandularum; ab extremitatibus vasorum *Testium* sanguiferorum oriri. Ac pro longitudine & tortuoso vasorum harum partium sanguiferorum processu, *Ductus* eorum excretorii sive *Vasa Deferentia* sunt longitudinis immensae, & variè complicantur, dum partem *Epididymida* dictam componant. *Vasa Deferentia* sic ab *Epididymide* rectà sursum tendunt cum *Praeparantibus*: simul ac in *Cavitatem Abdominis* pervenere, relinquunt *Praeparantia*, & descendunt supra *Ureteres* in *Pelvi* Abdominis inter vesicam urinalem & *Rectum*, ubi sese dilatare incipiunt, & in *Vesiculas Seminales* aperiunt, ut in sequente Tabula adparet Fig. 1, 2.



TABULA QUADRG. SEPTIMA.

Fig. 1.



artes anticas *Penis*, *Glandularum Prostatarum*; *Vesicularum Seminalium*, &c. demonstrat.

- AA. *Vesiculae Seminales*.
aa. *Vasa sanguifera*; BB, *Rami eorum super Vesiculis*.
C. *Membrana obducens Vesiculas Seminales & Vasa Deferentia*.
D. *Superior, Vas Deferens* lateris

sinistri, multum auctum priusquam *Vesiculas* ejusdem lateris *Seminales* ingreditur.

- DD. *Inferior, Vesiculae Seminales* lateris dextri.
E. *Cervix vesicae* abscissa ad *Urethrae* initium.
FF. *Prostatarum* pars antica dissecta ut internum *Urethrae* latus ostendatur.

G. *Caruncula* sive *Caput Gallinaginis* supra inferiore vel parte *Urethrae* postica, sicuti adparet, cum superior sive pars *Urethrae* antica dirimitur.

HH. Duo vasorum seminalium oscula, sicuti adparent, cum Pars superior *Carunculae* vel *Capitis Gallinaginis* forcipe praeciditur. *Oscia Prostatarum* ab utroque latere *Carunculae* aliquantum adparent.

II. Pars *Penis* superior, *Dorsum Penis* adpellata, *Membrana sua Carnosa* obducta, cujus pars cum cute vera antica *Praeputium* constituit.

KK. *Corpora Caverosa Penis* ab *Ossibus Pubis* praefecta.

L. *Bulbus Corporis Urethrae cavernosi*.
Figura Corporis Urethrae cavernosi multum differt a *Penis*; medium enim *Urethrae* minus, extrema magna sunt; contra *Corpora Penis Caverosa* media magna, extrema vero minora sunt.

M. *Glans* alterum Corporis *Urethrae Cavernosi* Extremum componens.

- NN. *Nervi Penis* explicati.
OO. *Arteriae Penis*.
P. *Vena ipsius Penis*, ubi *Ligamento transverso Ossis Pubis* comprimitur, quando *Penis* erigitur.
Q. *Pars Membranae Carnosae Penis* explicata,

Fig. 2.

Vesiculae Seminales inflatae, siccatae & incisae ut intus monstrantur.

ABC. *Cellulae Vesicularum Seminalium* ita inflatione extensae, ut *Rete* sive *Vesiculae Minores* intus non adpareant.

FFF. *Interna Vasorum Deferentium* latera simili modo inflata, ut *vesiculae minores* non adpareant.

G. Duo *Ductus seminales*, qui *Semen* in *Urethram* fundunt.

H. *Pars Prostatarum*.

Fig. 3.

- A, A. *Corpus Glandulosum* seu *Prostatae* divisae.
B, C. &c. *Internum latus glandulosum*.
DD. *Ductus Prostatarum*, qui in *Urethra* aperti sunt ad latera *Capitis Gallinaginis*, qui eleganter in sequente Tabula Fig. 1. K. exprimuntur.
E, F. *Pars Urethrae*.

Fig. 4.

Prostatae inflatae, *Tubi earum excretorii* in *Urethra* exsiccati.

- A, A. *Membrana exterior*.
B, B. *Membrana interior*, ex pluribus *Fibris carnis* quam prior, conflata.
C, C. *Vesiculae pellucidae extensae*.
D, D. *Quaedam ex vesiculis diremtae*.
E, E. *Aliae Vesiculae*, quae durae permanent & extensae.
F, F. *Partes quaedam Ductuum* manentes extensae.

G, G. *Fragmenta Membranarum*.

Fig. 5.

Musculi Ani & Penis in Situ.

A, B, C, D. *Musculus Sphincter Ani*: Figura & situs ejus bene hic exhibetur; quanquam pars ejus saepe secetur in *Sinu Ani* fistuloso aperiendo, tamen pars ejus reliqua officio ejus sufficit retinendi *Faeces*.

E, E. *Levatores Ani*: Ortus horum *Musculorum* melius cernitur *Ossibus Pubis* sectis; ut *vesica urinalis & Penis* auferantur: A partibus internis *Ossium* ultimò memoratorum incipiunt, & per *Corpus Glandulosum* sive *Prostatae* propius descendunt. Partes posticae horum *Musculorum* latis, tenuibus, carnis initii oriuntur ab *Ossibus Ischii & Osse Sacro*; ab hisce partibus *Fibrae* eorum descendunt ad *Terminationem* eorum in imo *Recto* in *Ano*.

Hi *Musculi* duplici funguntur officio; primò in attollendo *Anum*, ne nimium a *faecibus* deprimeretur; secundò *Prostatae & Vesiculas Seminales* comprimunt in *Coitu*, ut *semen* in *Urethram* fundant.

F, F. *Directores Penis* sive *Erectores*. Oriuntur carnosus ab inferiore margine *Ossium Pubis*, ubi *Ischio* committuntur; unde ascendunt ad fines suos prope initia *Corporum Cavernosorum Penis*.

Horum *Musculorum* positus facit, ut *Penem* introrsum & deorsum trahant; sed auxilio *Ligamenti* ab *Ossibus Pubis* orti, quod parti *Penis* superiori connectitur aliter agunt, & aliquanto sursum & propius *Pubem* trahunt; sic *vena magna* in *Dorso Penis* comprimitur, & *Penis* erectio promovetur.

G, G. *Corpora Caverosa Penis*.

H, H. *Musculus Accelerator Urinae*, *bulbum Corporis Cavernosi Urethrae* obducens. Incipit a parte superiore *Urethrae* L, Fig. 1. ab utroque latere, & *Bulbum* amplectens in inferiore ejus parte unitur, sed a longo itinere facto in illa parte *Urethrae* in *Perinaeo*; *Musculus* iste sese dirimit & duobus finibus tendinosis in *Corpora Caverosa Penis* ab utroque latere definit, ut in hac Figura demonstratur.

Praeter officia vulgò adscripta huic musculo *Urethram* comprimendi in residuum *Urinae* expellendo, & promovendo *Seminis* ejaculationem, quorum utrumque fit praecipue partibus ejus ultimò descriptis, *Urethram* amplectentibus, *Musculos Directores* etiam adjuvat erectionem *Penis* promovendo, *Bulbum* comprimendo, cujus sanguis tunc versus *Glandem* propellitur majore copia, quam ut protinus *venis* *bulbi* evacuari possit: *Glans* hoc pacto subito distenditur: sed valida istius *Musculi* Actione non diu durante, *venae* *bulbi* tunc compressae liberae sunt, ut sanguinem retentum possint effundere, & *Glans* subito detumet: Unde fit, un *Glans* non semper ritè extendatur, cum *corpora Cavernosa Penis* sunt erecta.

Haec pars *Bulbi & Musculi Acceleratoris*, &c. secantur in *Lithotomia*. Unde evenit, ut harum partium cicatrix postea, saepe justam *Extensionem Glandis Penis* in erectione impediatur. Quod nuper accidit aegro, ad quem vocatus eram, qui *Sinu* fistuloso in *Perinaeo* laborabat, in quo partem hanc *bulbosam* corporis *Cavernosi Urethrae* admodum induratum inveni: mihi quaerenti respondit, cum *penis ejus erigebatur*, *Glans flaccida erat & nullo modo extensa*: Neque *Corpus Cavernosum Urethrae* extendi potuit, ideoque nullo modo potuit erectionis tempore *semen* ejaculare, sed *semen* saepe cum *Urina* prodiit.

I. *Musculus Transversalis Penis* a sinistro latere; qui est a dextro, non insignitur literis; Incipit a *Tuberculo Ossis Ischii* protinus sub ortum *Musculi Directoris*, & transverse ad superiorem partem *Bulbi Corporis Cavernosi Urethrae* procedit.

- K. *Glans* sive *Balanus*.
L. *Praeputium*.
M. *Fraenum*.
N. *Urethra* aparta,










Fig. 1.



Fig. 3.




Fig. 4.




Fig. 5.



Fig. 2.





Fig. 6.



TABULA QUADRAG. OCTAVA.

Fig. 1.



uperiores & anticae partes *Penis*, & vesicae urinalis, bene ostensae post accuratam Dissectionem.

AA, Cavernosa *Penis* Corpora integra.

BB, Pars illa Cutis, quae *Praeputium* componit.

b, Reduplicatio sive *Praeputii* membrana interna.

CD, Vasa sanguifera in *Dorso Penis*.

E, *Glans* vel *Balanus*.

Circa collum *Glandis*, ubi *Praeputium Peni* committitur, locantur *Glandulae Odoriferae*, quas adcuratus Dissector D. Tyson observavit. Ista materiem fecerunt ad lubricandum *Praeputium*, quo facilius super *Glandem* labatur. *Glandulae* istae saepissime in contagione venerea valde tumefactae sunt, praesertim si partes istae ulcerantur, unde materies foetida effluit.

FF, *Vesica Urinalis* aperta.

GG, Partes *Ureterum* proximè *Vesicam*.

HH, Portiones *Vasorum Deferentium*.

II, Partes *Vesicularum Seminalium* in conspectu.

K, *Caruncula* sive *Caput Gallinaginis*, & *Prostatarum Ostiola*, sicut dissectà parte *Urethrae* anticà cernuntur.

KL, *Prostatae*, quarum pars superior cum *Urethra* dissecta est.

M, *Vena Penis* quae in *Erectione* comprimitur ligamento sub *Ossibus Pubis* sito.

NN, Duae *Penis* Arteriae.

OO, *Nervi*.

PP, *Corpora Caverosa* ab *Ossibus Pubis*, eorumque *Musculis Erectoribus* liberata.

QQ, Partes *Musculi Acceleratoris Urinae* a bulbo corporis cavernosi *Urethrae* liberatae & expansae.

Fig. 2.

AA, Partes *Glandis Penis* Microscopio conspectae.

BB, Membrana *Penis* communis sive *Praeputium*.

CC, Propria *Glandis* membrana separata.

DEFG, Varii *Fibrarum* ordines instar *Membranarum* dispositi, & mirum in modum intertexti membranarum internis & vasis sanguiferis.

Fig. 3.

Pars Portionis *Penis* antica una cum *Glande* post inflationem siccata.

AAA, Partes *Corporum Caverosorum Penis* interiores.

B, *Septum Corporum Caverosorum*.

CD, *Cellulae Corporum Caverosorum* apertae in lateribus venarum, quae *Fibris* huc illuc procedentibus a *Capsula* sive *Membrana Corporum Caverosorum* & *septi* sustentur. Hae *Fibrae* non sunt adeo conspicuae in *Pene* humano ac in equino: Neque *cellulae Penis* humani sunt aequè clariae ac in *Quadrupedibus*: Haec *Corporum Caverosorum Penis* fabrica videtur convenire cum *Liene* in eodem *Animali*.

EE, *Arteriae* per media *Corpora Caverosa Penis* procedentes.

Ablatis *Corporum Caverosorum Penis* apicibus in aegro, cui *Glans* plurimum ulcerabatur, facile *Fines Arteriarum* sanguinantes forcipe adprehendere potui, & *Truncos* earum ligamentonectere; quod in his casibus stypticis est anteferendum, quae dolorem faciunt.

F, *Glans*.

G, *Os Meatus Urinalis* in *Glande*.

Fig. 4.

Pars *Penis* postica similiter praeparata post inflationem, &c.

AA, Portio *Capsulae Corporum Caverosorum Penis* secta, & levata; super qua Pars *Retis Corporis Caverosi* cernitur.

B, *Corpus Caverosum*.

C, *Urethra* aperta.

D, *Corpus Caverosum Urethrae* dissectum.

E, Pars *Urethrae* reliqua, & *Corpus* ejus *Caverosum* integrum.

F, *Glans Penis*.

Fig. 5, 6.

Corpora Caverosa Penis & *Urethrae*, post sectionem transversam inflata & siccata.

AA, *Capsula* sive valida *Corporum Caverosorum Penis* membrana.


BB, *Corpora Caverosa Penis*, quorum singulorum in medio *Trunci* duarum *Arteriarum* secundum longitudinem procedunt.

C, *Septum*.

D, Membrana valida sive *Capsula Corporis Caverosi Urethrae*.

E, *Circulare Corpus Caverosum Urethrae*.

Particularis Explicatio structurae partis istius in *Appendice* nostra ad *Myotomiam* nostram *Reformatam* inferitur. Ubi *Lymphaeductus Penis* humani describuntur & quaedam *Phaenomena* ad eos pertinentia explanantur: Cum hoc scripserim, occasionem nactus sum videndi *Lymphaeductus* in *Pene* canis, ubi observavi, in venas flando, *Lymphaeductus* protinus distentos.



TAB. QUADRAG. NONA.



ostendit *Abdominis* muliebris cavitatem remotis intestinis, Me-
fenterio &c.

AA, Pars Peritonaei interna, unâ cum communibus & pro-
priis integumentis *Abdominis* post sectionem ad modum crucis

B, Tubus *Fallopianus* dexter *Uteri* aliquantum levatus extra
Pelvim Abdominis.

C, Portio *Intestini Recti*.

D, *Vesica Urinalis in Situ*.

E, *Pubes*.

F, *Arteria Magna* cum ramis ejus *Iliacis* incumbens ramis iisdem *Venae Cavae*.

G, *Vena Cava*.

H, *Stomachus Stylo* suffultus.

I, *Hepar in Situ*.

K, Pars *Lienis*.


L, Pars *Renis sinistri*.

MM, Partes *Musculi Psoae Magni*.

N, *Ligamentum Venosum Umbilicale* fursum conversum.







TAB. QUINQUAGESIMA.



Exhibet Partes mulieris genitales accurate dissectas & in situ earum naturali sitas.

A, Ren Dexter.

B, — Sinister.

CC, *Glandulae Renales* cum vasis eorum sanguiferis.

E, *Arteria Magna*.

DD, *Ureteres*.

a, *Truncus Arteriae Mesentericae Superioris* abscissus.

b, *Truncus Arteriae Mesentericae Inferioris*.

ee, &c. Reliqui rami *Arteriae Magnae*; quorum superiores sunt *Emulgentes*, inferiores *Iliaci Externi & Interni*.

F, *Truncus Venae Cavae* ascendens.

fff, Varii Rami *Venae Cavae*; quorum superiores sunt *Emulgentes*, Medii *Vertebrales*, inferiores, *Externi & Interni Rami Iliaci*.

GG, *Arteria & vena spermatica* in itinere ad *Ovaria* & reditu ab iisdem inflatae & ab se invicem dissipatae a latere dextro.

HH, *Arteria & vena spermatica* a latere sinistro, adhuc intra integumenta manentes.

I, *Portio Intestini Recti* ligata.

K, *Fundus Uteri* subjacens *Internae Peritonaei Membranae*.

L, *Vesica Urinalis* similiter sub *Lamina Peritonaei* interna.

MM, *Tubae Fallopianae* vasis suis sanguiferis instructae.

mm, *Cavitates Tubarum Fallopiantarum*.

NN, *Ovaria*.

nn, *Fimbriae Tubarum Fallopiantarum*, quae *Ovaria* post graviditatem amplectuntur, ut cernitur Tab. 53. B, C, Fig. 1.

O, *Os Vaginae* sive *Pudendi*.

PP, *Labia Pudendi*.

Q, *Praeputium Clitoridis* formatum *Nymphis*.

RR, *Nymphae*.


T, *Pars superior Pudendi* versus *Montem veneris*.

V, *Extremitas Clitoridis*, *Glans* nominata, *Nymphis* obducta.

WW, *Ligamenta Teretia Fundo Uteri* continuata & explicata.

Quaquam partis istae *Ligamenta* nominantur, tamen *Fabrica earum & Compositio* Multum discrepant a *Ligamentis* aliarum partium, quae dura sunt, sicca & densa corpora; contra rotunda ista *Uteri ligamenta* ex magno *Venarum & Arteriarum* numero conflantur, quibus accedunt, ut dicitur, *Nervi & Lymphaeductus*: videntur esse partes, quae plurimum extendi possunt, & post graviditatem una cum *Uteri Fundo* grandescunt: versus *Uteri Fundum* latefcunt, & gradatim diminuta fiunt rotunda cum ad *Pubem* adpropinquant, ubi sub pinguedine finiunt: *Musculos Abdominis*, ut vasa fere in viris *spermatica*, pertranscunt; Hinc *Foeminae* sunt interdum *Herniae Intestinali* obnoxiae; sed cum *Musculorum Foramina* non sint aeque magna ac in viris, hae *Herniae* in *Foeminis* sunt rariores.

XX, &c. Magna *Portio Laminae Peritonaei internae* superficiem *Fundi Uteri*, *Vesicae Urinalis*, *Ovariorum & Similium* obducens: Haec quibusdam falso dicitur *Ligamentum latum Uteri*: Sed nullum tale *Ligamentum* ad *Uterum* pertinet, nisi si pars ista *Peritonaei* sic nominari possit.



TAB. QUINQUAG. PRIMA.

Fig. 1.



Clitoris & partes adnexae, dissectae.
 A, Pars Clitoridis supra cum venis ejus, quae tempore Coitus Ligamento Transverso Ossis Pubis comprimuntur, ut Venae Penis in sua Ereptione.
 BB. Duo Crura Clitoridis, quae ab Ossibus Pubis oriuntur, ubi porosa adparent.
 CC. Partes Labiorum Pudendi.
 D. Glans Clitoridis.
 GG. Nymphae, quae Praeputium Clitoridis constituunt.
 H. Meatus Urinalis sive Iter urinae.

EE. Musculi Erectores Clitoridis, qui incipiunt ab externa Ossis Ischii crepidine, & desinunt in Initia Corporum Cavernosorum Clitoridis: officium praestant Clitoridem ad Ossa Pubis trahendi, ut sanguis in vena ejus magna refluus sistatur; unde Clitoris instar Penis extenditur. Ita enim Clitoris non tantum dilatatur, verum etiam Labia Pudendi duobus corporibus cavernosis sive Retibus vasorum sanguiferorum ad Os Vaginae ab utroque latere externè simili modo extenduntur. Accuratè describuntur ista corpora a Reg. de Graaf De Mulierum Organis, Cap. VII. & Plexus Retiformis nominantur.

FF. Partes Musculi Spiniferis Vaginae ad extremitatem Clitoridis relistae. Fibrae hujus Musculi circulares Vaginam super Plexu Retiformi amplectuntur, ejusque venas comprimunt (quae sanguinem suum in venam Clitoridis A, fundunt.) Hoc pacto Plexus sanguine repletur, & os vaginae Externum, circa Carunculas Myrtiformes, coarctatur, & in Coitu Penem perfectè complectitur.

Fig. 2.

Pars Clitoridis abscissa, inflata & siccata.
 A. Capitulum sive Glans Clitoridis.
 B. Membrana ejus propria sive Capsula.
 C. Textura ejus Cavernosa.
 D. Ejus Septum.

Fig. 3.

Pudendum & antica Pars Vaginae Uteri aperta.
 A. Pars Vaginae, quae vesica subjacet.
 BB. Vagina & Iter Urinae divisa.
 CC. Corpus Glandulosum, quod in viris respondet Prostatis, divisum.
 DD. Ductus secretorii vel Lacunae Dni de Graaf intra Glandulam, qui varia habent Ostiola circa Iter Urinae, unde in Coitu Materia funditur.
 Praeter Ductus istos a Glandulis ortos, circa Meatum Urinae sitos, alii sunt generis ejusdem in Vagina, & duo admodum insignes a duabus Glandulis conspicuis orientes, locatis versus Oris Pudendi ad Anum partem infimam, quorum Ductus aperti sunt ad Radices Caruncularum Myrtiformium externè ab utroque Pudendi latere. Hi cum Ductibus supra memoratis materiam vulgò semen vocatam effundunt.
 EEE. Meatus Urinae apertus; ad cujus extremum varia ex praedictis Ostiis adparent.
 FF. Labia Pudendi aperta.
 G. Interna Membrana Vaginae Uteri Rugosa.
 Haec Membrana interna Rugarum est multo plenior superam ejus partem versus B, C, D, quam in ima G, proximè Rectum: Dum Pudendo appropinquat, fit aliquantum angustior, & post vel supra Os Itineris Urinae faciem valvulosam exhibet in virginibus 16 vel 17 annorum. In puellis 7 vel 8, videtur esse Membrana Transversa exiguo foramine perforata in parte sua superiore. Rupto Hymene, in Coitu aut alias, Partes directae Carunculas Myrtiformes faciunt; quare cum Figura, tum numerus harum Caruncularum sunt incerti; Wierus, Paraeus, Hildanus &

alii casus narrant, quibus Hymen impervius fuit post vigesimum annum aetatis, & tanta Copia Menstruorum in Vagina coercita, & c. imum ventrem extendit, ac si fuissent gravidae. Aliquot annos abhinc vocatus ab amico meo praestantis ingenii viro D. Chamberlin, ut mulierem nuptam plus viginti annos natam viserem, cujus infimus venter, tanquam gravidae, plurimum distensus erat: Pudendo examinato, Hymenem invenimus prorsus impervium, & ultra Pudendi Labia sic protrusum, ut primo intuitu praeferebat Prolapsum Uteri. In parte superiore versus Clitoridem Os Itineris urinae multum apertum offendimus, & latera ejus extrusa fere instar Galli gallinacei Cloacae vel Ani; & sine ulla difficultate Indicem in Vesicam Urinae immittere potui. Hymene diviso ad minimum octo Libras sanguinis grumosi variis coloribus & crassitudinibus praediti profudit, quae Menstrua erant cohibita: Postero die remoto pessario, quem pridie imposueram, non minor copia ejus materiae profluxit: Post triduum aut quatrimum bene habebat, & brevi postea convaleuit, & anno elapso sanum partum edidit. Nobis maritus narravit, se tandem, licet primò non sine utriusque dolore summo coirent, faciliorem aditum invenisse; quod alia viâ fieri non potuit nisi Meatu Urinae.




Fig. 4.

Uterus, Ovaria, & Tubae Fallopianae dissectae.
 A, BB. Fundus Uteri apertus, ut cavitas ejus & laterum crassities ostendatur.
 CC. Collum Uteri a Vagina ad Fundum procedens, similiter apertum.
 D. Os Tinnae sive Oculum Colli Minoris.
 E. Uteri Vagina divisa, ut ejus Rugae demonstrarentur.
 FF. Cavitas Fundi Uteri ut ante graviditatem adparet, Figurae aliquantum triangularis, neque magnitudinem hic repraesentatam superans. Inter D & F est Collum minus sive Cervix Fundi Uteri, ubi variae Rugae bene exhibentur, in quarum Sulcis sunt oscula variorum Tubulorum, qui a Textura Glandulosa Vasorum Partis istius nascuntur; unde profluit materies pituitosa, ut videri potest hanc partem comprimendo externè.
 De Graaf de Mul. Organ. Generat. Inserv. Cap. VIII. ignorantiam suam fatetur super Materiae hic secretae usu, nisi sit ad partes humectandas & Venerem excitandam, & c. Uterum humanum post trium mensium graviditatem praeparando, Os Tinnae & Collum minus plurimum dilatatum repperi, & lenta admodum glutinosaque materia repletum: quod a Spigelio etiam animadvertitur, Lib. VIII. Cap. XXIII. Pro ratione temporis Partus Os Tinnae semper fit majus, & glutinosa materies augetur; unde praecaventur Abortus prohibita Chorii extrusione, non obstantibus nixibus Foetus in Utero tempore partus adpropinquante. Haec materies glutinosa impedimento est quoque, ne quid in Vaginam post Conceptum intrudatur. Hac materie vitata ut in Fluore albo, Conceptus impeditur.
 GHH. Ora Tubarum Fallopiarum in duobus angulis superioribus Fundi Uteri.

Fig. 5.

III. Duo specilla in singula ex Tubis memoratis inserta.
 K. Os Tubae paululum constrictum.
 LL. Tuba Fallopiana dextra aperta & expansa, cujus membrana interna est aliquantum rugosa.
 MN. Ovaria Dextra integra.
 OOO. Fimbriae sive Expansum Foliaceum Tubae.
 PP. Latum Ligamentum inter Tubam & Ovarium, alac vesperilionis haud absimile.
 Q. Sinistra Ovaria aperta.
 RR. Membrana Ovarii externa.
 SS, TT. Glandulae nonnullae, & parvae vesiculae pellucidae, quae Ovaria componunt.
 VV. Peritonaeum sive Tegumentum Uteri externum, quod Ligamentum Latum nominatur.
 WW. Portiones Ligamentorum rotundorum Uteri.







TAB. QUINQUAG. SECUNDA.



avitas *Abdominis* visceribus remotis.

AA. Communia & propria *Abdominis* Integumenta dissecta & seposita.

BB. *Diaphragma in situ*: Oritur Tendinosum a Latere dextro a tertia, secunda & prima *Lumborum* vertebra, & ultima

Dorsi (H); a sinistro a prima *Lumborum*, & ultima Dorsi vertebra; Hinc ascendens cum Fibris carnis ab utroque latere recta tendentibus, sed medium versus paululum incurvatis, sese interfecantibus prope *Oesophagum* (D) eumque quasi amplectentibus: Postea fiunt tendinosae & parti ejus superiori (F) quae ab *Osse Pectoris* sive *Sterno* tenuis & carnosa oritur, sese adjungunt: Partes ejus laterales a finibus costarum cartilaginosis & margine inferiore *Costae ultimae* (G) ab utroque latere incipiunt: Ab hisce partibus *Fibrae Diaphragmatis* carnosae, instar linearum a Circumferentia ad Centrum ductarum, ad partem ejus mediam procedunt, ubi *Fibrae* ejus tendinosae sese decussant & *Rete* repraesentant. Praeter Foramen ejus in parte sua carnosa propter *Oesophagum*, aliud habet in parte sua tendinosa non minus inligne propter *Venam Cavam* (C). Duplex ejus origo ad *Lumborum Vertebrae* iter facit Trunco *Arteriae Magnae* (E), descendenti & duobus ascendentibus *Ductus Chyliferi* & *Venae Azygae* a sinistro latere. In Expiratione haec superficies *Diaphragmatis* inferior est concava versus *Abdomen* (ut hic exhibetur) & ejus superior versus *Thoracem* convexa. In Inspiratione ad Planum accedit proxime *Thoracem* aequè ac *Abdomen*. Si *Viscera* ventris inferioris in vivisectione eximuntur, superficies *Diaphragmatis* inferior in Inspiratione convexa adparebit, praesertim si duo vulnuscula in cavitatibus ab utroque latere *Thoracis* infliguntur, ut aer circumambiens in Cavitates ab utroque *Mediastini* latere inruat; *Diaphragma* tunc semper concavum versus *Thoracem* manebit, & versus *Abdomen* convexum. Neque potest Respiratio peragi, nisi si vulnura in *Thorace* tam magna sint, ut aer in eo contentus liberè exeat. Unde accidit, ut vulnura in *Thorace* subito fiant mortifera, nulla parte contenta laesa. Sed in talibus casibus vulnura externa majora fieri debent ut Aer liberè egrediatur, quod prohiberetur, si *Cutis* & musculi, minus quam par est, perforantur; sed hoc raro evenit, quia utraque *Thoracis* latera vix convulnerari possunt sic eodem tempore. Si unum latus *Thoracis* tantum convulneratur, aer externus est omnino arcendus, licet aeger minus possit suffocari, quoniam alterum *Pulmonum* latus nullum fert incommodum, tamen aer intrusus debet emitti, quamvis tantum dilatationem *Pulmonum* unius lateris impediatur. Dissiccando corpus morbo confectum, quod unum latus *Diaphragmatis* depressum habebat magnopere, pro-

pter aquam contentam ab eodem *Thoracis* latere, interveni *Pulmones* ab eo latere maximam partem emortuos, & sanguinem stagnantem; Aeris aliquanto e *Bronchiis* in cavitatem *Thoracis* ingresso, quod omnino Inspirationem ab eo *Pulmonum* latere impedit.

B. *Vasa Diaphragmatis* sanguifera, *Phrenicae* appellatae.

C. Foramen *Venae Cavae*.

D. *Gula* sive *Oesophagus*, priusquam *Diaphragma* transit, abscissus.

E. Truncus *Arteriae Magnae* simili modo praecisus.

F. Pars *Diaphragmatis* antica versus *Cartilaginam Ensisiformem*.

G. Pars postica *Costae ultimae* contigua.

H. Origo Tendinosa *Diaphragmatis* a Latere Dextro *Appendix* vocata. Actio *Diaphragmatis* potissima est ventris inferioris *Viscera* comprimere, ut in Inspiratione cavitatem *Thoracis* augeatur: Neque ullam videmus rationem dubitandi, quin sit musculus eleganter huic actioni efformatus, ubi multa officia occurrunt contingentia; quale est ingens Chylificationis opus, quod crebris ejus compressibus in repetitis suis contractionibus adjuvatur; non solum Contenta stomachi & Intestinorum descensum promovendo, sed etiam *Chyli* per *Vasa Lactea* & sanguinis per *Venam Portarum* ascensum: Evacuationem quoque *Liquorum* in *Ductibus Excretoriis* tot magnarum *Glandularum* in *Abdominis* Cavitate, ut *Jecinoris*, *Pancreatis*, *Renum* &c. properat: Ne multorum ejus Partis aliorum *Officiorum* contingentium mentionem faciamus, ut *Faeces* & *Urinam* in sexibus utrisque & Foetum in *Mulieribus* excludendi, &c.

II. *Vertebrae Lumborum* cum *Interstitiis* suis cartilaginosis ligamentis commissis.

KK. *Musculus Psoa Magna* a dextro Latere; *Psoa Parva* forte in hoc subiecto desiderabatur.

LL. *Psoa Magna* a sinistro Latere aliquantum a vertebra liberata, & explicata: Magnus iste Musculus carnosus ortum suum ducit ab omnibus *Lumborum Vertebrae* internè ad *Latus* intra *Abdominis* cavitatem, unde descendens super partem *Offis Sacri* superiorem, & spinam *Ilium*, ubi *fibris Iliaci Interni* (N) carnosus conjungitur, ad Terminationem suam in parte minoris *Trochanteris* superiore *Offis Feminis* procedit. Femur sursum trahit, & movet antrosum in ambulando, currendo, &c.

M. *Musculus Quadratus Lumborum* Tab. 30. descriptus.

NNN. *Iliaci Interni in Situ*: quisque horum Musculorum oritur plus quam a dimidiata regione superiore & parte concava interna *Offis Ilium*, & *Psoae Magnae* conjunctus cum eo in minorem *Trochanterem* inseritur. Officium hujus Musculi & *Psoae Magnae* est idem.

O. Pars *Gracilis*.

PP. Partes *Tricipitis*.

TAB. QUINQUAG. TERTIA.

Fig. 1.



praesentat partem anticam *Fundi Uteri* non longè a Conceptu, unà cum partibus adnexis.

A, *Fundus Uteri*.

B, *Tuba Fallopiana* sinistra distenta, & *Foliatae* ejus *Expansiones*, *Ovarium* amplectentes; quae actio in *Cuniculis* non ad-

paret nisi post viginti quatuor horas a *Coitu*.
CC, *Ovaria* cum *Ovis Suis* protuberantibus in eorum *Folliculis*.

DD, *Vasa* sanguifera plus sanguine extensa, quam ante graviditatem.

E, *Tuba Fallopiana* Dextra cum *Fimbriis* suis expansa.

FF, *Portiones* vasorum sanguiferorum *Ovariorum Praeparantia* & *Spermatica* nominata.

GG, *Portio Peritonaei*, quae *Membranam Uteri* Externam constituit, & *Ligamentum Latum Uteri* dicitur.

HH, *Rotunda Ligamenta Uterina Peritonaeo* subiecta.

I, *Cervix Uteri* *Peritonaeo* membrana ejus communi denudata, ut *vasa* ejus sanguifera ostendantur.

KK, *Vagina Uteri* inversa, ubi *Rugae* ejus internae bene exprimuntur.

L, *Os Uteri* internum, *Os Tincae* adpellatum, paullulum dilatatum.

Fig. 2.

A, *Tuba Uterina* sinistra (exhibita in *Figura* praecedente) ab *Ovariis* discerpta, quae *Fimbriis* amplexa erat; quae extensae manent, unà cum *Ductu* ejus integro.

B, *Os Tubae Fimbriatum* adaperitum.

C, *Progressus* ejus versus *Fundum Uteri*; *Tota* *Tuba* coloris intense rubri propter multa *vasa* ejus sanguifera, praesertim *venas*, quae corpus constant reticulatum, quod potest demonstrari vel in eas *Mercurium* injiciendo, vel inflando. Hinc patet *Tubas Uterinas* (*Corporibus Cavernosis Penis Clitoridis* haud absimiles) *Latera* sua reticulata habere extensa, & *cavitates* suas internas propterea auctas, quandocun-

que sanguis refluus gradum sistit; sed utrum haec mora sanguinis sive retardatio in *venis*, tempore *Coitus* facta sit, quod non sine causa credere inducimur, an ut *de Graaf* innuit, viginti quinque vel sex horas postea, praesens occasio & opportunitas non sinunt examinare.

Fig. 3.

AA, *Tuba Fallopiana* aperta, secundum ejus longitudinem.

BCC, *Interna* ejus *Membrana* divisa & expansa.

DD, *Specillum* in ejus initium insertum prope *Fundum Uterinum*, qui nondum dividitur.

Caeterae partes adjacentes hujus *Figurae* sunt explanatae *Tab. 51. Fig. 4.*

Fig. 4.

Inferior sive pars *Uteri* gravidi postica, &c. expressa *Fig. 1.* *Vasa* ejus hic sunt cera repleta.

BB, *Venae* cera nigra repletae.

C, *Arteriae* rubra cera: quae utraque *vasa* ceram in magnos eorum *Truncos* ab utroque latere injiciendo, distenduntur.

D, *Pars Membranae Uteri* externae a *Peritonaeo* derivata, a *Cervice Uteri* levata.

E, Illa *Peritonaei* pars, *Ligamentum Latum Uteri* adpellatum.

F, *Ovaria* lateris sinistri.

GG, *Tubae Fallopiantae* etiam cera alba repletae, & admodum in hac positione tortuosae, extremitatibus earum ab *Ovariis* deductis.

H, *Ligamentum* lateris sinistri rotundum.

II, *Ligamenta* lata instar *vespertilionis alarum* *Tubas Fallopiantae* *Ovariis* connectentia, ubi exhibentur *vasa* in itu ad, & reditu ab *Ovariis*.

KK, *Vasa Spermatica* abscissa. Hae *venae* & *arteriae* non solum in magnis earum *Truncis* habent *Anastomoses* cum *venis* & *arteriis Uteri Hypogastricis*, verum etiam quae sunt a latere *Uteri* dextro *Anastomoses* habent cum sinistro, tali modo, ut si ceram in unam ex *venis spermaticis* injeceris, non solum *Hypogastricas* replebit, sed *venam* etiam *spermatice* ab opposito latere. Idem non continget, si ceram in *arterias* injeceris, quoniam *Trunci* earum sunt *venis* minores. Sed *Mercurius* facile ab *Arteriis* in uno latere ad *Arterias* in altero transit.




Fig. 1.




Fig. 4.



Fig. 3.




Fig. 2.





TAB. QUINQUAG. QUARTA.



stendit *Abdomen* muliebri post septimum graviditatis mensem apertum.

AAAA. Communia totius corporis integumenta divisa & averfa.

BB, Propria *Abdominis* Integumenta, Musculi scilicet & *Peritonaeum*, simili modo divisa.

CC, *Fundus Uteri* plurimum ampliatus; & in hoc subiecto plus ad Dextrum, quam ad sinistrum latus vergit.

DDD, *Colon* & partes Intestinorum tenuium, ut supra *Uteri Fundum* adparent.

dd, *Compages* musculosa Fibrarum carnosarum, *Ligamentum Coli* nominatum, bene repraesentata.

E, Illa pars *Fundi Uterini Collum* minus versus.

FFF, Venae *Uteri* plurimum dilatatae.

Ut tempus partus appropinquat, ita *Uteri* crassities augere dicitur, & Trunci venarum magis magisque distenduntur; Trunci Arteriarum *Uteri* sunt etiam in eadem ratione dilatati. Haec Vasa *Uterina* habent Anastomoses cum *Placentae* vasis, ut ex eo colligitur, quod Hydrargyrus ab uno ad alterum transit, ita ut si infuderis eum in venas Matris Hypogastricas, transiturus sit in *Placentae* venas aeque ac *Uterinas*: contra Hydrargyrus ab arteriis *Placentae* ad venas Matris Hypogastricas transibit, ac etiam in venas *Placentae*. Hinc patet Circuitum esse sanguinis inter Matrem & *Foetum*; & videntur vasa utriusque quandam germinationem mutuam & societatem habere. Sed haec res altioris est indaginis, quam ut ego de ea nunc inquiram. Quare dicam tantum de quibusdam, quae in Partu eveniunt:

Si *Fundus Uteri* a Partu vel Abortu manet tumefactus, fit ingens sanguinis Profluvium matri aliquando perniciosum, quia non conlabitur *Uterus*, quod oscula arteriarum Matris abrupta occluderet. Simile Profluvium accidit etiam ab eadem causa, quando Pars *Placentae* tantum in Partu prodit; quo in casu pars reliqua quam primum eximi debet.



TAB. QUINQUAG. QUINTA.



Est *Abdomen* ejusdem *Mulieris* apertum, praecedente *Tabula* exhibitum.

AAA, *Fundus Uteri* more crucis expansus.

BB, *Inferior*, *Cutis* latus internum pinguedine obductum.

BB, *Superior*, CC, *Latus Peritonaei*, internum.

DD, *Pars Coli* supra *Fundum Uteri*.

EE, *Externa convexa Placentae* superficies a *Fundo Uteri* liberata.

FGH, *Asperitates F*, *Parvae Cavitates G*, & *Tubercula H*, *Uteri*, quae excipiunt & excipiebantur eodem modo in *Placenta*.

IK, *Pars Chorii* internae *Concavae Placentae* superficiei adhaerens.

L, *Pars Membranae Urinalis* sive *Allantoidis*.

M, *Pars Amnii* nudata, ut repleta adparet cum liquore suo continente.

Quaquam haec *Membrana*, quae *Foetum* immediate involvit, in plerisque partibus sit pellucida, tamen hic est ingens vasorum sanguiferorum numerus undique per eum dispersus. In variis *Amnii* partibus in vaccis notavi plus una vice varios racemos corporum aliquantum opacorum; quae facile crediderim esse *Glandularum* congeriem, & adjumentum secernendo a sanguine partem Contentorum *Amnii*, in quibus *Foetus* movebatur, quam postea ore excipit versus *Partus* tempus.

N, *Pars Chorii* ab *Amnio* levata, & relicta *Utero* ipsi a dextro Latere.

Pars jecinoris adparet supra intestina protinus sub *Cartilagine Ensiformi*.







TAB. QUINQUAG. SEXTA.



Abdomen & Uterus ejusdem *Mulieris* (Figurata in duabus praecedentibus Tabulis) aperta, post graviditatem septem mensium.

A, *Placenta Uterina* a superiore *Uteri* parte liberata, & ad latus dextrum tracta; ut interna ejus concava superficies proximè *Amnion Chorion* obducta adparet. Sub qua arborea vasorum ejus sanguiferorum dispositio eleganter exprimitur.

B, Pars *Chorii* ab *Amnio* liberata, & cum *Placenta* levata, cujus parti concavae adhaeret, & continuatur (H) *Funi Umbilicali*.

C, Pars *Membranae Urinalis* ab *Amnio* liberata, & *Chorio* adhaerens.

DD, *Uterus* cum *Chorio* more crucis divisus & expansus. Inaequalitates internae *Uteri* superficiei hic sunt notandae. Vasa ejus sanguifera aequè ac *Placentae* non solum germinationem sed etiam Anastomosis habent, ut supra notatum.

EE, *Propria Abdominis Integumenta*, Musculi scilicet & *Pexitonaeum* simili modo divisa.

F, *Foetus* intra *Membranam* jacens pellucidam, quae *Amnios* dicitur.

G, *Amnios* integer.

H, *Funis Umbilicalis* a *Placenta* ortus, & ad *Foetus Umbilicum* procedens. Varie progreditur, interdum trans humerum dextrum, interdum sinistrum, proximè collum; aliquando versus pectus ascendit, unde rursus reflectitur ad *Foetus* dorsum, & inde ad *Umbilicum*. Licet vasa sanguifera *Funis Umbilicalis* commodissimè sint disposita, (vid. Tab. 60. 62. Fig. 5.) ne contorta comprimerentur, accidit tamen interdum vel *Funis Umbilicalis* brevitate, ut in casu *Hildano* memorato, Cent. II. Observ. LI, vel nixu *Foetus* in *Utero*, ut ita comprimatur, ut sanguis vasa ejus pertransire nequeat: quo in casu nisi contingat abortio, vel si sit tempore partus, isque non protinus sequatur, *Foetus* mortuus cum secundinis in *Utero* retinetur; & si mater superat, gradatim putrescunt & prodeunt, ut patet ex relatione casus testibus fide dignis confirmati, in Operibus praestantissimis Auctoris commemorati, ubi ossa cum parte aliqua Musculorum Crurum prope matris *Umbilicum* exemta fuerunt, mensibus quibusdam postquam secundina gradatim e *Pudendo* prodissent. Simile exemplum mecum nuper communicavit D. Dale Pharmacopola; vir praeclari ingenii, testis oculatus illius in *Muliere* quadam rure sibi vicina.

IKLMNOP, *Foetus* in *Utero* jacens positione naturali. *Foetus* positura in *Utero* Plurimum variat, praesertim circa tempus Partus. Hic ordo ejus tunc invertitur, caputque fertur deorsum versus Collum *Uteri*. In partibus facillimis, Facies versus ossa Dorsi, vel Os Saerum vertitur. Si pars ulla, praeter Caput *Foetus* se primùm offert (nisi ambo crura simul) est partus difficilis, interdum periculosissimus. Quare Operator tali casu, quantum fieri potest, debet partes reponere, & *Foetum* ad situm maximè naturalem vertere.



TAB. QUINQUAG. SEPTIMA.

Fig. 1.

AA.
BB.



VA varia diversae molis ex ovariis Virginis exemta.

Fig. 2.

Ovum foecundatum; in quo rami & *Plexus* variorum vaforum sanguiferorum adparent.

Fig. 3.

Foetus cum *Secundinis*, Viginti quinque dies à *Conceptu*; in quo omnium membrorum rudimenta cernuntur.

AA, *Placenta Uterina*.

B, *Chorion*.

C, *Membrana Urinalis* secundum *Bidloo*.

D, *Amnios* apertus.

E, *Funis Umbilicalis* inter *Placentam* & *Foetum*.

F, *Foetus*.

Fig. 4.

Foetus quadraginta dierum a *Conceptu*, in quo omnes partes externae distinctae videntur.

Fig. 5.

Foetus mas circiter duos menses cum dimidio a *conceptu*, in quo *Capitis* moles pro *ratione* corporis reliqui est *notanda*. *Ossium* *conformatio* eo *tempore* *videri* *potest* *Tab. 100. Fig. 3, 4.*

Fig. 6.

Abortivus *tres* *Menses* a *Conceptu*, *praeter* *propter* *siccatus*; *ut* *Ossium* *ejus* *Con-*
nexio *in* *partibus* *plerisque* *cerni* *possit*.

Fig. 7.

Foetus octo mensium ex *utero* una cum *ejus* *Placenta* &c. *exemtus*.

A, *Foetus* *mas*, *cujus* *manus* *contrahuntur*, & *introrsum* *pedes* *contorquentur*.

BCD, *Funis Umbilicalis* *progressu* *suo* *solenni* *continuatus* *inter* *Foetum* & *Pla-*
centam.

EE. *Chorion* *internam* *concavam* *Placentae* *superficiem* *obducens*, & *rami* *arbo-*
rei *vaforum* *ejus* *sanguiferorum* *a* *Fune* *Umbilicali* *derivati*.

F, *Pars* *Membranae* *Urinalis*.

G, *Pars* *Amnii*.

H, *Portio* *Chorii*.



Fig. 3.



Fig. 4.



Fig. 7.



Fig. 6.




Fig. 5.



Fig. 2. B Fig. 1. B A A



D
E
F
G
H



TAB. QUINQUAG. OCTAVA.

A,



Exhibet Externam convexam *Placentae Uterinae* superficiem ab *Utero* liberatam.

Placenta ex vasis sanguiferis utriusque generis a *Matre* & *Foetu* productis componitur, quae Corpora Glandulosa & Fibras formant, quibus varii ductus succiferi, ut *Bidloo* dicit, inferuntur.

Fatear oportet, hosce Tubos succiferos & Glandulas me haecenus disseccantem latuisse, nec nunc scio, quis eorum meminit nisi Professor *Bidloo*: Hic tantum nomina eorum inter alia *Placentae* vasa recenset & in Tab. 66. varios ductus

succiferos repraesentat in Fune Umbilicali; neque ullibi dicit, quem succum ferunt Ductus *Placentae* isti succiferi, vel Funis Umbilicalis; quare hic loci non pigebit conjecturam meam proponere, atque ita progredi. Si Liquor ullus Glandulis *Placentae* percolatus ad *Foetum* fertur, verisimillimum est is qui in *Amnio* continetur; & quamvis animadverterimus Tab. 55. varias esse Glandulas variis fitas intervallis in vaccarum *Amnio*, tamen nequaquam putare possum hasce sufficere, quae huic membranae copiam liquoris necessariam *Foetui* alendo suppeditarent: cumque in superficie Funis Umbilicalis varia Tubercula, sequente Tabula (P) commemorata, observavimus, non scio quomodo haec constare possunt, nisi si liquorem *Amnii* maximam partem a Glandulis *Placentae* per Ductus Funis Umbilicalis illuc delatum ponamus.

Liquor iste *Amnii* non solum facit ad motus *Foetus*, verum etiam versus Partus tempus partim ore ejus excipitur, & in stomachum & Intestina defertur, & Chylum Lacteis ejus & Ductui thoracico administrat; qui vena subclavia *Foetus* excipitur, ibique sanguini miscetur, qui a matre ad *Foetum* defertur. Atque sic stomachus & Intestina aequae ac communis Chyli & Lymphae *Foetus* meatus in *Utero* suo funguntur officio; ideoque canales isti facilius usurpantur, protinus a Partu, quando Infanti omnia alimenti itinera praeccluduntur praeter os. Chylus sic sanguini *Foetus* mixtus, ita attenuat eum, ut ejus circumductio debili cordis ejus *Systole* melius promoveatur, quod sanguis rursus in venas Hypogastricas *Uteri* materni refundatur. Liquor *Amnii* alium usum habet quasi fortuitum, vaginam tempore Partus lubricando; *Foetu* eo tempore *Amnion* nixibus suis disrumpente, contenta ejus e *Pudendo* profluunt, vulgo *The Braeking of the Water* nominatur.

BB, Sulci sive lacunae *Placentae*, qui plus minus tuberculis debentur.

CC, Tubercula *Placentae*, quae plena sunt & magna centrum versus, versus circumferentiam vero minora.

DD; *Chorion* sive Membrana externa *Foetum* involvens, vasis sanguiferis a *Placenta* ortis inspersum, (& Funis Umbilicalis in quibusdam animalibus) & *Uterus* ipse in Humanis corporibus.

EE, Membrana Urinalis dicta *Allantoides*, protinus subjacens *Chorio*, & illi Vasis & Fibris abhaerens; Totum *Foetum*, ut vult *Bidloo*, investiens.

An haecce membrana in corporibus existat humanis, multum dubitatur. Debeo fateri me nunquam in subjectum incidisse, in quo detegere illam potui. Obstetrices aquam fortuitam (*By Water*) observant, ut illam nominant, instante partu: quam facile suspicor esse hujus membranae contenta prorumpentia, quod saepe accidit aliquot Hebdomadas ante partum, nec ullum sequitur incommodum.

F, Pars *Amnii* sive Membranae Internae *Foetum* involventis.

G, Pars Funis Umbilicalis ligata.

TABULA QUINQUAG. NONA.



embranas exhibet *Foetum* involventes, unà cum Interna parte concava *Placentae* proximè *Foetum*, & Funem Umbilicalem, quae simul sumta *Secundina* dicitur. Anglicè, *After-Birth* five *Burden*.

AA. Amnios ab Urinali membrana separatus: licet *Amnios* pellucidus inermi oculo adpareat, tamen plenus est vasis utriusque generis sanguiferis, a Fune Umbilicali derivatis: si Mercurius in ejus Arterias & Venas injicitur, harum extremitates, ope Microscopii, continuatae sibi invicem adparent; ut in parte *Amnii* praeparata, quae nunc penes me est, desumta ex vacca, in Tab. 55. memorata.

BB, Portio Funis Umbilicalis quasi e medio interno concavo latere *Placentae* exorti.

CC, Pars Membranae Urinalis non a Chorion liberata: In Vaccis aliisque Quadrupedibus, longa est & inaequalis; Unde *Allantoides* five *Farciminalis* nominatur: Inter *Amnion* & *Chorion* sita est, & Urinam a vesica per Funem Umbilicalem *Urachus* recipit. *Urachus* in Corporibus humanis vix pervius est. Fateor me in Cadaveribus, quae ego examinavi, flatum a vesica in *Urachum* in Fune Umbilicali impellere non potuisse; sed semper *Urachum* manifestò cavum a fundo vesicae ad Umbilicum in *Foetu*, & paullulum ultra reperi.

DD, *Chorion* arcè interno concavo *Placentae* lateri adhaerens.

EE, Cavitates & Sulci Ductuum succiferorum, ut vult *Bidloo*.

F, Arteriae Umbilicales distentae.

GG, Interna Concava superficies *Placentae* proxime foetum.

HI, Arteriarum rami versus *Placentae* circumferentiam tendentes.

KK, Rami majores venarum Umbilicalium distenti.

L, Minores.

NN, Variæ Incisurae in venis factae ubi eas transeunt arteriae.

O, Concurfus Vasorum Umbilicalium ad locum in Membrana externa Funis Umbilicalis (P) ubi concluduntur.

P, Pars illa Funis Umbilicalis, cujus externa in vaccis superficies est plena Tuberculis, quae ut puto, ad extremitates Ductuum succiferorum ponuntur, ubi contenta sua in *Amnion* fundunt. Hanc partem Funis Umbilicalis in hisce animalibus materia mucosa distentam reperimus, aliquanto crassiore quam est illa, quae in *Amnio* continetur, sed colore simili.




Fig. 5.




Fig. 3.




Fig. 1.




Fig. 2.






Fig. 4.



TABULA SEXAGESIMA.

Fig. 1.



stendit vasa sanguifera partis funis Umbilicalis & *Placentae* cera repleta.

AB, Concava interna superficies *Placentae* proximè *Foetum*,

CC, *Chorion*.

D, Pars Membranae urinalis secundum *Bidloo*.

FF, &c. Arteriae Umbilicales cera rubra repletae.

GG, &c. Venae similiter cera alba repletae.

H, Funis Umbilicalis abscissus.

IKM, Propagationes Vasorum a Fune Umbilicali ad *Placentam*.

Fig. 2.

AA, *Placenta* secta transverse.

BC, *Placentae* crassities, ubi secatur transverse.

DD, Corpus ejus glandulosum.

EE, Rami quidam magni Vasorum ab Umbilicali Fune sub *Chorio*, propagatorum.

F, Ductus succiferi secundum *Bidloo*.

G, Cavitates eorum sive *Interstitia* instar Pinguedinis.

HH, Portio *Chorii* a *Placenta* liberata & suspensa.

II, Vasa sanguifera, quae *Chorion* & *Placentam* interjacent.

KK, Rami eorum ut sub *Chorio* adparent super interna concava *Placentae* superficie.

L, Pars Membranae Urinalis.

M, Portio *Amnii*.

N, Funis Umbilicalis abscissus & ligatus.

Fig. 3.

Funis Umbilicalis cum parte *Chorii*.

A, Pars *Chorii* ab interna concava parte *Placentae* liberata.

B, Funis Umbilicalis transverse a *Foetu* sectus.

CC, Duae Arteriae Umbilicales abscissae.

D, Vena Umbilicalis similiter abscissa.

E, *Urachus* secundum *Bidloo*, expressus inter duas Arterias in sequente Figura.

FF, Funis Umbilicalis laxa sua membrana obductus, ab *Amnio* continuatus.

Fig. 4.

AA, Funis Umbilicalis transverse sectus & visus Microscopio, postquam in aqua calida immerfus fuit.

B, Truncus Venae Umbilicalis praecisus.

CC, Trunci duarum Arteriarum Umbilicalium simili modo abscissi.

DD, Tubi etiam succiferi divisi.

EE, Fibrae aqua calida contractae.

F, Tenuis *Urachi* Tubus contortus, duas Arterias interjacent instar laxae sive flaccidae membranae.

Fig. 5.

Vena Umbilicalis & duae Arteriae cera repletae & siccatae adeo, ut *Urachus* & Tubi succiferi non adpareant.



TAB. SEXAGESIMA PRIMA.

Fig. 1.


- AA,  *Placentam Uterinam*, sanguine ejus eloto exhibet.
 B, *Chorion* partim a *Placenta* levatum, partim laxè ei incumbens.
 C, Pars Membranae Urinalis secundum *Bidloo*.
 DD, Textura & *Plexus* Vasorum Reticularis *Placentae* denudatus.
 EE, Superficies *Placentae* concava proxime Foetum.
 FF, Vasa sanguifera.
 G, Portio Funis Umbilicalis.

Fig. 2.

- A, Pars *Chorii* a Membrana Urinali separata, & chartâ innixa.
 BC, Urinalis Membrana aciculis explicata, a qua *Chorion* separatum est.
 DD, Charta convoluta, quâ *Chorion* innitatur.

Fig. 3.

- ABB, Pars unius ex Arteriis Umbilicalibus a Fune Umbilicali separata, & flatu extensa; in qua variae inaequalitates Trunci ejus (ortae ex ejus cum focia sua contortionibus & cum Vena Umbilicali) exprimuntur.
 CC, Eadem Arteria secundum longitudinem ejus aperta & expansa.

Fig. 4.

- Pars Funis Umbilicalis.
 A, *Inferior* Pars Venae Umbilicalis secundum longitudinem ejus aperta.
 ABB, Arteriae Umbilicales propriis suis membranis inclusae.

Fig. 5.

- A, Pars vasorum sanguiferorum Funis Umbilicalis cera repleta.
 BB, Duae Arteriae rubra repletae cera; in quibus inaequalitates Truncorum eorum cerni possunt.
 C, Vena nigricante cera distenta.

Fig. 6.

- AA, Pars *Chorii* a *Placenta* liberata.
 BB, Vasa sanguifera, utrumque genus, a Glandulis, Tubis & Ductibus Succiferis, secundum *Bidloo* liberata.

Fig. 7, 8.

- Rami Arteriarum & Venarum super *Chorio*, quorum extremitates capillares Glandulas formant, & inermis oculi conspectum fugiunt.

Fig. 9.

- Hanc *Bidloo* non advertit; sed suspicor eam repraesentare partem Vasorum Umbilicalis Funis Sanguiferorum, a suis liberatorum membranis nec cera repletorum; aut ulla re alia; Truncis duarum Arteriarum & Venae flaccidis adparentibus.




Fig. 1.




Fig. 4.



Fig. 5.




Fig. 3.




Fig. 2.




Fig. 7.




Fig. 6.




Fig. 9.




Fig. 8.





Fig. 1.

TAB. SEXAGESIMA SECUNDA.



Abdomen Foetus foemini septem menses a conceptu apertum, ut Umbilicalium Vasorum progressus versus Umbilicum ostendatur.

A, Funis Umbilicalis suspensus.

CC, Communia & propria Integumenta Abdominis seposita.

EG, Vena Umbilicalis Jecur ingrediens ad Fissuram prope partis ejus inferioris medium, unde *Ligamentum suspensorium Jecinoris* cartilagini ensiformi & Diaphragmati continuatum cerni potest.

F, Jecur, quod ratione aliorum in *Foetu Viscerum* est grandissimum, sese ad utraque *Hypochondria* extendens.

Magnitudo Jecinoris in *Foetu* a majori potius quantitate sanguinis in id per *Venam Umbilicalem* delati provenit, quam ab ullo officio proprio, quod exercet. Haec dispar ratio Jecinoris in Infante non remittit, sed manere videtur aliquo modo, donec ad aetatem quatuor vel quinque annorum pervenit. Unde intestina infantum atque puerorum plus bile abundant, quam annis maturiorum; ideoque multum sunt torminibus infimi ventris obnoxii, & tentantur Diarrhoea. Neque hic ullo modo peccasse naturam crediderim; est enim imprimis necessarium, ut humorum in infantibus aquosorum fieret insignis aliqua evacuatio, dum per membra debilia non licet exercitia peragere, quae perspirationem similiaque promovent.

Sanguis in Jecur per *Venam Umbilicalem* deductus, dum *Sinum* transfit ad *Venam Cavam*, occurrit alii sanguini in *Vena Porta* motu contrario allato; hinc quaedam ex vasis capillaribus circa Jecur aut *Venam Umbilicalem* non raro dirumpuntur, & sanguis in *Abdominis* cavitatem effunditur.

In *Foetu* humano abortivo, septem menses a conceptu, *Abdomen* sine ullis Integumentis reperi; visceribus expositis, ut in hacce Figura: Neque ullam *Peritonaei* partem, quae illa obduxerat, inveni; quod diruptum suspicabar. Ren sinister in conspectum etiam venit. Praeterea Vertex Calvariae deerat, ejusque loco membrana distenta sanguine coagulato. Pars Cerebri exigua in *Basi* Calvariae adparuit; continebatur autem praecipue in *Specu Vertebrarum Colli*. Oculus sinister & auris deerant aequae ac Nasus. Ligamentum pollice longum circiter, pollicem pedis dextri ad os malae ligaverat. Deerat Brachium sinistrum; & ejus vice quidam manum referens formatum, cum Pollice quasi & Indice: Hoc duobus Ligamentis necebat; unum a *Carpo* exortum, erat breve & id *Scapulae* connectebat; alterum longius, & exortum inter partes illas, quae Pollicem & Indicem referebant, committebatur *Basi* Calvariae ab eodem latere.


Aperto *Thorace* apicem cordis sursum versus inveni, ejusque Basin versus Diaphragma. Et utraque Notarum extremitates *Vertebri* suis insidebant.

GG, Duae Arteriae Umbilicales a duobus ramis Iliacis internis *Arteriae Magnae* exortae & tendentes ab utroque latere Vesicae Urinalis ad Funem Umbilicalem.

H, Vesica Urinalis.

I, *Urachus* ubi manifestò pervius est.

Ligamentum Suspensorium Hepatis, bene hic exprimitur inter *Venam Umbilicalem* & *Cartilagine* *Ensiformem*; & *Intestina Tenuia* situ naturali etiam exhibentur.



TAB. SEXAGESIMA TERTIA.



Exhibet Cavitates *Abdominis* & *Thoracis* ejusdem *Fœtus* fœminini apertas, expressas in Tabula præcedente.

A. Funis Umbilicalis suspensus.

B. Vena Umbilicalis.

C. Ubi Jecinori inseritur.

DD. Duae Umbilicales Arteriæ, a duobus internis ramis Iliacis *Arteriæ* Magnæ Vid. App. Fig. 3. 56. 56.

EE. Rami Iiaci *Magnæ Arteriæ* Externi, auctori nostro dicti Interni; qui hoc conspectu partium non cernuntur.

FG. *Uracus*.

H. *Umbilicus* a communibus *Abdominis* Integumentis abscissus.

I. Caput *Fœtus*, quod ratione reliqui corporis est multò grandius quam in adulto: Vid. Descriptionem in Tab. 1.

K. *Mammæ*, quæ in *Fœtu* sexus utriusque liquorem continent aquosum.

L. *Thorax* apertus.

MM. *Abdomen* similiter apertum.

N. *Thymus* ratione caeterarum partium in *Fœtu* est valde magnus, & gradatim in adulto minuitur. Vid. Tab. 21.

O. Cor, quod admodum magnum est ratione Viscerum reliquorum.

P. Pulmones a dextro latere.

QQ. *Renes*, qui adparent conglomerati & sunt satis magni.

RR. Glandulae *Renum* sive *Capsulae Atrabiles* sunt etiam magnæ, & hic proprio situ moventur, non tantum *Renibus* finitimæ, ut in adulto; sed iis quoque insidentes, & partes eorum superiores amplectentes; & sic in hac Figura videntur suo motæ situ.

SS. *Ureteres*, qui sunt magni & inaequales.

T. *Vesica* distenta *Urina*.

V. *Tuba Fallopiana* aliquantum longa, & admodum magna ratione habita reliquarum partium.

W. *Ovaria* sunt etiam magna & tumida.

X. *Fundus Uterinus* aliquantum suspensione *Vesicæ Urinalis* levatus.

a. Ligamentum *Uteri* rotundum a sinistro latere.

b. *Arteria Magna*, ubi *Arteriæ Emulgentes* ad *Renes* transeunt.

c. Truncus *Venæ Cavae* ascendens abscissus.

dd. *Diaphragma* divisum.

e. *Lien in Situ*.

Stomachus & *Intestina* seponuntur.

f. *Sternum* unà cum *costarum finibus cartilaginosis* levatum, ubi *vasa Mammaria* ab utroque latere exprimuntur.

Fig. 2.

A. *Vesica Urinalis Fœtus*.


B. *Ureteres* ejus cera repleti.


CDD. *Vena Umbilicalis* & duæ *Arteriæ*, secundum *Bidloo*, quas non puto bene expressas.

E. Truncus *Arteriæ Magnæ* descendens.


F. Ejus *Bifurcatio*.

GG. Duae ejus *Arteriæ Iliacæ internæ*, unde *Arteriæ Umbilicales* oriuntur.





TAB. SEXAGESIMA QUARTA.



rofessor *Bidloo* imitatus *Stenonem* & *Bourdon*, addit hic Figuras Geometricas Dispositionis Tendinum & Fibrarum quorundam Musculorum carnosarum; Primo Fibrae singularis.

Fig. 1.

A. Pars carnosae Fibrae Musculi, BC. BC. Duo ejus Extrema Tendinosa, ad angulos obtusos cum parte carnosae.

Fig. 2.

Plurimae Fibrae in Figura prima exhibitae, in eodem Plano expositae simul, facientes Parallelogrammum obliquangulum.

A. B. Ordo motus, seu Fibrae carnosae.
C. D. F. G. Extrema Tendinosa: Materia plus solito accedens in haec Fibras carnosas, eas distendit; unde augetur earum laticudo, & necessario longitudo minuitur, earumque Extremitates Tendinosae parti affixae mobilissimae propius ad stabilioem attrahuntur. Hanc materiam superabundantem sanguinem esse existimamus, qui semper progreditur cum in Vasis ejus capillaribus, tum in Truncis majoribus; cumque repente sistitur aut retardatur in Truncis venarum musculorum, sanguis in venis illis extremis necessario latera perrumpit, & in cellulas Fibrarum carnosarum transit; unde Fibrae intumescunt, & longitudo earum necessario minuitur. Cum dico sanguinem tanquam Pondus agere in motu musculari, non aliud intelligi velim, nisi quod Fluidi instar, qua data porta, sese insinuat, & cellulas Fibrarum carnosarum necessario distendit, cum ab arteriis protruditur, nec facile redit per venas. Haec structura Extremitatum vasorum sanguiferorum in Musculis, speciem Fibrarum eorum carnosarum rubicundam reddit, seu magis sanguineam quam partium aliarum, quae multo majori vasorum sanguiferorum numero instruuntur quam Musculi; ut *Pancreas*, Glandulae salivales, & pars Cerebri corticalis. Jecur, Lien, & Renes colorem habeat a numero & magnitudine vasorum sanguiferorum semper repletorum sanguine. Quaestio est, quo modo canales venosi ita subito comprimuntur, ut retardetur sanguis refluus? Nihil ea de re dicam, donec inquirendo & observando aliquid hoc argumento dignum invenero; magis enim arridet haec illorum indagini commendare, quibus plus ingenii est & otii, dum studium in istis ponunt.

Fig. 3.

Fibrae Musculi formantes simplicem Figuram parallelepipèdam.

A. B. C. D. E. F. G. Pars carnosae.
H. I. K. L. Partes Tendinosae.

Fig. 4.

Dispositio Fibrarum musculi Deltoidis, qui dicitur ex duodecim musculis simplicibus compositus.

AA. Pars superior Deltoidis versus Humeri Verticem.
BB. Pars ejus inferior.
1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. Ordo Fibrarum carnosarum, quae formant
8. 9. 10. 11. 12. Parallelogramma, & musculum *Deltoidem*, Tendinosis Extremitatibus AB fixarum.

Fig. 5.

Ordo Fibrarum Musculi *Bicipitis Humeri*.

Fig. 6.

Musculus Membranosus.

Fig. 7.

Fibrae partis *Gemelli*.
Venimus deinde ad musculos Artuum; & primum ad Artus Brachii totius; sub quo intelligitur omnis pars superiori Trunci corporis parti connexa, ad Humerum exorta Fig. 8.

Brachium vulgò significat omnem partem illam inter scapulae cervicem & carpum (H). Brachium strictè loquendo, est illa pars inter Humerum & Cubitum (B), quod alias *Humerus* vocatur: est ex uno osse constans, & *Os Humeri* dicitur. Pars Brachii inferior a Cubito (B) ad Carpum (H), Cubitus appellatur, & constat ex Ossibus duobus, quae *Ulna* & *Radius* nominantur; de Articulationibus horum aliorumque ossium alius erit dicendi locus. Ut quidam Humerum, Cubitum, manum & Digitos sub nomine totius Brachii comprehenderunt; sic quidam omnia haec simul sumta *Totam Manum* vocaverunt. Manus sermone vulgari significat omnem illam partem infra Cubitum sive carpum; constantem ex quatuor Digitis (MNOP) & Pollice (L). Palma (C) *Vola Manus* dicta; cui opponitur *Dorsum Manus*.

Fig. 8.

Musculi Brachii Externi, Cubiti & Palmae.
AAA. Cutis cum partibus ejus annexis, Musculis liberata.
B. Tuberculum *Ossis Humeri* internum, unde *Musculus Pronator Radii Teres*, *Palmaris longus*, *Flexores Digitorum Communes* & *Flexores Carpi* oriuntur.
C. Expansio tendinosa *Palmaris longi* in vola manus, ubi prope radicibus Digitorum dividitur, ut via fiat Tendinibus *Flexorum Digitorum*.
D. *Biceps Cubiti*.
E. *Pronator Radii Teres*.
F. Tendo longus *Palmaris* a musculo parvo carnosae corpore derivatus, ab interna Protuberantia *Ossis Humeri* exortus, hic expressa.
G. Tendo *Radialis Flexoris Carpi*, cujus Descriptio videri potest Tab. 67. 68.
H. Ligamentum *Carpi Transversum*.
I, *Abductor Pollicis*, a *Ligamento Carpi Transverso* exortus, & finiens ad superiorem & externam partem secundi Pollicis Ossis. Pollicem trahit a Digitis, unde ejus nomen.
K, *Palmaris Brevis*, seu *Caro Musculosa Quadrata*; Incipit hic a parte externa *Ossis Metacarpi minimi Digiti*, tendine tenui partem externam *Abductoris minimi Digiti* amplectens, tenuis Musculus disgregatus in vola manus factus, ut hic exhibetur; subit Tendinem *Palmaris longi* ad Terminationem suam tendinosam in Octavo *Carpi* Osse.
Cavat hic volam manus, *Montem lunae* & *Os minimi Digiti Metacarpale* propius sibi invicem trahendo.
LMNOP, Pollex & quatuor Digiti, cum parte Cutis relicta.

Q, Caput *Ossis Humeri*, quod cum *Scapula* articulabatur.
RRR, Vasa sanguifera & Nervi procedentes in latere Brachii interno, inter *Musculum Bicipitem* & *Gemellum*, quorum priora, praesertim Arteriae, comprimere debent amputandi tempore; quod digitis tantum perfici potest sine ullis sub iis Compressibus, vel ligaturam arctissime torquendo, qua quidam utuntur: sic facilius compressionem moderabimur, ut sanguis arteriosus effluat, et magne arteriae praecisae detegantur, ut extremis forcipibus apprehensae ligentur; quam methodum quin commendem, mihi temperare non possum in amputationibus, vel in aliis casibus, ubi magna sunt sanguinis profusio. Neque ullum magnum incommodum fert aegro, licet Nervi truncus quoque ligetur cum arteria, quod diligens Operator facillimè vitabit.

S, Pars *Musculi Deltoidis*.
T, Pars *Gemelli* seu *Bicipitis Externi*.
VV, Pars Tendinosa Musculi *Supinatoris Radii Longi*.
W, *Flexor Carpi Ulnaris*.
X, Pars Musculi *Flexoris Digitorum Perforati*.
Y, *Abductor Minimi Digiti*.
Z, *Flexor Primi & Secundi Ossis Pollicis*; Oritur carnosus a *Ligamento Carpi Transverso* ab Ossibus *Carpi* ad fundum *Montis Lunae*, et *Osse Metacarpi* Digiti Medii; unde procedit ad loca, ubi inseritur partim ad *Ossa Seseamoidea* secundi Internodii, partim ad *Os Pollicis primum*. Musculus iste carnosus disgregatusque, ut a *Vesalio* notatum, est admodum dividiuus, et cernitur Tab. 68. MNOOP. Varie secundum variam Serierum fibrarum dispositionem pollicem movet, primum ejus Os et secundum vel rectè vel obliquè carpum versus et volam manus inclinans.

TAB. SEXAGESIMA QUINTA.



praesentat Diversos Brachii & Cubiti Musculos.

A. *Musculus Deltoides* a principio levatus, & ad Finem suum relictus.

B. *Clavicula* denudata.

C. Pars illa Musculi *Deltoidis*, quae a *Spina Scapulae* inchoatur.

D. *Pectoralis* ab ortu praesectus, & ad Finem suum relictus.

d. *Rotundus Major*: ab inferiore *Scapulae* angulo oritur, & factus carnosus & Rotundus subit caput *Gemelli* superius, ubi tenuatus latum planumque, sed brevem tendinem format; inferiturque infra cervicem *Ossis Humeri*. Officium ejus est trahere Brachium retrorsum, & paulò deorsum.

E. *Subscapularis* sive *Immersus*: Internam partem *Scapulae* concavam implet, carnosus incipiens a tota sua *Basi* & costa superiore & inferiore internè, & procedendo minuitur pro *Scapulae* Figura, ejusque juncturam transcendens cervici *Ossis Humeri* ad modum semicircularem inferitur. Hic ad truncum corporis Brachium trahit, & ab utriculario usurpatur, ut sub Brachio follem comprimat.

F. *Coracobrachialis*: Initium ejus partim carnosum, partim tendinosum, est ad apicem *Processus Coracoïdis Scapulae* extremum, descendens crassescit, arctissime adhaerens interno *Bicipitis* capiti, quod dividit prope Terminationem suam partim tendinosam partim carnosam circa medium partis *Ossis Humeri* internae.

f. Truncus Nervi, qui Musculum ultimò descriptum tranfit; unde dicitur quoque *Perforatus*.

GG. *Basis Scapulae*.

H. *Processus Coracoïdes Scapulae*.

I. *Biceps*, cujus duo capita seu Initia tendinosa hic exprimuntur; alterum a *Processu Coracoïde* (H) caput internum adpellatum, alterum a superiore parte Marginis *Acetabuli Scapulae* sub lato Articulationis Ligamento exortum & caput externum vocatum, in *Sulco* in capite *Ossis Humeri* (vid. Tab. 96. Fig. 1. DE.), cui proprio ligamento includitur: Descensu suo fit carnosus, & alteri suo capiti jungitur, magnum musculum carnosum constituens, qui minuitur prope Cubiti cum *Osse Humeri* articulationem, & protinus fit perfectè tendinosus, & in duos rursus dividitur tendines; externus tenuis *Musculum Radii Pronatorem* transcendit, & externum conflat integumentum omnibus cubiti Musculis. (Vid. App. Fig. I. m.) internus, qui brevis, crassus & rotundus est, ut hic exhibetur, protuberantiae adnectitur prope partem *Radii* superiorem. (Vid. Tab. 96. Fig. 6. A.) Cum agit musculus iste, Brachium flectit; praeter commune ejus Officium, cui tendo ejus externus inferior plus eò confert, quò propius ab *Osse Humeri* ad alterum extremum *Radii* accedit; Haec Expansio tendinosa inferior, a nobis *Fascia* dicta *Tendinosa*, ulteriorem usum habet, musculos *Carpi* & *Digitorum* in validissimis suis actionibus corroborare; quorum Officium explicare conatus sum in Tractatu de Musculis, ubi casus in praxi non vulgaris, ratione habita hujus musculi, explanatur. Vid. *Myotomia Reformata* Pag. 149.

KK. *Brachiaeus Internus*: Carnosus oritur ab interna *Ossis Humeri* parte ad *Deltoidis* & *Coracobrachialis* Terminations, & descendens super Cubiti cum *Osse Humeri* juncturam, inferitur partim carnosus, partim tendinosus, superiori & anteriori *Ulnae* parti, & parti *Radii* ut haec Figura ostendit; quod postremum oportet fatear, me haecenus in natura non observasse. Cubitum flectit.

L. Pars *Brachiae* Externi.

M. Interna *Ossis Humeri* Protuberantia.

N. *Ulna*.

O. *Radius*.







TAB. SEXAGESIMA SEXTA.



arii Musculi Brachii & Cubiti.

A, *Biceps* Musculis ejus subjacentibus liberatus.

B, *Brachiaeus Internus* in Situ.

C, D, E, *Biceps Externus* seu *Gemellus*: Duplicem habet Originem; prima (C) seu superior a superiore *Costae Scapulae* parte interne incipit tendinosa, & prodiens e duobus Musculis rotundis, brevi fit carnosus, & conjungitur cum origine sua secunda (D), quae lata & carnosus a superiore & postica *Ossis Humeri* parte sub *Deltoide* nascitur; subito ab horum duorum capitum conjunctione externe fit tendinosus (E) itaque superiori *Ulnae* parti, quae *Olecranium* & *Ancon* dicitur, inferitur. Officio fungitur cubitum extendendi, quod tanto commodius exercet, quanto magis variis Fibrarum ordinibus intertextitur. Hinc Volutatores manibus in nixi repentina Cubitorum extensione protinus pedes revolvere possunt.

F, *Infraspinatus*: jacet infra *Scapulae* spinam: Oritur carnosus a parte *Basis Scapulae* inferiori, a spina ejus quoque & inferiori *Costa* (in iis corporibus, ubi *Teres Minor* desideratur, ut credo, in subjecto unde haec Figura fuit descripta), inde procedens forma triangulari pro ejus ipsius *Ossis* figura, superiori parti capitis *Ossis Humeri* inferitur. Movet Brachium recta retrorsum.

G, *Supraspinatus*, positus quippe supra *Scapulae* Spinam. Inchoatur carnosus a parte *Basis Scapulae* superiore supra spinam, a spina etiam & *Costa* *Scapulae* superiore, inde procedens inter *Processum Coracoïdem* & *Anchoriformem*, fit tendinosus in itinere suo supra *Humeri* juncturam, & ita parti *Humeri* quam maxime superiori inferitur. Usus ejus est Brachium sursum & paullulum retrorsum versus *Occiput* elevare.

H, *Spina Scapulae*.

I, *Clavicula*.

✠ Musculus *Subclavius*, costa prima liberatus & relictus supra *Clavicula*.

K, *Rotundus Major*.

L, *Os Humeri* denudatum.

M, Protuberantia *Ossis* postremo memorati externa, unde Musculi *Carpi* & *Digitorum* Extensores oriuntur.

N, Pars *Supinatoris Radii Brevis*, in exortu suo ab *Ulna*, & in itinere suo super partem *Radii* superiorem.

O, *Ulna*.

XX, *Deltoides*, plusquam ab una tertia parte inferiore & externa *Claviculae* (I) exortus, ubi ex toto carnosus est; oritur etiam partim carnosus, & partim tendinosus, a toto *Spinae Scapulae* (H) margine inferiore, inde descendens fit brevi crassus & carnosus, semper factus angustior, donec *Apice* suo partim carnosus, partim tendinosus, medio *Ossi Humeri* (L) inferatur. Trahit is Brachium vel recta sursum vel quantumlibet antrorsum, aut retrorsum, pro variarum serierum Fibrarum directione.



TAB. SEXAGESIMA SEPTIMA.



Quidam ex Musculis flecten-
tibus Digitos & Carpum.

A, B, C, D, E. *Perforatus*, sive *Sublimis*, sive *Flexor secundi Internodii Digitorum*, ab origine sua praecisus. Incipit partim carnosus, partim tendinosus, ab extuberantia *Ossis Humeri* externa, inter *Flexores Carpi*: Habet

etiam originem carnosam disgregatamque a parte *Radii* antica, inter *Pronatorem Radii Teretem*. Flexoremque *Pollicis Magnum*, brevi ventre carnosum minuitur, ubi in duas partes incipit dividi, quae denuo dividuntur singulae in quatuor tendines subrotundos (cccc) propriis suis membranis mucosis inclusos, subeuntque *Carpi Ligamentum Annulare* in *Palmam* tendentes. Prope primum Internodium Digitorum, singulus tendo perforatur (E), ut tendines sequentis musculi possint transire; Tendines illi rursus conjuncti, partibus superioribus *Ossis secundi* cujusque digiti inseruntur.

F, G, H, I, &c. *Perforans in situ*: vocatur etiam *Profundus & Flexor Tertii Internodii Digitorum*: carnosus oritur fere à duabus tertiis partis anticae & superioris *Ulnae*, & *Radii* interna crepidine, ut & a Ligamento inter *Radium & Ulnam*; magnus musculus pleno ventre factus, extra fit tendinosus priusquam *Pronatorem Radii Quadratum* transcendit; ibi dividitur in quatuor tendines rotundos, qui sub *Perforati* tendinibus, postremo memoratis, procedunt sub *Ligamentum Carpi* transversum, ubi Musculi *Lumbricales* M, M, M, M, oriri dicuntur: Hi Tendines volam manus pertranseunt H, H, H, H, & tendines penetrant Musculi superioris, & superatis eorum extremis terminantur in parte superiore & antica tertii *Ossis* singuli digiti IIII.

Tendines primi duorum musculorum ultimo descriptorum A, B, C, D, perforati E, ut Musculi inferioris F, H, transmittantur tendines ad eorum Terminationes I, &c. Est artificium naturae non minus utile quam stupendum: Cum enim sit necesse, ut digiti magna vi flectantur, & singulum ex internodiis diversis corporibus tangibilibus adcommodetur, opus igitur erat musculos ea peragentes munera non solum magnos esse ratione habita vis quaesitae, sed etiam singulum Internodium particulari instrumento instrui. Protuberantia interna *Ossis Humeri* locus necessarius est, unde pars horum Musculorum incipiat; sed propterea

quod quando cubitus debebat flecti, extrema partis illius eorum possent proximare, visum est, locum illum Flexori secundorum Internodiorum concedere, qui non tanta vi indiget, quanta tertiorum Flexor. Digiti enim foliorum instar multò plus moventur, cum *Vis Movens* extremis eorum applicatur, quae sunt eorum Internodia Tertia; quam ob causam Musculi fortissimi ibi inseruntur: Origine autem Musculi superioris intra Extuberantiam *Ossis Humeri* internam & partem *Radii* tantum consistente, haec loca non satis patebant ad excipiendum Musculum adeo magnum, ut fere duas tertias superioris & anticae partis *Ulnae*, internam *Radii* crepidinem, & *Ligamentum* ossium Cubiti medium occupet in exortu suo: Hinc patet musculum Inferiorem multò valentiorum esse quam superiorem; quare Tendines hujus perforantur, ut transmittantur illius, dum ad fines suos in extremis Digitis progrediuntur: Neque solum haec Fabrica ad flectendos Digitos confert, verum etiam si Musculus externus transverse secaretur, quod aliquando vidi, tamen Digitorum Flexio perfecta potest peragi musculo Interno; quod providè natura commolita est.

KK, Membranae mucosae, quae Tendines *Perforantis* investiant, Membranis *Perforati* in hac Figura non exhibitis.

LL, *Ligamentum Transversum* seu *Annulare* praeseptum.

MM, *Lumbricales*, seu *Flexoris Primi Internodii Digitorum*. Horum Ortus & progressus, tam bene hic ostenduntur, ut alia Descriptione non indigeant.

NN, &c. Tendines Musculorum *Lumbricalium* ad Fines suos procedentes, cum *Musculis Interosseis*.

OO, Ligamenta Digitorum *Annularia* aperta, quae Tendines flectentes interjagendum continent.

P, *Abductor Pollicis*.

QQ, Tendo *Flexoris Pollicis Longi*.

RR, *Flexor Secundi Internodii Pollicis*.

S, Truncus Nervi cujus rami ad Digitos producuntur.

T, Tendo Longus & pars Musculi *Palmaris ventralis*.

V, *Flexor Radialis*.

W, Pars *Flexoris Ulnaris*.

X, Pars *Supinatoris Radii Longi*.

Y, Arteria, quam prope *Carpum* vulgò tractant.

Z, *Pronator Radii Quadratus*, partim in conspectu.

* Protuberantia *Ossis Humeri* Interna.

†, *Pronator Radii Teres*.

‡, Pars Musculi *Bicipitis Inferior*.







TAB. SEXAGESIMA OCTAVA.

M

usculi flectentes Digitos, Pollicem, *Carpum* &c. ab originibus suis levati, & ad Terminationes suas relictii.

- a. *Perforatus.*
- b. *Perforans.*
- cc. &c. *Lumbricales.*
- dd. Sex Musculi *Interossei*,

exerenti ex ossibus *Metacarpii*, & ad fines suas relictii unâ cum *Tendinibus Extensoris Digitorum Communis*. Hi contrahunt *Digitos* ad se invicem, & auxiliantur illis extendendis.

e. *Index.*

A. *Pronator Radii Teres*, sive *Rotundus*: Oritur ab *Interna Ossis Humeri* Protuberantia, & obliquè descendens, *Flexori Carpi Radiali* inhaeret, sese ad finem suam imminuens supra medium *Radium* paullo externè.

B. *Pronator Radii Quadratus*, seu *Quadratus Inferior*: Inchoat a parte *Ulnae* inferiore & interiore, & ligamentum *Radium* ulnae conjungens transit, & in superiore & externa parte *Radii* inseritur. Usus & Figura patent ex Nomine.

C. *Supinator Radii Longus*,

D. *Supinator Radii Brevis*, ad *Finem* relictus, qui rectè hic ostenditur.

E. *Flexor Carpi Radialis*: Carnosus incipit ab *Interna Ossis Humeri* Protuberantia, inhaeret *Pronatori Radii Tereti* A, medio itinere fit tendinosus, subit *Ligamentum Annulare*, & in partem *Ossis Metacarpii*, quod *Indicem* sustinet, desinit, ut hic demonstratur.

F. *Digitus minimus.*

G. *Primum Os Pollicis* denudatum.

H. *Adductor Pollicis* ad *Dorsum Manus*, & *Abductor Inâicis* Utrique simul levati.

I, K. *Abductor Minimi Digiti*: Hunc saepe vidimus, ut hic ostenditur, in duos divisum, aliquando in tres distinctos Musculos, & quisque ex ordine *Fibrarum* diverso: Oritur primum a *Ligamento Transverso*, & *Quarto Carpi Ossis*; Deinde ab *Osse Carpi Tertio*: Deinde & postremò a superiore parte *Ossis Metacarpii* subjacentis: Duo primi, ad superiorem partem

primi *Ossis minimi Digiti* antrorsum finiunt: *Ultimus* ad eandem partem internè & a latere.

L. *Flexor Pollicis Longus*: Observavimus hunc duplicem habere originem; prima & superior est acuta, sed citò fit carnosâ ad *Protuberantiam Ossis Humeri Internam*, inter *Perforatum* & *Perforantem*: corpus istud carnosum factum tendinosum, rursus cum *Tendine* alterius ejus capitis medio conjungitur. *Secunda* ejus & inferior origo est illa pars ejus vulgò descripta & hic figurata. Ordine *fibrarum* duplici protinus infra *Partem Radii* superiorem oritur, quâe in unam coalescunt lineam sive *tendinem* non multum abludentem a *Plumae Fibrillis staminibus* suis adhaerentibus, & priusquam *Carpi* articulationem transit, subitque *Ligamentum Transversum*, validum planum *tendinem* facit procedentem in interstitio *Musculorum Flexorum Primi & Secundi Internodii Pollicis* ad *Terminationem* in parte superiore *Ossis Pollicis Tertii*.

M, P, O. *Flexor Primi & Secundi Ossis Pollicis*: Oritur a *Ligamento Carpi Transverso* & *Carpi* Ossibus ad *Basin Montis Lunae*, & *Osse Metacarpi*, quod *Digitum* medium sustinet, inseriturque *Ossibus Sesamoideis* secundi *Internodii*, & partim primo *Pollicis* *Ossi*. *Actiones* ejus variae sunt pro diversitate *serierum* ejus *Fibrarum*. Igitur *Primum* & *Secundum* *Pollicis* *Ossa* vel rectâ vel obliquè versus *Carpum* & *Volam Manus* flectit.

NN. &c. *Abductor* & pars *Flexoris Secundi Internodii Pollicis* simul levati.

Q. *Ulnaris Flexor Carpi*: Hic instar *Radialis* originem trahit ab *interna Ossis Humeri* Protuberantia, & etiam a superiore & externa *Ulnae* parte, & inseritur partim, in quibusdam subjectis, quarto *Ossi Carpi*; plerumque tamen ultra progreditur & *Ligamentum* subit annulare, & desinit in partem superiorem *Ossis Metacarpi*, quod *minimum* *digitum* sustinet. *Nomen* ejus *Usum* indicat.

R. *Biceps* relictus in fine suo ad *Radium*.

S. *Brachaeus Internus*.

T. *Tuberculum Ossis Humeri* internum.

V. *Ulna* denudata.

W. *Radius*.

X. *Ligamentum* inter *Ulnam* & *Radium*.



TAB. SEXAGESIMA NONA.



repraesentat Musculos incumbentes Cubito, quibus Digni Pollex & Carpus extenduntur.

A, Cutis cum partibus annexis levata.

B, Cubitus, quem *Bidloo* falso vocat *Ossis Humeri Apophysin*, externam.

C, Externum *Ossis Humeri* Tuberculum, quod *Bidloo* similiter internam istius *Ossis Apophysin* vocat.

D, F, *Radialis Extensor Carpi*: Duo habet Initia, & revera duos distinctos Musculos refert; supremus (F) protinus incipit supra Externum *Ossis Humeri* Tuberculum, infra *Supinatorem Radii Longum*; alter incipit infra priorem, vel ab *Apice* praedicti Tuberculi, vel parte *Radii* superiore. Utrique ejus Tendines, sub *Extensoribus Pollicis* procedentes, subeunt Ligamentum Annulare, & parti *Ossium Metacarpi* Indicis & Medii Digitorum Inseruntur. vid. Tab. 71, F. 1.

E, *Extensor Carpi Ulnaris*: Hic ab Externo *Ossis Humeri* Tuberculo nascitur, & a superiore parte *Ulnae*, & offi *Metacarpi* minimi Digni inseritur. Cum hic & *Flexor Ulnaris* simul agunt, movent manum ad latus versus *Ulnam*; pariter ac *Flexor Radialis* & *Extensor* agentes, versus *Radium* movent.

G, *Extensor Digitorum Communis*, a quibusdam *Cnemodactilius* dictus. Nascitur ab externo *Ossis Humeri* Tuberculo inter *Extensores Carpi*, Tendinesque ejus Ligamenta Annularia inter infimas *Ulnae* & *Radii* partes subeunt; seorsim procedentes supra Dorsum Manus, tendinosa filamenta sibi mutuo transmittunt, priusquam prima Internodia Digni cujusque transeunt, & Primo, Secundo & Tertio Ossibus Digitorum inseruntur. Cum nullam vim requirant Digni ut extendantur, non mirum est, si Musculi, qui illo officio funguntur, non sint majores habita ratione Antagonistarum.

H, Musculi Pollicem extendentes, qui distinctè in sequentibus Tabulis exhibentur.

I, Pars Tendinis *Musculi Indicatoris*.

K, *Inferior, Abductor minimi Digni*.

K, *Superior, Infimum Extremum Ulnae* proximè *Carpum* B. Pars ejus superior *Olecranium* dicta.

L, Annulare Ligamentum.

M, *Extensor minimi Digni*, Tabula sequenti descriptus.

N, Pars *Ulnaris Flexoris*.


O, *Anconaeus*: Incipit carnosus ab inferiore & postica *Ossis Humeri* parte, & crassescens in itinere suo inter superiores *Ulnae* & *Radii* Fines, parti *Ulnae* ad latus inseritur, pollicis longitudinem infra *Olecranium*. Cubiti extensionem adjuvat.

P, *Pars Supinatoris Radii Longi*: Nascitur hic carnosus & latus a parte *Ossis Humeri* externa, trium digitorum latitudinem infra Terminationem *Deltoidis*; & descendens obliquè & gradatim minuens, facit planum latum Tendinem, qui fit etiam angustior, donec in externam inferioremque *Radii* partem, prope *Carpum* desinat. vid. Tab. 68. C.

Q, Pars *Gemelli*, qui *Anconaeo* interdum est continuus.

R, Pars *Brachiae Interni*.

S, Pars *Bicipitis Cubiti*.







TABULA SEPTUAGESIMA.



musculi diversi, qui *Carpum* extendunt, & *Digitos* & *Pollicem*; aliquantum dispersi & elevati.

A, Primum *Indicis Internodium*.

B, Primum *Minimi Digiti Internodium*.

C, *Inferior*, secundum *Internodium* seu *Os Pollicis*,

C, *Superior*, *Musculus Extensor Tertii Internodii Pollicis*: Nascitur lata partim carnosa origine ab *Ulna*, protinus infra Principium *Extensoris Primi Internodii*, seu inter eum & *Indicatorem*, a Ligamento quoque inter *Radium* & os proximè commemoratum, unde descendens obliquè fit tendinosus, in itinere suo in *Sinu* proprio super *Appendicem Radii* inferiorem, cui includitur Ligamento Annulari, scandens duos tendines *Radiaei Extensoris* ad finem suum in parte superiore *Tertii Ossis Pollicis*.

DD, *Extensor Digitorum Communis*.

FF, &c. Tendines ejus transcendentés Primum et Secundum *Articulos Digitorum*, hic penna fulti.

GG, *Extensor Radialis extensus Circino*.

HH, *Ulnaris Extensor*.

I, *Anconaeus*.

K, *Extensor minimi Digiti proprius*: Oritur partim tendinosus ad extremitatem *Tuberculi Ossis Humeri* externi, partim carnosus a superiore parte *Ulnae*, inter *Extensorem Communem Digitorum*, & *Ulnarem Extensorem*, & Tendinosus factus juxta *Carpum* sub ligamento Annulari, in duos, interdum in tres dispersitur tendines, qui rursus uniuntur prope *Fines* suos in *Primo*, *Secundo* & *Tertio Minimi Digiti Ossibus*.

L, *Pars Flexoris Ulnaris*.

M, *Epiphysis Ulnae superior*.

N, *Musculus Indicator*, sive *Extensor Indicis Proprius*: Carnosus inchoat a parte *Ulnae* externa prope *Radium*, protinus infra *Extensores Pollicis*, & in obliquo suo descensu fit Tendinosus, procedens sub Ligamento Annulare supra *Sinum*, in parte *Radii* inferiorem, & *Os Metacarpi Indicis* transcendit; coit cum Tendine *Extensoris Communis Digitorum*, et cum eo finitur.

OO, *Extensores Secundi et Tertii Internodii Pollicis*.

P, *Inferior Ulnae pars*.

QQQ, *Interossei*.

R, *Abductor Minimi Digiti*.

S, *Abductor Pollicis ad Dorsum Manus*.



TAB. SEPTUAGESIMA PRIMA.



ostendit Musculos *Carpum* extendentes & *Digitos*, Levatos & ad fines suas relictos.

A, *Radius* nudatus.

B, *Ulna* nudata.

C, Finis *Radii* superior, cum *Osse Humeri* articulatus.

D, Ligamentum *Ulnam* & *Radium* conjungens.

E, *Musculus Ulnaris Extensor*.

F, I, cc, *Radialis Extensor*: I, falsò dicitur a *Bidloo Extensor* Indicis.

G, *Supinator Radii Brevis*. Principium & Finis hujus Musculi bene hic exprimuntur, Tab. 68. D.

H, Pars *Extensoris Digitorum Communis*.

K, *Extensor minimi Digiti Proprius*.

L, Superior, *Extensor Tertii Internodii Pollicis*.

MM, *Ossa Carpi*.

NNN, *Ossa Metacarpi*.

OO, *Extensores Primi & Secundi Internodii Pollicis*, qui origines suas ab *Ulna* trahunt, instar *Extensoris Tertii Internodii*; & cuique ex propriis *Ossibus Pollicis* inseruntur.

P, Pars *Extensoris Communis Digitorum* unà cum *Indicatore*.

Q, Origo tendinosa *Flexoris Ulnaris* abscissa ab *Ulna*.

R, Ligamentum elevatum, quod *Ossa Carpi* ad *Articulos* suos cum *Radio* includit.


S, *Adductor Pollicis ad Dorsum Manus*: Nascitur a parte *Ossis Metacarpi* Indicis inferiore, & obliquè ad latam suam *Terminationem*, ad partem superiorem *Primi Pollicis Ossis* descendit.

T, *Abductor Minimi Digiti*.

VVV, *Interossei*.







TAB. SEPTUAGES. SECUNDA.



icuti Brachium, Cubitus, & manus uno nomine Manus dicuntur; ita Femur, Crus & Pes vulgò Pes nominantur. Partium illarum Ossa in Tab. 103. 104. 105. demonstrantur, ubi de nominibus earum particulare dicemus; cum in praesente Musculi sint explicandi, qui Os Femoris movent.

Levatis Cute & narium pinguitudine, musculus, qui primus in conspectum venit, est *Glutaeus Major*, hic levatus & sepositus, ut superficies ejus inferior (A) ostendatur. Superficies superior sive Externa hujus Musculi videtur ex variis Musculis conflare, in quorum *Interstitiis* pinguedo locatur, & requirit, ut a Musculo separetur scalpello, artis peritiam non contemnendam, ne minimum ejus reliquum sit, aut vulnus Fibris carnosus infligatur.

A, BB, C, *Glutaeus Major*, levatus & deorsum versus. Hunc musculum non bene descripsere Dissectores; mentionem enim faciunt tantum partis ejus carnosae hic exhibitae; sed habet praeterea magnam latam partem tendinosam, ortam ab externo margine toto spinae *Ossis Ilium* (OO) proximè *Musculum Communem Membranosi*, unde transcendens partem *Glutaei medii* externam (D), ad Magnum *Trochanterem* (EE) occurrit carnosae Musculi hujus parti, a posteriore parte spinae *Ossis Ilium* ortae, a parte *Sacri* maximè postica ad latus, & ab *Osse Coccygis*, & coalescit Ligamento inter duo postremò memorata ossa & *Ossis Ischii* Tuberculum; fibrae ejus carnosae disgregatè pene modo semicirculari descendunt, & fiunt tendineae ut ad magnum *Trochanterem* accedunt; ubi unitur primo suo Initio tendineo descripto, cum quo simul supra Magnum *Trochanterem* descendens conjungitur cum tendine *Membranosi* (de quo postea) tandemque format magnum, crassum, validum tendinem (C) *Lineae Asperae* insertum in Dorso *Ossis Femoris*, fere quatuor digitorum latitudinem infra magnum *Rotatorem*.

Primò descripta hujus Musculi origo tendinosa, non tantum facit ad corpus ejus carnosum sustinendum, sed etiam fibrae ejus sese extendentes, fibras *Membranosi* omnes *Tibiae* musculos obducentes interfecant, in tantum ut hi musculi plus concludantur, & in actionibus corroborentur; ut aliàs observavimus de Musculis Cubiti & Digitorum. Cum hic Musculus agit, trahit Femur rectà retrorsum.

Consulebar nuper in casu Ulceris fistulosi paulò supra magnum *Trochanterem*; *Sinus* sursum tendebat, & erat ad minimum duos pollices profundus a superficie cutis, & tres pollices longus circiter: Discernere potui *Sinus*

Fundum durissimum esse instar cartilaginis; neque ut ab aegro cognovi, ullo modo tactum specilli sentiebat; quin contrà mihi dixit, *videris contra os radere*. *Sinus* saepe apertus fuerat, & durum corpus in fundo ejus nudatum; sed vulnus cicatricem non recepit. Aperui illum rursus, & postea corpus cartilagosum excidi, quod externam partem *Glutaei Medii* obducebat. Vulnus postea carne impletum fuit, & paucis diebus sanitatem recepit. Corpus illud durum praeternaturale in prima descripta parte tendinosa *Glutaei majoris* formatum erat, & vasa sanguifera ab eo oriri non poterunt, ut carne impleretur; neque vulgaria *Escharotica* in id valuerunt; quare nudum permanfit, sed per vasa sanguifera a musculo subjacente exciso, *Glutaeus Medius* increvit, & coaluit cum iis vasis *Membranarum* sub Cute, ut ad firmam *Cicatricem* perductum fuit. Hinc discere possumus, quanti *Ulus* Anatomia in Chirurgia sit.

Idem accidere potest in Expansione tendinosa partis *Membranosi* inferioris, super Musculis *Tibiae* & *Tarsi*, ubi secundum longitudinem secare suffecerit.

D, EE, F, *Glutaeus Medius*: Jacet in primis sub principio *Maximi* tendineo, oriens carnosus ab omni fere parte externa spinae *Ossis Ilium*, unde descendens crassescit, & fit carnosus, & inseritur (modo semicirculari EE) brevi validoque tendine, superiori & externae parti Magni *Trochanteris*.

Musculus iste non solum Femur extendit, verum etiam, quod est praecipuum, vertit introrsum, quae actio ejus manifestò patebit, si Dissectionis tempore hunc motum Femini scamno incumbenti tribueris; animadvertere tunc poteris anticam ejus partem insigniter relaxatam; & in vivis Femine introrsum verso, poteris videre anticam ejus partem tumefactam, quod Pictoribus notandum est; vel dum sic cum Femine tuo agis; si pollicem super hunc musculum imposueris, facile motum ejus sub cute sentire poteris: praeter actiones istas, eo utimur quoque, dum Femina & Crura a se invicem divellimus; cui actioni opem fert *Musculus Membranosus*.

G, Pars *Tricipitis*.

H, *Pyriformis* seu *Iliacus Externus*.

I, Pars *Marsupialis*.

K, Magnus Nervus Cruralis.

L, *Appendix Ossis Ischii*, unde Musculi *Tibiam* & *Musculum Quadratum* flectentes nascuntur.

M, Ligamentum ab *Osse Sacro* ad Tuberculum *Ischii*, seu *Ossis Coxendicis* protensum.

N, Pars *Ossis Sacri*.


OO, Spina *Ossis Ilium*.

P, Magnus *Trochanter*.

Q, Pars *Vasti Externi*.

R, Caput superius *Bicipitis Femoris*.

S, Initium *Seminervi*.



TAB. SEPTUAG. TERTIA.



Musculi Feminis diversi.

A, *Glutaeus Major.*

B, *Medius*; uterque levatus & ad Fines suas relictus.

C, *Glutaeus Minor in Situ.* Semicirculare, latum a *Dorso Ossis Ilium* Initium habet, unde Fibrae ejus carnosae ad Fines suas partim carnosas partim tendineas, ad superiorem partem radicis magni *Trochanteris* descendunt.

Idem officium fungitur atque *Medius*, in praecedente Tabula commemoratus.

D, F, G, I, *Pyiformis*, a quibusdam *Iliacus Externus* dictus; ab aliis *Quadrigenus Primus*: Rotundus carnosusque ab Inferiore & interna parte *Ossis Sacri* oritur intra, *Pelvim Abdominis*, unde descendens obliquè in *Ossis Ilium Sinu* magno (Tab. 66. Fig. 2. F.) supra acutum *Ischii* processum (ibid. G.) *Glutaeo* jungitur *Medio*, antequam superiori parti radicis magni *Trochanteris* inferatur. Movet iste Femem sursum aliquanto & vertit extrorsum.

E, *Os Sacrum.*

H, Pars *Marsupialis*, dicta *Marsupium.*

K, Tuberculum *Ossis Ischii.*

L, Pars postica *Ossis Ilium.*

M, Magnus *Trochanter.*

N, *Musculus Quadratus Femoris*: Latus carnosusque oritur ab *Epiphysi Ossis Ischii*, & transversè procedit latitudinis & crassitudinis aequalis ad Terminationem suam partim carnosam, partim tendineam, ad Partem *Ossis Femoris* posteriorem, infra magnum *Trochanterem*: Vertit iste Femem extrorsum.

O, Diversi Musculi *Tibiae* prope suas Origines.







TAB. SEPTUAG. QUARTA.



usculi plerique, quibus utimur *Os Femoris* movendo, ab Initiis suis levati & ad Fines relictī.

A, *Glutaeus Major*, vix sub *Medio* adparens.

B, *Glutaeus Medius*, } Originibus liberati & ad Fines relictī.

C, Et *Minor*,

D, *Iliacus Externus*, sive *Pyriformis*, ad ejus insertationem relictus.

E, *Pars Tricipitis*.

F, G, *Marsupialis* sive *Bursalis*, a quibusdam nominatus *Obturator Internus*: Nascitur latus & carnosus ab *Osse Ilium*, *Ischii*, *Pubis*, & a Ligamento, quod in magno *Foramine* duorum Ossium postremò memoratorum internè extenditur; unde transversè procedens, in *Sinum Ischii* N, inflectitur, cujus ab utroque latere acuto scilicet O, & obtuso processu P, Secundum ejus corpus Carnosum oritur *Marsupium*, G, dictum; quod Tendines ortos a priore sua origine obducens, obliquè cum iis descendit ad suam insertationem ad partem superiorem radicis Magni *Trochanteris*.

Cum agit iste Musculus, *Trochanter* magnus versus illam partem *Ischii* N, ubi Tendines ejus inflectuntur, dirigitur, *Trochleae* haud abfimilis, ut *Os Femoris* extrorsum vertatur.

H, *Obturator Externus*, ab origine sua ad magnum *foramen* (R) *Ossis Ischii* praecisus; nomen ab ejus situ derivatur: *Rotator Femoris extrorsum* vocatur ab usu. Latum & carnosum capit Initium ab externis partibus *Ossis Ischii*, *Pubis*, & a Membrana, quae *Foramen* externè obtegit, origini *Marsupialis* aduersum, procedensque transversè retrorsum, minuitur, & fit tendinosus ad Terminationem suam in radice *Trochanteris* magni.

I, Caput *Ossis Femoris* ex *Acetabulo* ejectum, praeciso *Lato Ligamento*.

k, Ligamentum rotundum *Ossis Femoris*, quod inferiori parti seu crepidini *Acetabuli* committitur; quo magnus attritus superioris *Acetabuli* partis cum *Ossis Femoris* capite, vel ambulando, vel currendo, vel similibus agendis praevenitur.

l, Glandula mucosa, quae in particulari fovea in fundo & inferiori *Acetabuli* parte alitur, quo nimia & crebra mucī compressio in solitis *Femoris* motibus praeveniatur.

m, Quaedam reliquiae glandularum mucosarum in cervice *Ossis Femoris* prope *Ligamenti Lati* connexionem; quod hic sublatum est, ut *Ossis Femoris* caput & *Acetabulum Ossis Coxendicis* ostendatur.

K, *Os Ilium*.

L, *Os Sacrum*.

M, *Os Coccygis*.

N, *Sinus Ossis Ischii*, in quo Tendines *Marsupialis* transeunt.

O, Acutus *Ischii* processus.

P, *Appendix Ischii*, unde nascuntur Musculi *Tibiam* flectentes.

Q, Margo inferior *Ossis Pubis*.

R, Magnum *Foramen Ossis Ischii & Pubis*.



TAB. SEPTUAGES. QUINTA.



emonstrat musculos *Tibiae* & quosdam ex *Femoris*.

A, B, C, *Sartorius*, *Fascialis Longus* seu *Longissimus Femoris*: Acutus & carnosus a spina *Ossis Ilium* inchoat, prope *Musculum Membranosum Communem*, & oblique descendens introrsum super *Rectum* & *Vastum Internum*, & supra partem *Tricipitis* latitudinis & crassitudinis disparis, *Gracili* infra Medium Femur internè occurrit, & eum in itinere suo supra Internum & inferius *Ossis Femoris* caput comitatur; ubi fit tendinosus dum sub arcto *Fasciae Latae* involucre transit, & ad quatuor digitorum latitudinem infra partem *Tibiae* inferiorem desinit; Femur & *Tibiam* sursum, antrosum aliquantum, & introrsum movet; in quibus actionibus pars Musculi superior sub cute adparet, quod *Pictores* & *Sculptores* notare debent.

D, E, F, *Gracilis*: Latus aliquantum, nascitur partim tendineus partim carnosus, ab *Osse Pubis* internè, intra duo prima *Tricipitis* capita, & in recto suo Descensu in latere Femoris interno minuitur, factus tendinosus paulò supra *Musculum* ultimò descriptum, & *Tibiae* protinus infra eum inseritur.

Adjuvat Flexores *Tibiae*.

G, *Rectus*: A prominentia *Ossis Ilium* oritur intra partem spinae ejus anticam & *Acetabulum* (Tab. 99. Fig. 1.) inde rectà descendit intra *Vastum Externum* & *Internum* supra *Cruracum*: Fibrae ejus externè descendunt a Linea media oblique ad Latus; internè secundum longitudinem tendunt, & fiunt tendinosae prorsus quatuor digitorum latitudine supra *Patellam*: ubi cum tendinibus duorum *Vastorum* & *Cruracum* unitur, *Tibiae*que unà cum illis inseritur.

Adjuvat Cruris Extensionem, & sursum quoque Femur & Crus trahit.

H, *Vastus Internus*: Oritur partim Tendinosus partim Carnosus, ad Lineam Asperam in parte *Ossis Femoris* postica, protinus infra parvum *Trochanterem*, tres digitos supra inferiorem *Ossis* istius *Appendicem* internè & ad latus; unde Fibrae ejus carnosae descendunt obliquo & fere femicirculari modo, subitoque fit tendineus: cum tendine *Recti*, *Vasti Externi* & *Cruracum* jungitur, inseriturque Prominentiae in superiore & antica *Tibiae* parte, postquam *Patellae* adjungitur.

Usus ejus convenit cum Praecedentium.

I, *Vastus Externus*: Crigo ejus externè est tendinea, internè carnosae, a parte Magni *Trochanteris* inferiore & parte *Lineae Asperae Ossis Femoris*; unde descendunt fibrae ejus oblique antrosum, & contrà fiunt externè carnosae & internè tendineae, mox prorsus tendinosae: conjunctus cum tendinibus duorum Musculorum, de quibus postremò egimus, una cum illis postquam *Rotulae* annectuntur, *Tibiae*, ut supra memoravimus, inseritur.

KK, Partes *Tricipitis*.

L, *Pectineus*, a quibusdam *Lividus* dictus, & *Flexor Femoris*; originem habet crassam carnosamque a parte *Ossis Pectinis* inter *Musculum Lumbalem* unà cum *Iliaco Interno*, & caput secundum *Tricipitis*; unde descendens oblique retrorsum, fit planus validus tendo prope suum Finem in Asperitate, supra parte *Ossis Femoris* posteriore, protinus infra parvum *Trochanterem* & *Psoae* Terminationem. Cum agit simul cum *Psoa Magna* & *Iliaco Interno*, non tantum istos adjuvat musculos, dum sursum *Os Femoris* levatur, sed etiam curvo suo descensu & obliquo a Principio ad Finem suum, Femur quodammodo flectit extrorsum, Artificio naturae provido, ne, dum ambulamus, *Ossa Femurum* positu obliquo apta & obnoxia redderentur introrsum flecti; adeo musculus iste totum crus dirigit, viz. Femur, *Tibiam* & *Pedem*, gressu magis decoro.

M, *Psoa*, unà cum *Iliaco Interno* prope suos Fines.

N, *Os Pubis*.







TABULA SEPTUAG. SEXTA.



iverſi Muſculi anticae Feminis parti incumbentes.

A, *Muſculus Communis Membranofus.*

B, Pars Expansionis ejus tendinoſae levata & explicata; *Membranofus & Fascia Lata* nominatur ab Expansione ſua membranofa, omnes *Ti-*

biae Muſculos complectens ſimul & partem Muſculorum Feminis: Principium acutum carnoſumque ab antica parte ſpinae *Oſſis Ilium* inter originem *Sartorii*, & primum tendineum deſcriptum initium *Glutaei Magni*; dilatatus in ventrem carnoſum ab obliquo deſcenſu, fit tendinoſus quatuor digitos latus infra magnum *Trochanterem*; unde recta ſupra *Vaſtum Externum* deſcendit ad propriam ſuam terminationem in ſuperiore *Fibulae* Appendice; ſed eo in itinere cum *Glutaei Magni* Expansione tendinea conjungitur, quae a ſpina *Ilium* orta, Partem *Glutaei Medii* externam obducens, omneſque externos *Tibiae* Muſculos, *Patellam* tranſcendens, omnes *Tarſi* Digitorumque *Pedis* Muſculos complectitur, & *Ligamento Annulari*, quod Tendines Muſculorum *Pedis* ejusque Digitorum retinet, adjungitur: Niſi ſi ponamus *Faſciam Latam* in imum *Oſ Feminis* deſinere, vel in partes *Tibiae & Fibulae* ſuperiores, & partem *Faſciae* inferiorem ab ultimò commemoratis oſſibus oriri: quod plus litis quam uſus habere videtur. Cum hic Muſculus agit, crus trahitur extrorſum; cum tendo ejus conjungitur cum parte Principii tendinei *Glutaei Magni*, Serie fibrarum diverſa ſe mutuò interſecantium, validum *Involucrum* concinnatur, tam bene omnes communes *Cruris* Muſculos continens, quam obducens proprios; Hinc Muſculi iſti in actionibus ſuis corroborantur.

C, *Crureus* ſive *Femoreus*: Initium ejus magnum eſt & carnoſum in antica *Oſſis Femoris* parte inter magnum et parvum *Trochanterem*, ut in Tab. 79. Fibrae ejus recta deſcendunt, & ex toto fiunt tendinei paullum infra partem ſuperiorem *Tendinis Recti*, cum quo cito ſe conjungens *Tendine*, unà cum *Tendinibus Vaſtorum* utrorumque *Patellae* coaleſcens prominentiae in ſuperiore & antica parte *Tibiae* in ſeritur. Muſculi *Tibiae* extendentes ſunt multò *Flexoribus* Antagoniſtis validiores, ut patet ex Magnitudine & Fabrica; habita ratione vel varietatis *Serierum* Fibrarum in genere, vel ordinis triplicis fibrarum *Recti* in ſpecie & ejus involucri in *Faſcia* tendinoſa. Neque hanc Fabricam inſtituit Auctor Naturae ſine aliqua inſigni ratione atque conſilio. Nam ſi vis extendens crura gravitatem ponderis incumbentis non ſuperaret, genua noſtra,

propter totius corporis gravitatem, ſere ſemper inflecterentur; nedum corpus ab uno loco in alium transferrent: ſapientiffimus autem Artifex corporum humanorum hos muſculos ſic fabricavit, ut non tantum ferre poſſint totum corpus commodiſſimè dum ambulamus, currimus, & ſimilia facimus; verum etiam propter majores vires Muſculorum *Tibiam* extendentium poſſint, genua inflectendo, ſubita actione crura tanta vi extendere, ut corpus totum de loco in locum moveatur, ut in ſaltando; quando ſcilicet Muſculi *Dorſi, Sacrolumbales, Longiſſimi Dorſi &c. & Gastrocnemii* pedum ſimiliter haſce partes extendendo concurrunt: cujus exemplum habetur in Fruſto *Oſſis Ceti* vid. *Borell. de Motu Animalium.*

D, Pars *Sartorii*.

E, Pars *Gracilis* tendinea.

F, Portio *Recti* pendentis deorſum.

G, *Vaſtus Internus* levatus & dependens,

H, Pars *Vaſti Externi* ſimiliter diſſecti.

I, Primum & maximum *Tricipitis* caput, quod latum & carnoſum naſcitur ab inferioribus crepidinibus & partibus *Oſſis Iſchii & Pubis* externis, & obliquo fibrarum ordine ad Terminationem ſuam, partim tendinoſam, partim carnoſam, in *Linea Aſpera* *Oſſis Feminis* deſcendit protinus infra Finem *Muſculi Quadrati Femoris*; parte capitis hujus *Tricipitis* inferiore validum & rotundum *Tendinem* componente, qui ſuperiori parti internae & inferioris *Appendicis* *Oſſis Feminis* inſeritur: Caput hujus Muſculi ſecundum oritur tendineum ab *Oſſe Pubis*, in deſcenſu tamen ſuo citò fit carnoſus, priorique jungitur prope Finem in media *Linea Aſpera* *Oſſis Feminis*: Tertium & poſtremum *Tricipitis* Initium ab inferiore parte *Oſſis Pubis* oritur, inter originem capitis poſtremo deſcripti, & *Pedinaeum*; & oblique deſcendens primo capiti prope Finem ſuum in *Linea Aſpera* *Oſſis Feminis* jungitur protinus ſupra Terminationem ſecundi capitis. *Triceps* variè pro Principiorum diverſitate *Femur* movet: ſcilicet Primum *Os Feminis* ſurſum trahit, introrſum & aliquantum retrorſum; Secundum & Tertium *Femur* plus introrſum trahit, & quantumlibet extrorſum quum alterum alteri cruri injicimus ſedentes.

K, Partes *Pſoae*, & *Iliacus Internus*.

L, *Muſculus Pectinaeus*.

M, *Os Pubis*.

N, *Vaſa Sanguifera* *Femoris* ligata.

O, *Patella*.

P, Inferior & pars interna inferioris *Appendicis* *Femoris*.

Q, Pars *Tibiae*.



TAB. SEPTUAGES. SEPTIMA.



Quidam ex Musculis Femoris & Cruris, ab originibus praecisi & ad Terminaciones relictī.

ABC, &c. *Musculus Biceps Femoris*: BB, Duo ejus capita si-
ve initia: C, ejus Terminatio.

D, *Semimembranosus*, qui in propria sua sede partim *Seminervoso* (E) obtegitur: Originem habet tendineam a Protuberantia *Ossis Ischii*, & in medio suo itinere latescens fit Tendo planus; in postica Femoris parte ventrem habet teretem carnosum-
que longo *Seminervoso* Tendini subjacentem: Circa inferiorem

Ossis Femoris Appendicem (M) musculus iste in validum rotundum Tendinem mutatur, in sinu super illam *Appendicem* procedentem, & postea in superiore & postica *Tibiae* parte terminatur: *Tibiam* flectit, quod eò fit facilius, quia in sinu supra *Appendice* *Ossis Femoris* progreditur; qui trochleae instar non solum eum in actione dirigit, sed etiam actionem in flectendo crure reddit validiorem. Fateri oportet, quod si Tendo hujus *Semimembranosi* ulterius fuisset progressus & cum *Seminervosi*, *Gracilis*, & *Sartorii* terminasset, potuisset valide actione sua fungi; tamen quia numerus Tendinum hic in latere poplitis interno increvit ad tres, quartus aegre locum habere potuit sine aliquo incommodo, vel in officium suum peragendo, vel in partis Figura: praeterea non contemnendum Naturae artificium videtur, non minus hic in crure, quam in brachio, quod utrumque musculis propriis instruxit, qui ea gradatim flecterent: Sic brevius *Bicipitis Femoris* initium, & Musculus, de quo agitur, *Brachiali Interno*, & *Flexori Cubiti* respondent; quod hic commodius videtur respectu ambulationis, ubi flexio tantum moderata unius e cruribus requiritur, ut alterum transeat.

E, *Seminervosus* seu *Semitendinosus*.

F, *Glutaeus magnus levatus*.

G, *Pars Glutaei Medii*.

H, *Pars postica Ossis Femoris nudata*.

I, *Vastus Externus*, partim tendinea *Membranosa* *Expansione* obductus.

K, Tendo *Membranosi* super *Vasto*.

L, M, Duae prominentiae *Appendicis* inferioris *Ossis Femoris*, quarum *Interna* (M) sinuatur, ut tendinem *Semimembranosi* rotundum excipiat.

N, Trunci vasorum sanguiferorum in poplite praecisi.

O, *Pars nervi cruralis*.

PP, Duo carnosae *Initia Gastrocnemii Externi*.







TAB. SEPTUAG. OCTAVA.



Exhibet Músculos in postica parte Femoris, partim a se mutuò liberatos, & ad Initia sua & Fines relictos.

A. Pars *Majoris Glutaei*.

BB. *Biceps Femoris in Situ*. Duo habet Initia; superius longiusque a Protuberantia *Ossis Ischii* (G) oritur; in descensu suo grandescit, & fit carnosum, & minutum denuo, cum inferiore brevioraque conjungitur capite, quod partim carnosum partim tendinosum, a *Linea Aspera Ossis Femoris* nascitur protinus infra *Glutaei Magni* Terminationem: brevi postquam haec duo principia uniuntur, fit tendinosus, dum in sinu descendit in parte externa *Appendicis Ossis Femoris*, & in superiore *Epiphysi Fibulae* inseritur.

Praeter officium vulgò attributum huic musculo unà cum *Seminervoso* & *Semimembranoso*, eo utimur etiam flectendo *Crus* unà cum pede, &c. extrorsum flexo *Crure* sedentes.

CC. *Semimembranosus* extra sedem suam.

DD. *Seminervosus* similiter levatus, & ad ortum & Finem relictus. Ab eadem Protuberantia *Ossis Ischii* (G) incipit cum *Bicipitis* principio superiore & origine *Semimembranosi* (CC) & descendens obliquè introrsum, facto ventre carnosum, Tendinem rotundum constituit supra poplitem, qui ad suam Infertationem cum *Gracili* & *Sartorio* infra *Appendicem Tibiae* superiorem internè descendit.


E. Pars Posterior *Ossis Femoris*.

FF. Partes *Gastrocnemii Externi*.

G. Protuberantia *Ossis Ischii*, ubi *Musculi Tibiam flectentes* supra memorati nascuntur.

H. Pars *Tricipitis*.

I. *Magnus cruralis Nervus*.



TABULA SEPTUAG. NONA.



stendit. Partes quorundam ex Musculis in antica parte Ossis Femoris reliquis.

AA, Pars Ossis Femoris antica.

BB, Pars *Crurei Musculi*, ab *Osse Femoris* levata.

bb, Portio *Crurei* etiamnum in *Osse Femoris* reliqua.

C, Pars *Patellae* interna.

D, Internum Latus Tendinis omnium musculorum extendentium *Tibiae* uniti supra *Patellam*.

EE, Glandulae Mucosae Genu: Sedes harum Glandularum, sicut aliarum id genus, ita ponuntur in Articulis Ossium diversis, ad quos pertinent, ut non natae aptae sint comprimere, dum ossa per varios suos motus sibi mutuò applicantur: Neque tali compressu defectae sunt, quali opus est accelerare motum succi mucosi, in tubis earum excretoriis hospitantis. Ductus harum Glandularum excretorii, instar Faucium, non fundunt contenta sua, per aperta itinera, sed ultra superficiem Glandularum suarum feruntur, & speciem *Fimbriae* praebent, laxè & flaccide pendentis in *Sinibus* Articulorum: Haec ratio excogitandi Tubos excretorios Glandularum mucosarum in artubus, non tantum requiritur ut oscula earum tuta sint, ne muco in *Sinibus* Articulorum contento opprimantur, dum reditum molitur, sed nimia quoque mucii excretio praevenitur, & ea tantum copiâ emittitur, quanta satis sit ad lubricandos in motibus suis Articulos. Hinc patet, in motibus Ossium vehementioribus & repetitis esse simul majus mucii impendium, & perpetuum pro impendio supplementum.

F, Caput Ossis Femoris ex *Acetabulo* exemptum.

G, *Ligamentum Latum Coxendicis*, quod Articulum Ossis Femoris cum Natibus continet, praecisum hic a crepidine *Acetabuli*, & relictum ubi ad cervicem Ossis Femoris deligatur.

H, Pars Magni *Trochanteris*.

Musculi adjacentes partibus illis postremò memoratis, ita confusè exprimuntur, ut explanari non possint.







TABULA OCTUAGESIMA.



Musculi super antica Cruris parte Fasciae latae subjacentes.

A, Pars *Tibiae* superior proximè *Patellam*, quae Genu componit.

B, Tendines *Musculi Peronaei* in itinere suo versus Terminations, ut in sequente Tabula ostenditur.

C, *Appendix Fibulae* inferior, *Malleolus externus* dicta.

D, *Musculus Tibialis Anticus in Situ*: A *Spigelio* dicitur *Musculus Catenae*, quia si dividitur, aegrum oportet Funda uti, ut Pes aliquamdiu sustineatur. Plus vice simplice vidi divisum hunc muscolum vel inscite & perperam *Cauistica* super nodis *Tibiae* applicando, vel si illud os frangitur, & aeger post tempus aliquod recuperavit ope *Extensoris Pollicis Pedis*, H, actionem absolutam tollendi Pedem: *Tibialis Anticus* ortum suum carnosum ducit ab inferiore parte *Appendicis Tibiae* superioris inter mediam ejus Prominentiam, ubi *Tendo Magnus* omnium Musculorum Crus extendentium inseritur, & originem *Musculi Extensoris Digitorum Pedis Longi* seu *Magni*: continuat etiam originem carnosam disgregatam fere ad duas Tertias partis superioris *Tibiae* externè & ad latus proximè *Fibulam*; quae ventrem componens carnosum minuitur medio suo itinere, & factus *Tendo* validus & subrotundus, descendit obliquè supra partem *Tibiae* inferiorem sub *Ligamentum Annulare*, & in superiore & interna parte *Offis Metatarfi Pollicis* definit.

Trahit is Pedem rectà sursum & antrorsum.

E, *Peronaeus Longus*.

F, *Extensor Digitorum Pedis Longus*.


G, Pars Tendinum *Extensoris Digitorum Brevis*.

H, *Tendo Musculi Extensoris Pollicis Longi*.

I, Pars *Gastrocnemii Externi*.

Nota, Musculos sub Fascia Lata in hac Figura esse exhibitos; quae instar Fasciae Tendines eorum proprio in situ continet, ut officia sua peragant Digito Pedis extendendo, & Pedem sursum trahendo. In sequente Figura Fascia Lata est sublata, & Musculi distinctius repraesentantur, partim separati, & Tendines eorum levati.

Pars *Gastrocnemii Interni* ostenditur in hac Figura inter E & I.



TAB. OCTUAGESIMA PRIMA.



arii Musculi super antica cruris parte & a se invicem separati.

A, *Apophysis superior Tibiae*, cui Tendines musculorum extendentium, a conjunctione cum *Patella*, inferuntur.

B, *Appendix Fibulae superior*.

C, *Pars Tibiae*.

D, *Os Calcis*.

E, *Musculus Tibialis Anticus*.

F, *Extensor Digitorum Magnus* seu *Longus*; quia maximus & longissimus est eorum, qui *Digitos* pedis extendunt. Carnosus inchoat externè a parte inferiore *Appendicis Tibiae* superioris proximè *Fibulam*; & longus etiam atque carnosus a parte superiori *Ossis* novissimè memorati, sese minuens medio suo itinere super *crure*, conjungitur cum altero lato; carnosus disgregatoque principio, continuatus fere ad mediam partem *Fibulae* inferiorem; ubi subiens *Ligamentum Annulare Tali*, in quinque Tendines dividitur, quorum quatuor in *Ossibus Tertis* omnium *Digitorum* pedis minorum inferuntur, quintus verò in superiore parte *Ossis Metatarsi* minimi *Digitum* pedis; quam partem *Vesalius* vult esse *Notum Musculum* *Pedis*.

G, *Extensor Digitorum Brevis*: Oritur carnosus ab externa & antica parte *Ossis Calcis*, citò latefcens ventre carnosus; quo in quatuor portiones carnosas discreto, tot fiunt tendines, qui in itinere supra partem *Pedis* superiorem, cum *Tendinibus Musculi Prioris* angulos acutos faciunt, transeuntes supra *internodium* singuli minoris *Digitum*, ad *Fines* eorum in parte *Secundorum Internodiorum* superiore.

H, *Extensor Pollicis Pedis Longus & Magnus*: quia longissimus est, & maximus pollicis *Extensor*: *Initio* suo magnus est & carnosus super antica *Fibulae* parte, protinus infra superiorem ejus *Appendicem*, quatuor *digitorum* latitudine supra ejus inferiorem; & *Ligamentum Annulare Tarsi* subiens inter *Tendinem Tibialis Antici* *Tendines Extensoris Pedis Longi*, scandens partem pedis superiorem, superiori *Secundi Ossis Magni* *Digitum* parti inferitur; *Ufus* nomine ejus indicatur.

I, *Peronaeus Primus* seu *Magnus in Situ*: in sequenti *Tabula* ab origine levatur, & ad finem relinquitur.

K, *Cutis Plantae Pedis* exuta.

LL, *Stylus* sustinens *Tendines Extensoris Digitorum Longi*.

M, *Appendix inferior Fibulae*, *Malleolus Externus* nominata.

N, *Pars Ossis Tali* dicti & *Astragali*, nudata, ut superficies cartilaginosa, articulata cum parte *Tibiae & Fibulae* inferiore videatur.

O, *Glandula mucosa Tarsi*, magna cavitate seu *Interstitio* excepta, inter *Talum & Tuberculum Ossis Calcis* oblongum. *Usum* istius cavitatis & *Muci* animadvertit *Realdus Columbus* *Lib. I. Cap. XXXII.* ut scil. humectetur *Ossium Articulus*, ne crebris motibus exarescant.

P, *Tendo Peronaei Longi* procedens pone *Malleolum Externum* in itinere suo ad locum in *Planta*, ubi inferitur.


Q, *Pars Tendinis Peronaei Secundi*.

R, *Extensor Pollicis Brevis in Situ*.


S, *Pars Gastrocnemii Interni*.

T, *Pars Interni*.

Nota, *Fasciam Membranosam*, quae componendo *Ligamento Annulari* confert, inter duos *Malleolos & Partem Pedis superiorem sive Tarsum*, hic esse ablatam fere ad partem *Tibiae inferiorem dimidiatam*, reliqua superioris partis relicta, ut in hac *Figura* bene demonstratur.







TAB. OCTUAGES. SECUNDA.



ostendit Musculos digitos Pedis extendentes, una cum variis, quibus utimur movendo pedem, ab Initiis suis praesectis, & ad Terminationes tendineas relictis.

A, Latus internum *Tibialis Antici* a *Tibia* liberatum,

B, *Peronaeus Secundus*, a quibusdam *Semifibulaeus* nominatus: Principium ejus est acutum carnosumque a plus quam media parte Partis *Fibulae* externae supernè, sub ventre *Peronaei Longi* carnosio; continuat capere Initium carnosum & disgregatum a crepidine *Fibulae* acuta ac posteriore, ventre carnosio; Tendinosus fit dum post *Malleolum Externum* procedit sub Tendine *Peronaei Longi*, & superiori & externae parti *Ossis Metatarsi* minimi Digiti inseritur. Trahit Pedem extrorsum.

C, *Peronaeus Primus* seu *Longus*, ita adpellatus, quia primus in conspectum venit, & longissimus Musculus est in *Fibula* Externè oritur tendineus, interne carnosus, a plus quam dimidiata *Fibulae* parte superiore; ali- quantum retrorsum descendens fit Tendo planus validusque, ac subrotundus, dum in sinu *Malleoli Externi* progreditur; unde antrorsum inflectitur (Tab. 81. P.) Tendinem concomitatus *Peronaei Secundi* ad Finem suum (Tab. Ibid. Q); ubi Tendo hujus musculi eum relinquit, & in itinere suo procedit supra *Os Cuboïdes* seu *Spongiosum* & sub *Abductorem Minimi Digiti*; unde in *Plantam Pedis* tendit, inter *Ossa Cuneiformia* & Tendines Musculorum Digitorum flectentium ad Terminationem suam in superiore & postica parte *Ossis Metatarsi* Pollicis, ut in Tab 86. Fig. 1. M, ibid. Fig. 2. F. Istud Naturae artificium, quo transfertur hujus Musculi Tendo non solum supra *Appendicem Fibulae* inferiorem, sed supra *Os* quoque *Spongiosum*, instar Funis in Trochlea duplici, est admodum insigne, officii ejus habita ratione; Cum enim Pila Pollicis, cui tendo iste inseritur, sit necessaria Centro Gravitatis totius corporis; est documentum peritiae Artificis divini, qui hoc instrumentum sic ordinavit, ut centrum Gravitatis, (quod necessariò a *Fulcimine* seu *Tibia* projicitur) esset in Linea quasi perpendiculari duplicis istius Trochleae auxilio, quae angulos intorquendo efficit, ut majore vi Pila Pollicis accedat ad Perpendicularum cum *Tibia*, itaque pondus fert corporis, licet non in eadem linea recta cum totius gravitate sit.

D, *Extensor Digitorum Pedis Longus*.

EEE, &c. Quinque ejus Tendines extremis internodiis Digitorum minorum inserti; quorum duo ad Minimum Digitorum tendunt, ut hic exprimitur.

e, Unus ex tendinibus *Extensoris Digitorum Magni*, in *Osse Metatarsi* Minimi Digiti insertus.

F, *Extensor Digitorum Pedis Brevis*.

fff, Ejus Tendines.

G, *Extensor Pollicis Longus*.

H, *Extensor Pollicis Brevis*.

I, *Tibia*.

K, *Fibula*.

LLL, *Ossa Tarsi* sibi invicem commissa, atque *Ossa Metatarsi*, Ligamentis.

M, Magnum Articuli *Tarsi* Ligamentum, cum *Tibia* & *Fibula* sectum, ut ostendatur superficies *Ossis Tali* seu *Astragali*.

NN, Musculi *Inter-Ossei*, interjacentes *Ossa Metatarsi*.

O, *Abductor Minimi Digiti*.

P, Pars *Flexoris Pollicis Longi* In Situ super antica *Fibulae* parte.

Q, Pars *Gastrocnemii Interni*.

R, Trunci Nervorum & vasorum fanguiferorum, qui ad musculos in antica *Tibiae* parte pertinent.

S, Ligamentum inter *Tibiam* & *Fibulam*, quod Musculos anticae partis a posticae discernit.



TABULA OCTUAG. TERTIA.



iversos Musculos cruris & Plantae Pedis exhibet.

A, Superior Tibiae Appendix, quae confert partem Genu internam & lateralem componendo.

B, Corpus Tibiae.

C, Os Calcis.

D, Pars Musculi Poplitei, superiori & internae parti Tibiae infertus.

E, *Gastrocnemius Externus*, ita dictus, quia Musculus externus est, qui adjuvat Suram Cruris constituere. Musculum hic exhibitum, cum socio super latere surae externo, *Veslingius Gastrocnemium* nominavit, & Musculum subjacentem *Soleum* vocat, a Figura scilicet; quae Soleam Piscem refert, quem ali, ut *Spigelius* &c. *Gastrocnemium Internum* adpellat. Musculus iste Internus dicitur quoque *Gemellus*, quasi esset duplex; incipiens nempe duabus discretis originibus a superioribus & posticis partibus singuli Tuberculi Appendicis Ossis Feminis; quae descendentes dilatantur in duos magnos ventres carnosos; quorum interior crassissimus est & maximus; singulus venter carnosus Seriem Fibrarum diversam habet; sibi mutuo junguntur, ubi tendinem latum validum conflant, qui angustatus magnotendini *Gastrocnemii Interni* jungitur, quatuor digitos supra Terminationem suam in *Osse Calcis*.

Riolanus cum *Vesalio* adfirmant, in duobus musculi istius Initiis duo esse *Ossicula Sesamoidea*; quod cum *Marchette* fateri oportet haecenus nostram observationem fefellisse, quanquam sit verisimile in corporibus senescentibus id fieri; ut nuper in cadavere, quod dissectui, ab uno tantum latere adparuit.

Hoc agente Musculo Pes extendi vel retrahi dicitur, qui motus est summè necessarius, dum ambulamus, currimus, saltamus, & imis pedis digitis innitimur &c. Hinc, qui multum ambulant, iis Musculi isti sunt majores quam aliis, propterea quod crebro usurpantur; inter quos recensendi sunt Bajuli, qui gravia portant onera, & in hac urbe Leticarii praecipue; & iis, qui talis calceorum humilioribus utuntur, isti musculi sunt notabiliter majores quam aliis.

F, Expansio tendinea Musculi Plantaris liberata a Planta Pedis.

G, *Perforatus*, sic dictus, quia Tendines ejus in-

star Digitorum manus perforantur. Vocatur etiam *Flexor secundi Internodii Digitorum Pedis* ab ejus usu, & *Sublimis* a situ. Ab inferiore & interna parte Ossis Calcis oritur inter Musculos Abductores majorum & minorum Digitorum, ventre carnosolatefcens: mediam Plantam Pedis transgressus in quatuor portiones carnosas dirimitur, quae tot tendines fiunt, & prope Terminationes eorum perforantur, ut Tendines Musculi sequentis *Perforantis* admittant, ut ad Fines suos perveniant; Tendines isti uniti denuo *Perforantes* subeunt ad fines suos in parte Secundi Ossis singuli minoris digiti superiore.

HH, Tendines *Perforantis* transeuntes foramina *Perforati* novissimè descripti.

I, *Tendo Flexoris Pollicis Longi*.

K, *Abductor Pollicis*; ita ab officio nominatus: inchoat partim tendineus, partim carnosus, ab interna parte Ossis Calcis a latere, & medio itinere fit tendo, qui alteri ejus initio jungitur ab *Osse Cuneiformi* & *Naviculari* orto; utrumque progressum constituunt unum Tendinem ad Terminationem suam in parte Ossis *Sesamoïdis* Pollicis a latere externa: Pollicem a reliquis abducit.

L, *Abductor Minimi Digiti*; Musculus iste externe tendineus est, & interne in origine sua in parte Ossis Calcis externa carnosus, medioque suo itinere in externo latere Pedis, tendineus factus, alteri suo carnosolatefcens initio, a superiore & externa parte Ossis *Metatarsi* minimi Digiti orto, & unum facit tendinem, ubi inseritur primi Ossis parti superiori minimi digiti externe & a latere.

M, *Malleolus* internus.

N, *Tendo Tibialis Antici*.

O, *Tendo Gastrocnemii*.

P, Pars Exigui Tendinis Longi Musculi Plantaris, in descensu suo versus Plantam Pedis.

Q, Pars *Gastrocnemii Interni* seu *Solei*.

Notandum, partem istam Flexoris Digitorum Pedis *Perforantis*, & Flexoris Pollicis cerni posse sic positam inter M & Q; sed membranis non levatis, in cadavere, unde descripta est haecce Figura, Musculi isti satis obscure exhibentur.







TAB. OCTUAGES. QUARTA.



musculos partis cruris posticae exhibet, *Gastrocnemius* ab initiis suis praecisis, & ad Fines relictis.

AA, Capita duo Ossis Femoris inferiora.

B, Pars unius ex Cartilaginibus Semilunaribus in articulatione Ossis Femoris cum *Tibia* positis; haec cartilago una

cum altera in altero latere articulationis duas cavitates parum profundas efformant super *Tibia*, quae Tubercula duorum capitum Ossis Femoris inferiorum excipiunt: Cartilagines istae Semilunares crassae sunt & magnae, externè versus *Tibiae* superficiem, cui committuntur, & gradatim prout ad centrum partis *Tibiae* superioris adpropinquant, extenuantur. Figura earum commodè Lunam dimidiatam refert. Plurimum praestant, ne crebrae Luxationes, quae levi de causa fieri consueverunt, in ea parte incidant; quare Cartilagines istae Semilunares lato Ligamento articulum continenti annectuntur; quod Ligamentum bene in hac Figura exprimitur, parte ejus praecisa ab articuli parte postica, ut duo capita Ossis Femoris ostendantur.

C, *Musculus Popliteus*, quibusdam dictus *Subpopliteus*: Incipit cum brevi validoque tendine ab externo capite Appendicis Ossis Femoris inferioris, unde obliquè transcendens articulum, fit carnosus sive magis magisque latefcit, donec superiori parti *Tibiae* inferatur internè, protinus infra *Appendicem* (a) ejus superiorem: non solum reliquos adjuvat musculus iste *Tibiam* flectendo, sed etiam commodissime situs est, ut *Bicipiti Femoris* fiat Antagonista, cum crus aut genu flectitur, dum pedem aut digitos introrsum virtimus.

D, Pars *Tibiae* interna.

EE, Partes *Gastrocnemii Externi* ab initiis praefectae.

F, Inferior sive interna *Gastrocnemii Interni* superficies; ubi optimè exhibetur elegans fibrarum ejus dispositio, quam Faciem saepe observavi; sed in quibusdam subjectis, in uno praesertim, quod nuper dissectui, *Series Fibrarum* hujus musculi longè fuit diversa: Musculus iste *Gastrocnemio Externo* subjacet partique *Plantaris*; *Soleus* a Figura dicitur; pars ejus carnosam externam pellicula expansione tendinea obtegitur, quo fit, ut adpareat coloris lividi; oritur partim tendineus, sed praecipuè carnosus, a postica parte *Appendicis Fibulae* superioris, & parte postica *Tibiae*, protinus infra Finem *Subpoplitei*, & magno ventre carnosum increfcens variis Fibrarum ordinibus instructo, quae in unum Tendinem

coalescunt, jungunt se Tendini Musculi Externi, & in Superiore & Postica parte Ossis Calcis inseruntur. *Talus* una cum *Digitis*, cum sit quasi totius corporis vectis, instrui debet musculis validissimis, ut extendantur; hinc animadvertimus musculos istos Antagonistam *Tibialem Anticum* tantundem superare, non minus utilitate fabricae diversarum *Serierum* fibrarum carnosarum, quam magnitudine sua & terminatione in *Osse Calcis*; quo fit, ut reddantur utiles non tantum ambulando, currendo & similibus; sed stando etiam *Tibias* sustinent, ne pondus corporis antrorsum illas inclinaret in suis cum Ossibus pedis Articulis.

GG, *Plantaris* ad ortum relictus; sive, quod magis adridet, prius inde praecisus, levatusque rursus, ibidem connectitur; cum situs ejus sit inter *Gastrocnemium Externum* & *Internum*; quorum postremus non sine difficultate ab initio suo potuit auferri, ut in Tabula hac ostenditur, *Plantari* interea relictò. Musculus iste sic nominatur, quia Tendo ejus in *Planta Pedis* expanditur, instar *Palmaris* in vola manus: Oritur carnosus a superiore & postica parte capitis Ossis Femoris externi, protinus infra extremum *Gastrocnemii Externi* initium; inde descendens obliquè inter duos *Gastrocnemios*, fit tendo tenuis, longus, planus, qui procedit ex ventribus carnosus musculorum novissimè memoratorum, & internè descendit a lateribus magnorum eorum Tendinum (ut in praecedente Tabula P.), & super *Os Calcis* progreditur, sese in *Planta Pedis* expandens; ubi fere inseparabiliter carnosum corpori *Musculi Flexoris Digitorum Perforati* adhaerescit, inseriturque ab utroque latere primis minoris digiti cuiusque internodiis, & interdum Pollicis internodio.

Officium hujus musculi admodum obscurum est; tendinea ejus expansio in *Planta pedis* inprimis utilis est tuendo musculos, tendines, nervos, vasaque sanguifera subjacentia, ab omni compressione dum stamus, ambulamus, &c.

Nota, In quibusdam corporibus Initium Carnosum & Longus Tendo hujus Musculi desideratur.

g, Expansio Tendinea *Plantaris* separata a *Planta Pedis*.

H, Nervus magnus in itinere suo ad *Plantam Pedis* & *Digitos*.


I, Initium *Flexoris Pollicis in Situ*.

K, K, Pars *Peronaei Secundi*.

L, Initium *Perforantis in Situ*.

M, *Abductor Pollicis*.

N, *Cutis* & *pinguedo ablatae a calce & Planta Pedis*.



TABULA OCTUAG. QUINTA.



Omnes Musculi in praecedente Tabula repraesentati, ab exordiis suis levati, & ad Terminationes suas relictii.

A, Pars *Musculi Poplitei*, ubi desinit in interna & parte *Tibiae* superiore.

a, Pars genu interna.

B, Magnum Cruris Os, *Tibia* dictum.

C, Minus Os, *Fibula* nominatum.

DD, Duo Exordio *Gastrocnemii Externi*.

E, Conjunctio ejus cum *Musculo Gastrocnemio Interno*.

FF, *Musculus Plantaris* inter Externum & internum *Gastrocnemium* positus.

G, *Tibialis Posticus*, ita dictus a situ ejus in postica parte *Tibiae*; adpellatur etiam *Nauticus*, quod eo utuntur Nautae dum malos scandunt sursum; situs est sub *Flexore Pollicis Longo* & parte *Perforantis Digitorum Pedis*; in subjectis quibusdam videtur duobus carnosus ventribus instructus: *Musculus* iste remanet non praesectus, cum infra genu *Crus* amputatur: Exordium capit ab initio partim tendinoso carnosoque in superiore & postica *Tibiae* parte, partim a Ligamento inter *Tibiam* & *Fibulam*; unde descendens, fit tendineus in itinere suo in *Sinu* super postica parte Appendicis *Tibiae* inferioris, *Malleoli Interni* dictae, sub involvente Ligamento, *Offique Naviculari* inferitur. Pedem sursum trahit & introrsum.

H, *Perforans* sive *Flexor Tertii Internodii Digitorum Pedis*; Exordium ducit acutum carnosumque a postica *Tibiae* parte, protinus sub *Subpopliteo*, duplici Fibrarum serie medio tendini annexo instar *Flexoris Pollicis Longi*, sed in itinere suo post *Malleolum Internum* desinit esse carnosus, in sinu currens supra partem *Offis Calcis* internam, & sub ejus Ligamenta involventia; medio suo itinere per *Plantam Pedis*, Tendo ejus in quatuor dispertitur, qui procedunt per *Fissuras Tendinum Perforati I*, tertiisque ossibus *Minorum Digitorum* inferuntur.

I, *Perforatus in Situ*, descriptus Tab. 83.

K, *Flexor Pollicis Pedis Longus* est *Extensori Longo* Antagonista; incipit huic adversus a postica *Fibulae* parte, duplici ordine Fibrarum carnosarum medio Tendini adhaerescente; in itinere suo supra *Tali Articulum* desinit esse carnosus; in sinu procedens supra partem *Offis Calcis* internam, tendine suo tendini *Musculi Flexoris Digitorum Longi Perforantis* subjacente semper, cui plerumque adjungitur, in *Fossula* progreditur in *Flexore Pollicis Brevis* facta & eleganter in hac Figura expressa, ad Finem suum in ultimo *Pollicis Osse*. Officium ejus patet ex nomine. Multae partes notabiles in hac Figura exhibentur, quae jam in praecedentibus Tabulis explicantur, ut *Os Calcis* nudatum, *Malleolus Internus*, *Musculus Abductor Minimi Digiti* &c. Quare Notas hic particulares earum non inferemus, ut in praecedentibus Tabulis fecimus.





Fig. 1.




Fig. 2.






Fig. 3.



TABULA OCTUAGES. SEXTA.

Fig. 1.



Omnes Musculos, qui remota *Plantaris* Expansione adparent, ostendit.

ABC, *Musculus Lumbricalis*, a quibusdam *Carnea Massa in Planta Pedis* nominatus; Carnosus exorditur a parte *Offis Calcis* interna, factusque tendineus, conjungitur cum *Tendinibus Perforati*; ubi rursus factus carnosus dispertitur in quatuor *Musculos Lumbricales* EFF, (proprie sic dicti a Figura) qui omnes facti sunt tendinei ad *Fines* suos in partibus cujusque minoris *Digit*i internis, a *Latere* proxime *Pollicem*: vocatur etiam ab usu *Flexor primi Internodii Digitorum Pedis*.

aaa, *Tendines Perforantis* *Fissuras Musculi Perforati* pertranseuntes, qui hic ab ortu suo praeciditur, & relinquitur ad *Fines* suos in *Digitis* minoribus, sine in minimo *Digit*o desiderato.

D, *Pars Flexoris Pollicis Longi*

G, *Abductor Minimi Digit*i *Pedis*, a primo suo principio praecisus in *Osse Calcis*, & ad alterum relictus in *Metatarso Minimi Digit*i.

H, *Pars Abductoris Pollicis*.

I, *Flexor Pollicis Pedis Brevis* in proprio suo *Situ*.

K, *Transversalis Pedis* similiter in *Situ*.

L, *Partes Inter osseorum*.

M, *Pars Tendines Peronaei Longi*, in itinere suo ad *Finem* suum in *Planta Pedis*.

N, *Os Calcis*.

Fig. 2.

A, Inter CC, & D, *Flexor Pollicis Brevis*: Is, ut adparet in Praecedente *Tabula*, in duas partes divisus videtur, *Tendine* scilicet *Musculi Flexoris Pollicis* eum transeunte. Oritur ab *Osse Cuneiformi Medio*, & progrediens supra *Terminationem Peronaei Longi*, *Offibus Sesamoideis* *Pollicis* inseritur, quae *Ossa* (instar *Patellae*) postea secundo ejusdem *Pollicis Internodio* ligantur: *Officium* nomen indicat.

B, *Abductor Minimi*, ab ortu suo praecisus & suffixus.

AAAA, *Musculi Inter-ossei in Situ*, aliquantum levati.

CCC, *Pars Abductoris Pollicis, & Flexoris Brevis*.

D, *Abductor Pollicis*: *Initium* sumit partim tendineum, partim carnosum, a parte *Offis Cuneiformis Tertii* inferiore; ventrem carnosum constituens, in *fine* suo minuitur ad partem *Offis Sesamoidei Pollicis* extimam: *Nomen* usum significat.

E, *Transversalis Pedis*, ita dictus a *situ*: Incipit tendineus, ab externo *Osse Sesamoideo* *Pollicis*, & ventre carnosum in itinere suo supra primum *internodium* duorum proximorum *Digitorum* ad *Terminationem* suam minuitur in parte *Offis Metatarsi* minimi *Digit*i: *Usus* ejus est adducere minimum *Digitum* ad *Pollicem*.

F, *Tendo Peronaei Longi* ad *Finem* suum.

G, *Os Calcis*.

Nota, *Partes Tendinum Perforati & Perforantis ad Fines suos super Offibus Digitorum exhibentur*.


Fig. 3.

AA, &c. Octo *Musculi Inter-Ossei* *Digitorum*, secundum *Bidloo* aliosque, quorum primus minimo incumbens *Digit*o, ab *Officio* nominabitur *Flexor Primi Internodii minimi Digit*i: cum non jaceat inter *Ossa* *Metatarsi* instar aliorum: Inchoatur a parte *Offis Metatarsi* minimi *Digit*i, & recta procedit ad *Terminationem* suam in primo *Osse* minimi *Digit*i. *Inter-Ossei* sunt numero septem; a *situ* nomina sua habent, & ab usu merentur propriam quisque adpellationem: primus, qui *musculum* novissimè descriptum sequitur, potest vocari *Adductor minimi Digit*i: secundus est maximus, & proximum *Digitum* ad minimum adducit, & potest vocari *Abductor Auricularis*; Tertius est *Antagonista* priori, & istius *Digit*i *Adductor* est; quartus est *Abductor Medii Digit*i; quintus *Adductor* ejusdem; sextus est *Adductor*; & septimus *Abductor Indicis Pedis*: *Ortus*, progressus, & *Fines* possunt in hac *Figura* videri.

BB, CC, *Varii Musculi Pollicis*, qui confuse disponuntur.

D, *Abductor Minimi Digit*i.

E, *Tendo Peronaei Longi*, ad *Finem* suum in *Osse Metatarsi* *Pollicis*.



TAB. OCTUAGES. SEPTIMA.



Bxaminatis Musculis Membrorum & plerisque Capitis, Trunci, aliarumque corporis partium, & observatis multis ex Ligamentis insignioribus in variis Ossium Articulis; venimus proximè ad conspectum compagis ossium ficcatorum; *Skeleton* dicitur, cujus pars antica in hac Tabula exhibetur. Si proprium situm cujusque ossis examinaveris, nulla eorum invenies sibi invicem perpendicularia: plus quam duae tertiae totius capitis projiciunt ab articulatione ejus cum *Vertebris* colli: costae totae & *Sternum*, quae partem *Thoracis* anticam constituunt, unâ cum omnibus ejus *Visceribus*, aequè ac *Viscera* infimi ventris, a *Vertebris* Dorsi & Lumborum projiciunt: *Claviculae* quae situ sunt horizontales, brachia sustinent, quia cum *Scapulis* committuntur: Articulationes Ossium Feminum grandi capitis & Trunci Fulcimini (*i. e.* omnibus *Vertebris*) non sunt perpendiculares, sed ante id ponuntur: Ossa Femorum introrsum vergunt obliquè; & sic *Tibiae* faciunt, licet non tanto more modoque. Stamus vel super *Osse Calcis* extremo, & Pila Pollicis simul; vel super Pila Pollicis tantùm, ut cum extremis Digitis innitimur.

A, Os Frontis in duas partes divisum, quia continuatur futura longitudinalis, quod in multis subjectis videri potest ut hic ostenditur; neque, ut volunt quidam, ab eo dignoscitur sexus.

B, *Bregma*.

C, Os Temporis *Squamosum* vocitatum.

D, *Os Jugale* ex duobus processibus compositum; uno retro derivato ab *Osse Squamoso*, altero antrorsum a primo *Osse Maxillae Superioris*.

E, Os Quartum Maxillae Superioris.

F, Os Maxillae Inferioris.

G, *Incisores*, scil. *Dentes*.

H, Prima *Costa* prope articulum cum Colli *vertebris*.

I, *Clavicula* a Latere Dextro.

K, *Processus Coracoideus Scapulae* a Latere Sinistro.

L, *Sternum*.

MM. &c. Septem verae *Costae*.

NN, &c. Quinque *Spuriae* sive *Nothae*.

OO, &c. Variæ ex Duodecim Dorsi *Vertebris*.

PP, &c. Quatuor e quinque *Vertebris* Lumborum; supremâ occultâ *Cartilaginibus* *Spuriarum*.

Q, *Os Ilium*.

R, *Conjunctio* ejus cum *Osse Pubis* in *Acetabulo*.

S, *Os Pubis*.

T, *Os Sacrum*.

V, Pars superior *Ossium Pubis*, post quae est *Os Coccygis*, quod in hoc positu nequit videri.

W, *Os Humeri*.

X, *Ulna*, tota exhibita in Brachio Sinistro.

Y, *Radius*; inter quem & Z, continentur octo *Carpi* *Ossa*.

Z, *Ossa* manus, praecipuè *Metacarpi*.


1. *Os Femoris*.


2. *Patella*.

3. *Tibia*.

4. *Fibula*.

5. *Ossa Pedis*.





TAB. OCTUAG. OCTAVA.



st Dorsum & latus *Sceleti* humani.

Quae diximus in pagina praecedente de Ossium positu, quo pacto in se mutuò vergunt, in Figura hujus Tabulae melius explanata videntur: Inde patet, Truncum corporis aequè ac caput semper fere proclivia antrorsum cadere, nisi si muscoli, qui caput sursum trahunt, similiter ac muscoli in postica parte spinae totius, non magni admodum fuissent pariter atque numerosi. Neque stare possemus, nedum corpus de uno loco in alium transferro, nisi

Musculi Ossium Femorum, Tibiarum & Pedum essent validissimi, ut alibi in Musculorum descriptione animadvertimus. Hinc facile colligitur, quare minore cum difficultate possumus motum progressivum continuare diutius, quam stare; quia in priore agunt muscoli alternè maximam partem; in posteriore paucorum tantum musculorum actio continuatur. Hinc quoque discere possumus, quare totius Corporis Pondus maximam partem ab uno Crure sustinetur stando, potius quam ab utroque simul: & plura ejusmodi *Phaenomena*, quorum meminisse nunc per tempus non licet.

- A, Os Frontis.
- B, *Bregma*.
- C, Os *Temporis*.
- D, Os *Fugale*.
- E, Os *Occipitis*; prope E est processus mamillaris.
- F, *Offa Malae*.
- G, Os *Maxillae*.
- H, Os quartum *Malae*, quod maximam partem *Palati* constituit.
- IIII, Quinque ex spinis *Vertebrarum Colli*; suprema orta a secunda *Vertebra*, brevis & duplex, in hoc positu non adparet.
- II, *Inferior*, Spinae duarum primarum *Vertebrarum Dorsi* sive *Thoracis*.
- KK, &c. Reliquae Spinae *Vertebrarum Dorsi*.
- LL, Spinae *Lumborum*.
- M, *Costa prima*.

- N, *Scapula*.
- n, Pars *Claviculae*, quae cum spina *scapulae* committitur.
- O, Pars interna *Sterni*.
- PP, &c. *Costae Verae*.
- QQ, Quaedam ex *Nothis*.
- R, Os *Ilium*.
- S, *Sacrum*.
- T, *Ischium*.
- V, *Coccygis*.
- W, Pars interna *Ossis Pubis*.
- X, Os *Humeri*.
- Y, *Ulna*.
- Z, *Radius*.
- 1, *Offa Manus*.
- 2, Os *Femoris*.
- 3, *Patella*.
- 4, *Tibia*.
- 5, *Fibula*.
- 6, *Offa Pedis*.

Descriptio particularis singulorum ex istis, videri potest in explicationibus Tabularum sequentium.



TAB. OCTUAGES. NONA.

Haec Tabula & tres sequentes Ossa Calvariae ostendunt, & Maxillae superioris & inferioris. Ossa, quae Calvariam componunt, sunt *Ossa Frontis, Sincipitis, Occipitis, Temporum, Sphenoides, & Cribriforme*: horum quatuor priora habentur Calvariae propria; posteriora duo dicuntur communia Calvariae & Malae. Ossa Maxillae superioris & inferioris describentur magis particulariter in Tab. 92.

Fig. 1.

Partes convexae Ossis Frontis anticae, cum Maxillae superioris ossibus & *Sphenoides*, ut adparent separata ab aliis Calvariae Ossibus.

A. Os Frontis, cujus margo superior cum marginibus *Ossium Sincipitis* Suturam efficit, duas quasi Circuli tertias componit.

BBB. Partes superioris *Lamellae* acutis crepidinibus & punctis exstantis, quae *Interstitia* similia *Ossium Sincipitis* excipiunt: Haec conjunctio *Sutura* dicitur.

CC. Pars Ossis Frontis inferior, partem superiorem Orbitae Oculi constituens.

D, Processus *Ossis Frontis* prope magnum Oculi *Canthum*.

E, Alter Processus Ossis ejusdem minorem *Canthum* versus.

F, Pars *Ossis Cuneiformis* Ossi Frontis conjuncta, *Bidloo* dicta Duae Eminentiae Ossis novissimè memorati ab utroque latere versus Tempora.

G. In hoc aequè ac in aliis Calvariae Ossibus, varia cerni possunt *Foraminula*, propter introitum & exitum vasorum sanguiferorum, sive ad *Duram Meningem* & communia Calvariae integumenta, sive ad *Diploen* Cranii ipsius pertinent.

H. Pars illa *Ossis Frontis*, ubi Cavitas formatur Membranam Pituitariam continens, quae membranae *Foraminum Narium* est continua, & confert separandam partem *Muci*, qui ex naribus excernitur. Cavitas ista saepe *Septo Osseo* dirimitur, ut in Tab. 91. Fig. 2. videtur. In quibusdam Calvariis humanis vix cernitur ista cavitas, in aliis maxima est, praecipuè in iis, quorum prominent supercilia. In cavitatem illam hominis, qui plurimum pulveris Nicotiani naribus haurit, pars ejus potest pervenire, ibique hospitari, & fieri periculosa. In quadrupedibus cavitates istae magnae sunt & variis Septis Osseis dispertitae, & variis aperturis sibi invicem communicant: In ovibus frequenter inveni in istis cavitatibus varias erucas magnas, *Erucae terrestri* non dissimiles: In vaccis, tauris, &c. cavitates istae sunt amplissimae: in ejusmodi animalibus Membrana Pituitaria, quae has cavitates investit, saepe inflammatur & crassescit; unde Pituita in istis cavitatibus occluditur, & morbum in istis animalibus facit, quem *Vertiginem* nominant; hunc Plebeji, praesertim in comitatu *Suffesiae* sic tractant, & animal protinus ad se redit:

Caput animalis commodissimè continetur, & Operator malleo & lato magnoque ferramento instruitur; tunc uno vel altero ictu ferramentum in *Os Frontis* adigit, quod cavitatem hanc constituit; hoc facto, ope Ferramenti elevat Os unà cum partibus ejus superjacentibus; deinde digitis Membranam Pituitariam ab Osse separat, & extrahit: Tum subito partes elevatas deprimit manibus, & Os divulsam posthac coalescit, raroque animal in posterum hoc morbo tentatur:

Haec Membrana *Pituita* repleta, ut isti volunt, est sacculus aquosus incumbens cerebro.

Reliqua ossa in hac Figura exhibita explicantur Tab. 92. Fig. I.

Fig. 2.

Internae partes concavae ejusdem Ossis in figura praecedente exhibitae.

A. Pars illa *Ossis Frontis*, quae partem Cerebri anteriorem excipit.

BB. Species *Ossis Frontis* instar ferrae, postquam ab Ossibus *Sincipitis* divellitur, ad Suturam Coronalem.

CC. Superior & antica pars *Ossis Cuneiformis* ossi Frontis commissa.

DD. Processus interni & Antiores *Ossis Cuneiformis*, qui faciunt ad componendam *Sellam Equinam* sive *Turcicam*; in hac sella Glandula Pituitaria locatur; Trunci Carotidum Arteriarum circa eam transeunt ab utroque latere in itinere suo ad Cerebrum, ubi varios emittunt ramos exiguos, qui conferunt ad *Rete Mirabile* conflandum: Hic Processus locum cedit Nervis Opticis in progressu suo ad oculos.

FF. *Inferior*, Duo Processus Interni Longi *Ossis Sphenoidis* juncti Ossi Frontis.

FF. *Superior*, Impressiones, quae vasa sanguifera faciunt in Osse Frontis super *Dura Matre* distributa.

G. Processus Internus ab Osse *Cribriformi* sive *Ethmoide* continuatus, dirimens Latus dextrum Ossis Frontis a Sinistro.

H. Processus iste *Ossis Cribriformis*, *Crista Galli* dictus.

II. Pars interna *Ossis Cuneiformis* sive *Sphenoidis* proximè cerebrum.

K. Pars Inferior Ossis quarti Malae; quod palatum constituit; a quibusdam *Os Palati* nominatur.

LL. Processus *Pterygoides* sive *Aliformis*.

MM. Internae & posticae partes duorum primorum *Ossium Malae*.

N. Pars Ossis Quarti Malae, cui Dentes superiores inhaerent.

OO. Duo ex dentibus molaribus ab utroque Malae latere relicti.

P. *Septum Foraminum Narium*.

Q. Pars illa *Ossis Cuneiformis*, quae *Synchondrosi* Ossi Occipitis committebatur; quae conjunctio tota fit ossea in corporibus senio confectis.


R. Duo Processus posteriores *Ossis Sphenoidis*, qui partem *Sellae Turcicae* posticam constituunt, quae *Ephippium* vocatur.








Nota. Inter CD, & I, ab utroque latere demonstratur Foramen Secundum Ossis Sphenoidis vel Rima magna, per quam Tertium, Quartum, Sextum, & ramus paris Quinti Nervorum, unà cum variis vasis sanguiferis transeunt, nominatim Arteriae Carotidis Venaeque ramus magnus, qui Tab. 9. Fig. 2. figuratur. F. Foramen alterum hic demonstratum protinus infra ultimum memoratum, vel inter illud & Processum Pterygoidem (L), tertium Foramen numeratur Ossis Cuneiformis, per quod transit ex Calvaria ramus Quinti Paris Nervorum: Reliqua Foramina Ossis Cuneiformis sunt Quartum, Quintum, Sextum, & Septimum: horum primum Quartum scilicet ostenditur in prima hujus Tab. Fig. rursusque in Tab. 92. Fig. 1. 1, intra orbitam Oculi, & in Fig. 2. ejusdem Tabulae (VV); ex hoc Foramine sive potius Rima magna instar Foraminis secundi, quod quartum Os Malae & Cuneiforme constituit, exeunt rami Tertii, Quinti, & quidam Sexti paris Nervorum, ab itinere suo per Foramen secundum tendentes ad Musculos & partes adjacentes, unà cum vasis generis Utriusque, praecipuè ad Musculum Temporalem. Quintum Foramen Ossis Cuneiformis, ibi constituitur, ubi Ossis Petroso & Occipitali occurrit, Tab. 92. Fig. 2. X, X, demonstratum; quae externa Apertura ibi exhibita, partim cartilagine repletur, sed Foramen ejus internum Arteriam Carotidem ad Latus Sellae Turcicae transmittit; quae Arteria primum Cranium ingreditur per Os Petrosum, ut cernere est in novissimè memorata Fig. (ZZ); per hoc Foramen nervus Intercostalis ex Calvaria egreditur. Foramen Sextum Ossis Sphenoidis in novissimè memorata Tabula describitur Fig. (Y), & ramo Paris Quinti Nervorum ex toto repletur. Septimum Foramen hujus Ossis adjacet sexto ad Latus externè, maximam partem Figuræ ostendi (FF Superior) & in Figura Tab. 91. Fig. 2. FF.

Fig. 1.



Fig. 2.





TABULA NONAGESIMA.



ex Figuræ primæ internas & externas superficies reliquorum Ossium Calvariae propriorum a se mutuo separatas ad Sutures suas repræsentant.

Fig. 1.

Os Sincipitis sive Bregma a latere dextro.

AA, Pars Bregmatis externa convexa circumscripta.

BB, Sutura Coronalis in parte antica, qua Offi Frontis jungitur.

CC, Sutura Sagittalis in parte superiore, qua dirimuntur Bregmata dextra sinistraque.

DD, Lambdoidalis retrorsum, qua Occipitis Offi committitur.

D, A, B, Latus Bregmatis inferius, cui Pars Offis Temporum & pars Offis Cuneiformis incumbit.

Fig. 2.

Superficies interna sinistri Offis Sincipitis proximè Duram Meningem & Cerebrum.

AA, Pars Offis Sincipitis interna concava.

B, C, D, Sulci Vasorum sanguiferorum Duræ Matris in interna hujus Offis superficie; ubi observare possumus multa horum Vasorum Foramina, quibus in Meditullium Offis ingrediuntur; vidimus interdum vasa ista Cranium rectè perforasse, plus quam in uno aut altero loco, versus Occiput inprimis, ubi duo eorum Foramina magna vulgò in externa Offis superficie observare licet; sed hic quoque interdum obliquè in Meditullium transeunt. Numerum & Magnitudinem horum Foraminum vasorum sanguiferorum, videre est crescere prope impressionem, quam Sinus longitudinalis in Cranium facit.

EE, Ea Pars Bregmatis, quae Offi Temporis contigua erat, & Pars Offis Sphenoidis.

Fig. 3.

Os Occipitis a reliquis Cranii Ossibus divulsam, ubi committitur.

A, Externa convexa superficies Offis Occipitis, ubi musculi caput exedentes inseruntur, & pars Cucullaris oritur.

B, Primum magnum Foramen Offis Occipitis, per quod Medulla Oblongata a Cranium descendit in magnas omnium Vertebrarum cavitates.

CC, Duo Tubercula Offis Occipitis depresso, quae cavitatibus exiguis primæ Vertebræ Colli excipiuntur.

D, Duæ Impressiones fabricatae ad originem Musculi Recti minoris Capitis.

E, Foramen Tertium cernendum in parte Interna Lateris sinistri Offis Occipitis; per quod Nervus Paris Quinti ab eo latere a Cranium egreditur; quod est a Dextro Latere, in hac positione Offis cerni nequit. Foramen secundum Offis Occipitis, formatum ad conjunctionem ejus cum Offe Temporum, & confert constituendo Specum, qui partem bulbosam Sinus lateralis ad initium Venæ Jugularis internæ excipit.

Fig. 4.

Interna & concava pars Offis Occipitis proximè Duram Meningem super partem Cerebri & Cerebelli.

A, B, C, Elevatio in Offe formata ad latus partis Sinus longitudinalis inferioris, ubi duobus sinibus Lateralibus occurrit.

DF, Duæ Depressiones abscedentes ad utrumque latus a parte inferiore Elevationis novissime memoratae, quae Externam superficiem sinuum Lateralium excipiunt.

E, Pars illa, ubi sinus Longitudinalis & Lateralis sibi mutuo occurrunt, quae Conjectio Torcular Herophili dicitur.

GG, Varia Foramina, per quae vasa sanguifera ingrediuntur Offis Meditullium.

Fig. 5.

Externa superficies Offis Temporalis sive Squamosi dextri Lateris liberata ab Offe Occipitis, Sincipitis & Cuneiformi.

A, Meatus Auditorius, iter scilicet continuum a Concha (demonstrata Tab. 12. Fig. 1. C, D, E), ad Membranam Tympani: In hoc Meatu, qui a quibusdam Alveare Auris & Porus Auditorius dicitur, continetur Membrana Glandulosa, in qua Cerumen a sanguine secernitur: quae Membrana frequenter ulceratur, sæpissime subjecta Obstructionibus tam in sanguine circumfluo, quam in materia secreta, propter ingentem vasorum numerum, quæ necessario requiruntur ad concinnandum hanc Fabricam Glandulosam; hic quoque oriuntur moleculæ, quarum nonnullas vidimus illas maxime referre, quae in Foraminibus Narium nascuntur, vulgò Polypi a Figura adpellatae: Alias vidi instar mororum, & aeger magnum sensit dolorem, si specillo tantum tangebantur; tamen crebro causticis exedi, & aeger Auditum recuperavit. Hæc moleculæ ultimò memoratae nascuntur vulgò post Abscessus in glandulosa auris membrana.

B, Sinus cartilagine obductus, qui caput processus longi Maxillæ, mediante corpore cartilagineo, in Appendice nostra descripto Fig. 8. S, T, excipit.

C, D, Pars illa Offis Temporalis sita inter Os Occipitale & Cuneiforme, tertius Processus Offis istius vocata, in qua continentur interna Auditus organa.

E, Processus secundus Offis Squamosi sive Temporalis, qui conjunctus cum processu Offis primi Malæ Os Jugale nominatum constituit.

F, Processus primus Offis Temporalis, Mastoideus sive Mammiformis adpellatus, cujus pars interna cavernosa est, & in Tympano aperitur.

C G, Pars illa Offis Temporalis, quae Offi Occipitis est contigua.

G, H, Pars illa Offis Temporalis sita super Offe Sincipitis.

H, C, Alterum latus suturæ cum Offe Cuneiformi conjunctum.

Fig. 6.

Facies Offis Squamosi interna proximè Cerebrum.

A, Processus Offis Temporalis, & dici potest Processus Petrofus, cum a specie, tam a compagine; quare totum Os Temporalis a quibusdam dicitur Petrosum. In hoc Processu continentur omnia auditus Organa interna inter A & C: Ut Membrana Tympani, Tympanum, Musculus Obliquus, Musculus Internus & Musculus Stapedis; Incus, Malleus, Stapes & Ossiculum Quarrum; Meatus a Palato ad Aures; Foramen Ovale & Rotundum; Labyrinthus ejusque Vestibulum; Tres Ductus Semicirculares & Cochlea, unà cum Lamina ejus Spirali & Expansione nervi Auditorii intra Cochleam & Labyrinthum.

BB, Pars illa Offis Squamosi, quae adhaerescere Offi Sincipitis.

d. Foramen, per quod Nervus Auditorius Os Petrosum intrat, in itinere suo versus Labyrinthum & Cochleam.

Cum pauca jam dixerim de Meatu Auditorio & Membrana illum investiente; ordo partium requirit, ut Membranam Tympani & Musculos intra ejus cavitatem &c. examinarem; sed Figuræ sequentes exhibent tantum quatuor parva Offa Labyrinthi, Cochleam, eorumque Foramina; quare ordinem propositum exequi oportet, & ad Appendicem nostram referre, quae ad hunc locum pertinent propriè, scilicet Musculos Auris Internæ & Membranam Tympani.

Fig. 7.

Labyrinthus Auris sinistræ Foetus.

A, B, CC, Tres Ductus semicirculares a Membranis parteque Offis Petrofi liberati, in quo Offe in adulto penitus includuntur, & nulla vestigiorum indicia adparent, ut in Foetu.

D, Pars illa Offis Petrofi, quae Cochleam continet, cujus pars aliqua hic ostensa effringitur.

Fig. 8.

Labyrinthus & Cochlea Auris sinistræ.

A, B, C, Tres Ductus semicirculares, quorum cavitates membrana investuntur, in qua expanditur Nervus Auditorius: Hi ductus extremi in Vestibulo Labyrinthi aperuntur sive cavitate protinus intra Foramen Ovale, in Appendice nostra figuratum: Unus etiam ex Ductibus Spiraliibus Cochleae in Vestibulo aperitur.

D, Pars Cochleae aperta, quae ex duobus Ductibus Spiraliibus constat, vel ex uno Ductu Septo Offe divisio; quod a Figura dicitur Lamina Spiralis: Unus ex iis Ductibus, ut supra notatum, in Vestibulo Labyrinthi aperitur, ad ejus Basim; alter similiter in Membrana intra Foramen Rotundum. Nervus Auditorius simili modo in Cochlea expanditur, ut in Labyrintho.

Fig. 9.

Quatuor Offa parva Auris in Tympano contenta, exenta & repræsentata cum propriis eorum Articulis.

A, Malleus, cujus depressum caput exigua cavitate in Incude excipitur.

B, Incus, quae cum Stapede mediante, Offe Orbiculari articulum facit.

C, Stapes.

... D, Os Orbiculare sive quartum Os Tympani.

Hæc Offa in Appendice nostra in situ figurabuntur.

Fig. 10.

Malleus a reliquis parvis Auris ossibus ablatum cum partibus duorum ejus musculorum illi adhaerentibus.

A, Subrotundum Mallei caput depressum.

B, Ligamentum, quod caput Mallei Incudis committit.

C, Collum Mallei.

DD, Duo Processus Mallei, in quibus externi & interni musculi inseruntur: Praeter hos Processus, longa ejus Productio, Manubrium Mallei dicta, est notanda, quae interno Membranae Tympani lateri adhaeret.

Fig. 11.

Incus, in cujus parte inferiore, ut hic figuratur, est exigua Depressio, quae subrotundum Mallei caput excipit: Duo ejus Processus bene hic exhibentur; quorum brevissimus in Sinu Offis Petrofi consistit, intra Tympanum; sed longior cum Stapede articulum facit, mediante Offe Orbiculari.

Fig. 12.

Stapes sic dictus a Figura, cujus Basis margini Fenestræ Ovalis, ut hic exprimitur, incumbit, Offe Orbiculari subjacente, quod postremum majus veritate deformatur.



TAB. NONAGESIMA PRIMA.

Fig. 1.



stendit Externam superficiem gibbam superioris partis Calvariae, & futuras ejus proprias eleganter expressas.

A, B, Os Frontis, a quibusdam *Os Coronale*, *Inverecundum* & *Os Puppis* nominatum.

C, *Os Sincipitis* sive *Verticis*, ab aliquibus *Bregma* dictum vel a molli humido Cerebro subjacente, vel a constitutione ejus in infantibus, & interdum in adulto, humida.

D, Pars *Offis Occipitis*, a quibusdam *Basilare*, *Os Prorae*, *Os Memoriae* & *Os Pyxidis* dicitur.

EE, Sutura Coronalis.

F, Sutura Sagittalis sive Longitudinalis.

GG, Sutura Lambdoides.

Quanquam Suturae hic exhibitae regulares sunt secundum communem earum speciem, tamen in diversis subjectis naturae lusus insignes invenimus; interdum Sutura Longitudinalis duplex est, interdum procedit obliquè versus Suturam Coronalem, & in quibusdam subjectis *Os Triquetrum* format, ubi Suturae committitur Coronali, vel etiam diversa Officula variarum figurarum; idem interdum in Sutura Lambdoide animadvertere licet, & in Sutura Coronali; cujus Postremæ Figura hic specimen a dextro latere exhibet.

Fig. 2.

Interna superficies concava superioris partis Calvariae, ferra a *Basi* praecisa.

AA, Latus *Offium Bregmatis* internum.

BBB, Suturae, ut in interno latere videntur Calvariae ad lineam rectam fere accedentes, quae *Conjunctio Offium Harmonia* dicitur.

C, Pars Interna *Offis Frontis*.

E, Portio Interni Lateris *Offis Occipitis*.

FF, Alvei vasis sanguiferis *Durae Meningis* fabricati: Sulcos *Offis* istos valde magnos inveni in Calvaria hominis, quem nuper dissecai, qui Apoplecticus mortuus erat; in eo vasa sanguifera *Durae Matris* eadem ratione augebantur ad calami scriptorii magnitudinem: In hoc subjecto diversae *Foveae* magnae in Calvaria cernebantur, prorumpentes quasi ab impressione Longitudinalis Sinus; quarum unius Diameter pollicem dimidiatum superavit. Vertice Cranii Lumini objecto, memoratae *Foveae* aequae ac magni vasorum Sulci pellucidi adparuerunt, Cornu in *Lychnuchis* haud abfimiles; neque Cranii crassities in partibus istis revera multum illius crassitiem superavit. Hinc discere licet, quam cautè *Trepano* uti debemus in perforando cranium, praesertim prope Suturam Longitudinalem, & a latere etiam in *Bregmate*, quò vergunt plerumque vasa ista; idque inprimis quando aeger capitis doloribus diuturnis conflictatus est, quod in homine novissimè memorato non nisi nimium adparuit, etiam ab infantia sua; Nam sine dubio Cavitates istae Sulcique citò incipiunt nasci a vasorum formatione erronea; unde sanguis refluus retardationibus subjicitur, partesque vicinae, *Pericranium*, &c. extenduntur & dolore corripuntur.

B, Superior & E, Alveus, quem Sinus Longitudinalis facit in medio & parte Cranii superiore, secundum longitudinem Suturae Sagittalis.



Fig. 1.




Fig. 2.




Fig. 4.




Fig. 1.



Fig. 6.




Fig. 7.




Fig. 2.




Fig. 3.




Fig. 9.




Fig. 8.





Fig. 5.



TAB. NONAGES. SECUNDA.

Fig. 1.



Partem Calvariae anticam demonstrat, in qua pars Ossium Cranii jam descriptorum, & varia Offa Malae, & maxillae bene exprimentur.
 A, B, C. Primum Os Malae, partem Orbitae Oculi inferiorem constituens, & partem *Cantibi* ejus minoris, unà cum parte *Offis Fugalis*: B, illa pars ejus, quae *Os Fugale* componit.
 D. Secundum Os Malae, quod dici potest *Lacrymale*, quia *Ductus* a duobus *Punctis Lacrymalibus* ortus per id transit in *Foramina Naris* ab eo latere, unà cum paris quarti Nervorum ramo, & quibusdam Vasis sanguiferis insignioribus. Dissectores inter se dissident, dum Offa Malae numerant & describunt; *Galen.* in *Libel. de Ossib.* XI. numerat. *De Part. Usu IX.* In *Introductorio* sive *Medico Galeno Adscripto XII.* quorum postremo adsentitur *Vesalio*; sed *Columbus XIII.* meminit, & tamen eodem tempore, dum illa describit, par tertium *Vesalii* aliorumque omittit; horumque loco duo alia adjicit, vel par alterum *Offa Spongiosa* dictum, intra Nares positum: Descriptioni *Vesalii* non possumus quin adsentiamur, cum adeo sit manifesta & facilis intellectu, ut ex multis, ne dicam omnibus Calvariis patet nec capere possumus, quare praetermitteremus, quae adjecit *Columbus*, in tantum ut Offa Malae XV. sint, VI. scilicet paria *Vesalii*, duo *Offa Spongiosa* & *Septum Narium Columbi*, ab eo *Vomer* dictum, a similitudine, quod *Vomerem* refert.

Os Tertium Malae in hac Figura vix ostenditur, sive in Figura Tab. 89. Fig. 1. propter situm a parte anteriore contractum (ut Pictores loquuntur) in ista Cranii positione. Tertium Os istud Malae vulgo est figurae quadrangularis, & tenuissimum, intra Orbitam situm: Locus verus situs ejus antiorsum est, Offi secundo Malae contiguus, sive *Offi Lacrymali*; Retrorsum interdum uno angulo tantum pertingit ad *Os Cuneiforme*; supra *Offi Frontis* futurâ committitur, infra *Offi Malae* quarto.

E. Os Quartum Malae, quod omnium maximum est, partem Orbitae inferiorem constituens, maximam partem Palati, & in alveolis dentes superiores continens; Pars ejus superior parti *Offis Frontis* inferiori, *Offi Nasi* & Malae secundo; a latere primo Malae, retrorsum tertio & *Offi Cuneiformi*, & postremo socio suo committitur. Magnum Foramen ejus, hic protinus sub Orbitam Oculi, uti est ad transmittendum ramum quinti Paris Nervorum ad Musculos Labiorum &c. Secundum, Tertium, Quartum & Quintum Foramina, sunt illi cum aliis ossibus communia; horum primum componitur, ubi *Offi Lacrymali* committitur; (D) secundum, ubi *Offi Cuneiformi*; (L) Tertium, ubi socio connectitur prope *Dentes Incisores*. Fig. 2. G; & Quartum, ubi cum *Offe Palati* conjungitur (Ibid. Fig. 2. hh.) retrorsum: Magnam habet cavitationem, quae in *Foramine Nasi* aperitur. In inferiore parte hujus Aperturae *Os Spongiosum*, cujus meminit *Columbus*, locatur. Cavitas ista *Antrum Maxillae Superioris* adpellatur; ab aliquibus *Antrum Higmoria-num*, quare, non scio, cum longè ante *Dm. Higmore* descriptum erat, ut ex *Vesalio*, *Colambo*, *Baubino* &c. patet.

F. Os Quintum Malae, quod cum socio ejus partem ossis Nasi superiorem componit: Figura ejus conjunctionesque cum Visinis Ossibus tam bene hic exprimentur, ut ulteriore descriptione non indigeat.

G. *Septum Narium*, cujus pars ossis antica hic demonstratur, componitur partim *Offe Cribriformi*, partim Processu *Offis Quarti* Malae.

H. Os Sextum Malae sive *Os Spongiosum*; Ejus cum socio *Columbus* meminit, & *Spongiosa* nōminavit: semper observavimus haec Offa in humanis Calvariis distincta fuisse, aequè ac in Quadrupedum, in quibus postremis Offa ista *Spongiosa* mirum in modum disponuntur; sunt enim lata, tenuia, ossis corpora convoluta instar chartae, ostensa Tab. 61. Fig. 2. DD. Neque tantum in Quadrupedibus sic convolvuntur, sed etiam in corporibus humanis, licet non adeo involuta, & membrana pituitaria obducta, quae internum latum *Foraminum Narium* investit, super quibus rami Nervorum *Olfactoriorum* expanduntur.

I. Rima sive *Foramen Offe Cuneiformi* compositum unà cum *Offe Quarto*, & parte *Offis primi* Malae, vulgo *Foramen Quartum Offis Sphenoidis*, seu *Tertium Foramen* *Offis Quarti* Malae.

- K. *Os Frontis.*
- L. Pars *Bregmaticis* sinistri.
- M. *Os Squamosum* sive *Temporale.*

Fig. 2.

- Superficies Inferior Basis Calvariae.
- A. *Os Occipitis.*
- B. Pars *Bregmaticis.*
- C. Pars *Offis Temporalis*, dicta *Processus Mamillararis.*
- D. *Os Fugale* compositum Processu *Offis Temporum* & primo *Offe* Malae.

- E. Quatuor *Dentes Incisores.*
- F. Inferior, Octo *Dentes Molares*, ab utroque latere Quatuor. Reliqui sunt *Dentes Canini.*
- G. *Foramen Quartum* *Quarti* *Offis Malae.*
- G. F. Pars Inferior *Quarti* *Offis Malae* proximè Palatum; a quibusdam ideo *Os Palati* vocatur.

H. Septimum Par Ossium Malae, *Offa Palati* adpellata. Perforantur haec Offa ab utroque latere (hh) prope *Dentes Molares*; quod Foramen commune est illis cum *Offe Quarto* Malae, & *Foramen Quintum* istius *Offis* dicitur, ut supra vidimus. Haec septem Ossium Malae paria ab utroque latere sunt quatuordecim, quibus *Columbus* alterum sine socio adjicit, & *Quintum* *Decimum* Malae censetur.

I. *Quintum* *Decimum* *Os Malae*, quod *Columbus* *Vomeri* composuit, *Septum Narium* constituens.

K. *Processus Pterygoideus* sive *Aliformis*, qui primus habetur Processuum *Offis Sphenoidis.*

Musculus Pterygoideus Internus, ab interna parte sinus horum Processuum oritur, Vid. App. Fig. 8. g.

L. Pars *Processus inferior*, sive *Appendix Styloides*: parte ejus superiore abrupta ab utroque latere in hac Figura.

M. *Margo Meatus Auditorii* in *Offe Temporali* a sinistro latere.
 N. *Sinus Offis Petrofi* sive *Temporalis*, qui caput *Processus Longi* Malae excipit.

OO. Duo *Processus Offis Occipitis*, qui cum prima Colli *Vertebra* *Articulum* formant.

P. *Appendix Anterior* sive *Processus Offis Occipitis*, a *Veslingio* in Anima adversionibus in hacce Figurâ Cap. XIII. falsò vocatur *Os Sphenoides.*

Q. *Processus Mammiformis* sive *Mastoideus Offis Temporum* a sinistro latere.

R. *Magnum Foramen Offis Occipitis*, per quod exit *Medulla Oblongata* ex Calvaria.

SS. *Asperitates* & *Sinus Ossium Occipitis*, provenientes ab *Insertionibus* Musculorum caput moventium.

TT. *Partes Internae* primorum *Ossium Malae.*

VV. *Foramen Quartum Offis Cuneiformis.* Vid. Fig. 1. I.

W. Pars *Offis Cuneiformis* proximè *Processum Aliformem.*

XX. *Foramen Quintum Offis Cuneiformis*, compositum ad commissuram *Offis istius* & *Offis Petrofi*, & partis anticae *Offis Occipitis* ab utroque latere.

Y. *Foramen Sextum Offis Cuneiformis* ad radicem *Processus Pterygoidei*, per quod exit ex Calvaria ramus *Quinti Paris Nervorum.*

ZL. *Foramina Ossium Temporum*, per quod primum *Basin* Calvariae *Arteriae Carotides* ingrediuntur.

Fig. 3.

Pars Inferior Maxillae.
 a. Interna Pars Maxillae, unde incipit *Musculus Mylohyoideus.*
 b. *Magnum Foramen* in parte Maxillae interna, per quod *Vasa Sangui-fera* & ramus *Quinti Paris Nervorum* transeunt ad *Dentes*, Fig. 1. b. Externa hujus *Offis Foramina*, per quae *Vasa* ista exeunt ex *Offe* rursus in itinere suo ad *Musculos Labiorum.*

C. Curtus conspectus *Processus Coronae Maxillae*, *Processus brevis* nominatus.

DE. Caput *Processus Longi Maxillae Condylus* dictum, qui cum *Offe Temporum*, mediante cartilagine mobili, *Articulum* facit. Vid. App. Fig. 8. T. S.

E. *Cervix* *Processus Longi Maxillae.*

Fig. 4.

- Dentes Malae* & *Maxillae* ab uno solum latere, exempti ex *Alveolis.*
- AA. *Incisores.*
- BB. *Canini.*
- CC, &c. *Molares.*

Fig. 5.

Latus Dextrum Maxillae, in quo *Alveoli*, exemptis *Dentibus*, repraesentantur.

- A. *Processus Coronae*, cui *Musculus Temporalis* affigitur.
- B. *Processus Condylus.*
- CC. *Alveoli.*

Fig. 6.

AA, &c. Varii *Dentes fracti* vel variè divisi, ut *Cavitates internae* & *Sinus* ostendantur.

Fig. 7.

Unus ex *Molaribus* similiter fractus, ut interna ejus fabrica demonstratur, majòr veritate figuratus.

- A. Pars saxea externa.
- B. Saxeae Striae *Dentis*, lapideo Cortice exuti.
- C. Pars interna Saxea *Dentis*, eò poris plenior, quò propius ad mediam ejus cavitationem accedit.
- D. Cavitas Media *Dentis*, membrana, vasis sanguiferis & nervis *Dentis* instructa, unde *Materia Dentis* suppeditatur, ut germinet & damnum reficiat, quod crebrò attitit in cortice sive parte saxea tulit: Sic cum *Dens desideratur* sive in *Mala*; sive in *Maxilla*, *Dens* illi oppositus plus crescit, propterea quod in *Masticatione* minus ei resistitur. Quando haec Membrana intra *Dentis* cavitationem, abrupta parte ejus superiore, exponitur corpori duro aut frigido liquori, exquisitissime sentit, ac non raro *Fungus* ab ea carnosus nascitur: in hisce casibus remedium optimum est dentem eximere.

E. Membrana externa incumbens illi parti *Dentis* intra *Alveolum*. Qui dubitant, an talis Membrana existat nec ne, possunt sic sibi de ea re satisfacere; eximatur *Dens* vivo aut nuper mortuo corpore; immittatur aquae per aliquot Dies, Membrana sic erit conspicua etiam oculo inermi.

F. Basis *Dentis.*

G. Apex unius ex ejus radicibus, ubi *Vasa sanguinea* orta ex *parietibus Alveoli*, exhibentur in illam ejus partem decurrentia, quae in *Alveolo* sita est.

Fig. 8.

Saxeae partes *Dentis Foetus*, quae intra *Maxillas* jacentes, *Pervisio* obducuntur, sicuti in dissecando humano *Foetu* olim mihi adparuerunt, Vid. Tab. 101. LL.

- AA. Lapidèa *Capsula* unius ex *Dentibus Incisoribus.*
- BB. *Canini Capsula.*
- CC, &c. Superiores partes *Lapideae Dentium Molarium* in *Foetu.*

Fig. 9.

Os Hyoides, sive *Os Linguae*, unà cum duobus *Processibus* *Cartilaginibus* *Scutiformis.*

- A. *Os Medium Offis Hyoidis.*
- B. Pars ejus superior proximè *Linguam.*
- C. Pars ejus Interna concava versus *Fauces.*
- D. Pars Superioris *Processus Longi Cartilaginibus* *Scutiformis* a sinistro latere laxè extremo *Offi Hyoidis* ligata ab eodem latere; qui a dextro latere est, in hac Figura non notatur literis.
- E. Unum ex duobus *Ossibus* ad latus, quae faciunt ad constituendum *Os Hyoides.*

TAB. NONAGES. TERTIA.



A Offibus Capitis ad illa venimus, quae id & Truncum corporis sustinent; ad Ossa scilicet Colli, Dorfi, Lumborum, *Os Sacrum & Coccygis*; Omnia haec simul solent *Spina* vocari. Quum sit necesse Caput & Truncum corporis variè moveri, igitur requirebatur, ut eorum sustentaculum non ex uno tantum Osse constaret, sed ex pluribus, quae *Vertebrae* dicuntur: harum numerantur viginti quatuor: Septem nimirum Colli; Dorfi Duodecim, & Quinque Lumborum. In aliquibus subjectis reperimus sex solum *Vertebrae* Colli; in alio Tredecim *Thoracis*, totidemque costas; ut videre licet in Sceletro nunc suspenso in medio Theatro Chirurgorum Londinensium Anatomico; simile, nullus dubito, videri potest in Lumbis, vel jam visum est: Pars Spinae inferior ex *Osse Sacro & Coccygis* conflatur.

Fig. 1.

Pars primae *Vertebrae* Colli inferior, *Atlas* dicta, quia totum caput sustinet.

- A, Pars ejus antica.
- B, Pars ejus postica, sine Processu Spinali.
- CC, Processus Transversi perforati, ut cervicalis Arteria & Vena transmittantur.
- DD, Duo Processus Ouales, quorum superficies laeves sunt, & cartilagine obductae, qui Processus ad utrumque latus moventur super illis Fig. 3. BB.

Fig. 2.

Pars superior primae *Vertebrae* Colli.

- A, Latus internum partis posticae primae *Vertebrae* Colli prope *Medullam Spinalem*.
- B, Latus externum & pars antica ejusdem *Vertebrae*.
- CC, Duo Processus, quorum cavitates exiguae cum duobus Tuberculis aliquantum gibbis, *Ossis Occipitis* articulum faciunt, Tab. 92. Fig. 2. OO; in hoc Articulo caput movetur antrosum, retrorsum & ad latus.
- D, *Sinus* in superiore parte hujus *Vertebrae*, in quo Truncus contortus unius ex arteriis cervicalibus decurrit ad *Magnum Foramen Ossis Occipitis*.

Nota, *Magnum Foramen hujus primae Vertebrae Colli debere esse multo majus, quam ullum ex inferioribus, ne initium Medullae Spinalis caput ad latus movendo aliquid grave pateretur; in hac actione ista prima Vertebra cum capite movetur super Axe vel Processu Dentis instar secundae Colli Vertebrae.*

Fig. 3.

Pars superior secundae Colli *Vertebrae*.

- A, Processus Odontoides super antica parte secundae *Vertebrae* insertus post partem primae *Vertebrae* (A, B, Fig. 1. 2.) cujus Apex A, ligamento margini partis anticae Magni *Foraminis Ossis Occipitis* ligatur: vid. Append. Fig. 8. E.
- BB, Duo Processus, quorum superficies cartilaginosae sunt Figura Ovali, & respondent illis processibus Fig. 1. DD. quibus Caput rotatur. Caeterae partes notandae hujus Figurae sciri possunt explicatione sequentis.

Fig. 4.

Pars inferior secundae *Vertebrae* Colli.

- A, Processus Odontoides dictus *Epistropheus*.
- B, Superficies inferior partis Secundae *Vertebrae* Anticae, cum superiore & antica parte Tertiae conjuncta. Fig. 5. C.
- CC, Processus ejus Transversi perforati, ut vasa sanguifera transmittantur, ut in Fig. 1. CC.
- DD, Duo ejus Processus descendentes obliquè super duobus obliquè ascendentes Fig. 5. A. collocati.
- E, Pars secundae *Vertebrae* proximè *Spinalem Medullam*.
- F, Duplex Processus Spinalis, in quo inseruntur superiores *Musculi Interspinales*.

Fig. 5.

Pars superior Tertiae *Vertebrae* Colli.

- A, Unus ex ejus Processibus obliquè ascendentes.
 - B, Processus ejus Transversus perforatus, ut in duabus primis *Vertebrae*.
 - C, Pars superior corporis Tertiae *Vertebrae*, super qua pars inferior secundae collocatur.
- Nota. *Quod superest Figurae, potest intelligi explicatione Praecedentis.*

Fig. 6.

Pars inferior Tertiae *Vertebrae* Colli.

- A, Processus ejus descendens obliquè.
- B, Processus ejus Transversus perforatus, ut supra notatum.

Fig. 7.

Pars superior primae *Vertebrae* Dorfi.

- A, Transversus ejus Processus non perforatus ut Colli.
- B, Processus ejus Spinalis super parte postica.
- C, Exigua Cavitas in parte antica Processus Transversi, quae Tuberculum primae Costae excipit. vid. Tab. 94. Fig. 2. B.
- D, Unus ex Processibus ascendentes obliquè, qui descendentes ultimae vertebrae Colli excipit.
- E, *Sinus*, in quo quidam ex Nervis Axillaribus prodeunt ex *Specu* sive magno *Foramine Vertebrae*.

Fig. 8.

Pars inferior ejusdem primae vertebrae Dorfi sive *Thoracis*.

- A, Processus ejus Transversus.
- B, Processus Spinalis.
- C, Cavitas parva in processu Transverso, cui Tuberculum secundum primae Costae committitur.
- D, Processus ejus obliquè descendens, exceptus ab Ascendente proximae vertebrae.

Exemptis e Cavitate Thoracis Comitibus postremi de *Peterborough* Visceribus, rogabar ab uno ex Medicis, Doctore *Johnsson*, qui semper aderat Comiti per tempus aliquod ante obitum, ut *Vertebrae Thoracis* examinarem, quia Comes non tantum questus erat de gravissimis circa octavam & nonam *Vertebrae* illius partis doloribus, praefertim *Hypochondrii* dextri &c, sed etiam unus ex Processibus Spinalibus harum vertebrae cernebatur plurimum aliquot hebdomadas ante mortem ejus prominere; neque ullum motum Trunci corporis ferre poterat; praeter haec eo tempore membra inferiora motu destituebantur aequè ac sentiendi facultate exquisita. Dum liberabam Truncum *Arteriae Magnae* Descendentem *Ductumque Thoracicum* a partibus *Vertebrae Thoracis* anticis, Tumorem inveni, cujus dura crassa membrana constabat praecipuè ex ligamentis *Vertebrae*: Tumorem aperui, & subfusca Materia ex illo effluxit: Examinando ulterius, superiorem & anticam Nonae partem similiter ac partem inferiorem Octavae *Vertebrae Thoracis* consumtam inveni penitus & exesam; in tantum, ut sine difficultate summum *Indicem* in *Foramen* indere, et *Medullam Spinalem* membranis solummodo tectam explorare potuerim. Nullus dubito, quin pars *Materiae* in hoc tumore contenta, in partem inferiorem *Specus* *Vertebrae Lumborum & Ossis Sacri* (postquam erat disruptus) descendisset, & inferiores nervorum propagines laesisset, quo minus officii fungerentur; sed decor hic nostram indagationem prohibuit; nam *Vertebrae* corpora debuissent ferro abscindi, ut ejusmodi res exploraretur.

Fig. 9.

Pars superior unius ex *Vertebrae* Lumborum.

- A, Processus ejus Transversus: Partes ejus caeterae possunt cognosci explanatione Quintae & Septimae Figurarum.

Fig. 10.

Pars inferior ejusdem vertebrae Lumborum, cujus Explicatio ad Fig. 8. referenda.

Fig. 11. 12.

Partes superiores duarum inferiorum *Vertebrae Lumborum*.

- AA, Processus earum Transversi.
- BB, Processus earum obliquè ascendentes.
- CC, Corpora *Vertebrae*.
- DD, Processus earum Spinales.



Fig. 5.




Fig. 3.




Fig. 1.




Fig. 4.




Fig. 2.




Fig. 6.




Fig. 9.




Fig. 11.




Fig. 7.




Fig. 12.




Fig. 10.




Fig. 8.




Fig. 2.




Fig. 1.




Fig. 3.




Fig. 4.




Fig. 5.



Fig. 6.




Fig. 8.




Fig. 7.



TAB. NONAGES. QUARTA.



Costae sunt numero duodecim a singulo latere; interdum invenimus tredecim, alias tantum undecim a singulo latere, & non raro duodecim ab uno latere, & undecim ab altero: septem superiores *Verae* nominantur, quae *Sterno* sive *Offi Pectoris* junguntur, mediantibus cartilaginibus: Costae inferiores sunt *Nothae* seu *Spuriae*. Novem Costae superiores duplici modo cum Dorfi *Vertebris* articulum efficiunt; uno ad latus partium anticarum corporum *Vertebrarum*; altero ad partes Processuum transversorum anticarum. Duae, aliquando tres Costae inferiores articulum cum corporibus *Vertebrarum* componunt, neque tangunt Processus earum transversos. Infima & ultima Costa extrema cartilagine non adligatur Costae superiori, ut caeterae Nothae, sed Apex ejus originem praebet parti Musculi *Abdominis* oblique descendentis.

Fig. 1.

Pars inferior Costae primae Lateris Dextri.

Fig. 2.

Pars superior ejusdem Costae.

AA. Pars illa primae Costae proxime *Sternum*.

BB. Tuberculum ejus articulum constituens in *Sinu* Processus Transversi primae *Vertebrae*.

CC. Caput ejus parvum in *Sinu* corporum anteriorum primae *Vertebrae* exceptum ad latus.

DD. Pars ejus media lata plana que.

Fig. 3.

Pars inferior sextae sive septimae Costae Verae Lateris Dextri.

Fig. 4.

Pars ejusdem Costae superior.

AA. Extrema illa pars ossea Costae juncta Cartilagini, inter eam & *Sternum* positae.

BB. Alterum extremum cum *Vertebra* Dorfi a latere articulum facit.

C. Tuberculum articuli modo Processui Transverso *Vertebrae* commissum.

E. Fig. 3. *Sinus* in inferiore Costae parte factus, ut Vasa Sanguifera transmittat, qui vitandus est in perforando *Thorace*, in casu *Empyematis*. &c.

Fig. 5.


Infima crepido & pars interna Costae undecimae a Dextro Latere.

Fig. 6.

Crepido superior, & pars tam externarum, quam internarum partium ejusdem Costae.

Fig. 7. 8.

Internae & Externae Partes Costae duodecimae.



TABULA NONAGES. QUINTA.



repraesentat *Scapulas, Claviculas & Os Pectoris seu Sternum.*

Fig. 1.

Externa Pars gibba *Scapulae* sinistrae.
 AB, Externum latus *Scapulae* fornicatum aliquantulum sive gibbum.
 C, *Spina Scapulae*.
 D, Ejus Extremum, *Acromion* dictum, cum extrema *Clavicula* Articulum faciens.
 E, *Processus Coracoïdes*, a quibusdam *Ancyroides* vocatus.
 F, *Processus Brevis* *Scapulae*, qui caput *Humeri* excipit.
 Partes reliquae, quae *Scapulam* circumscribunt, in sequente Figura Explicantur.

Fig. 2.

Interna concava pars *Scapulae* Dextrae.
 ABB, Varias Eminentias super latere *Scapulae* interno, unde *Fibrae Musculi Subscapularis* ortum ducunt.
 C, Angulus *Scapulae* inferior.
 D, Superior *Scapulae* Angulus.
 E, Superior *Processus Coracoïdes*.
 FFG, *Foramina* pro vasis sanguiferis, quae ingrediuntur & egrediuntur *Ossis* medullium.
 G, Inferior, *Sinus Processus Brevis Scapulae*.
 G, Superior, Interna seu inferior pars *Acromii Scapulae*.
 H, *Cervix Processus Brevis*.
 Nota: a C ad D *Basis Scapulae* dicitur; a D ad F *Costa Superior*; ab H ad C *Costa inferior Scapulae*.

Fig. 3.

Pars superior *Claviculae* Dextrae: Quidam vocant *Claviculas, Ossa Humerorum*: dicuntur etiam *Furculae*.

Fig. 4.

Pars inferior sinistrae *Claviculae*.

A, Pars illa *Claviculae*, quae cum superiore parte *Sterni* Articulum constituit, in quo corpus cartilagineum collocatur haud ab simile illi *Maxillae* cum *Osse Temporum*. Vid. App. Fig. 8. S, T.

B, *Clavicula* extrema, quae *Acromio Scapulae* committitur, auxilio duorum corporum *Cartilagineorum* sibi mutuo adpositorum, planorum fere, & ligamentis connexorum. Hanc *Claviculae* cum *Acromio* commissuram vidi plus unâ vice luxatam, aegro ab alto delapso, & *Acromio* primùm in *Terram* incidente. In eo casu *Scapula* cum *Brachio* erunt depressa, & extimum extremum *Claviculae* videbitur surgere: *Luxationem* istam memoro, quia ab *Auctoribus* fere omnibus praetermittitur.

C, Media superior & externa Pars *Claviculae* Dextrae.

D, Media inferior & externa superficies *Claviculae* sinistrae: *Ufus Clavicularum* est *Scapulas* una cum *Ossibus Humerorum* sustinere.

Fig. 5.

Externa & antica pars *Sterni*, cujus *Facies* in *Adulto* multum distat a *Foetus*; ut cernere licet *Tab. 101. 6*. In corporibus senio confectis in unum *Os* ex toto consistit; in quibusdam *Adultis* in duo dividitur; in aliis, ut in hoc subjecto, tria distincta ossa habet.

A, Superius & maximum *Os Sterni*.

B, *Sinus*, qui internum rotundum *Claviculae* finem excipit.

C, Pars superior, sive *Sinus Sterni* fere semicircularis.

D, *Os Medium Ossis Pectoris*.

EEE, *Sinus* in medio *Osse Sterni* ad latera; in quibus extremitates cartilagineae *Costarum Verarum* excipiuntur.

F, Inferius *Os Sterni*; cujus extremitas vulgò est cartilaginea, diciturque *Cartilago Mucronata* sive *Ensiformis*; format externè cavitatem illam *Scrobiculum Cordis* nominatam; cujus dolores *Cardialgiae* vocantur, *Os superius Ventriculi Cardia* dictum adficientes, ubi *Plexus Nervorum Ventriculi superioris ac inferioris* facti sunt.





Fig. 5.

Fig. 4.







Fig. 3.





TAB. NONAGESIMA SEXTA.



Haec Brachii ostendit, unâ cum duobus ossibus Cubiti: Haec unâ cum Manûs ossibus, in Figura sequente exhibitis, dicuntur vulgò Ossa Manûs; sed propriè ut supra dividuntur; Primùm de Osse Brachii, quod propriè est pars illa inter Cubitum & Humerum; Brachium totum Ossa Cubiti comprehendit.

Fig. 1.

- A. Pars antica *Ossis Humeri* Brachii dextri.
 B. Caput rotundum *Appendicis* ejus superioris cartilagine obductum, quod Articulum cum *Scapula Artbrodiâ* constituit.
 C. *Sinus* superioris partis *Ossis Humeri* circularis, cui Ligamentum juncturam continens, unâ cum Tendinibus *Musculi Supraspinati, Infraspinati, Teretis Minoris & Subscapularis* inferuntur.
 D.F. Duae Prominentiae *Ossis Humeri*.
 E. *Sinus* inter duas novissimè memoratas Prominentias, ubi externum tendineum Initium sive Caput *Musculi Bicipitis* excipitur. Vid. Tab. 65. I.
 G. Tuberculum *Appendicis* inferioris *Ossis Humeri*, quod in cavitate exigua in superiore extremo *Radio* excipitur.
 H.K. Pars illa *Ossis Humeri*, quae cum superiore extrema *Ulna* Articulum *Ginglymo* facit.
 I. Tuberculum internum *Ossis Humeri*, unde maximam partem *Musculi Digiti & Carpi* flectentes unâ cum *Musculo Pronatore Radii Terete & Palmari Longo* oriuntur.
 L. Interstitium inter *Appendicem Ossis Humeri* & ejus Tuberculum internum.
 N. Magnum *Foramen* pro vase *Ossis* sanguifero.
 Ad puerum nuper advocatus eram decem circiter aut duodecim annorum: Is inter ludendum cum aequali suo, ante dies quatuor vel quinque, sic unum ex Brachiis laeserat, ut neque antrorsum neque retrorsum post haec, ne dum sursum versus caput movere posset; sed supererant omnes actiones Cubiti & Digitorum, ut vulgò comperimus in iis, qui *Os Humeri & Scapulam* luxarunt: *Humeri* examinati cum nulla fuerit luxatio, *Brachium* movendo, observavi *Os* prope *Humerum* multum stridere; quod aliter conjeci fieri non potuisse, quam si *Appendix Ossis Humeri* superior ab *Osse* disrupta esset. Ad justam tunc redegi Figuram, applicatoque *Emplastro de Saponè*, ut *Cruenta* concreta attenuarentur, involvi fasciis, & ex eo tempore melius habet, cessantibus, ut ipse dixit, motu in extremis *Digitis* tremulo & dolore in *Humero* vehementi. Tales casus ab Auctoribus memoratos non invenio, ubi scilicet *Appendices Ossium* in corporibus junioribus abrumpuntur; sed mihi persuasio ex aliis exemplis aequè ac isto; talia saepe evenire, quae vulgus *Chirurgorum* latent.

Nota. Has *Fracturas Ossium* in *Appendicibus* in junioribus corporibus, citius coire, quam cum *media Ossa* franguntur.

Fig. 2.

- Pars postica sinistri *Ossis Humeri*.
 M. Cavitas, ubi superior & postica pars *Ulnae* (Fig. 3. 4. C. F.) *Olecranon* dictum, excipitur *Extensio* Brachio.
 N.N.N. *Foramina* pro vasis sanguiferis, quae *Medullam* & partes *Ossis* internas permeant.

Fig. 3.

- Ulna* sive *Os Cubiti* Brachii dextri.
 A.B. Latus internus, prope *Truncum Corporis*.
 C. Pars ejus superior sive *Olecranon*, quod cum *Osse Humeri* Articulum facit.
 D. Pars ejus inferior, cujus superficies laevis a latere in *Sinu* excipitur, ad inferiorem partem *Radii* a latere.
 E.F. *Sinus* semicircularis *Ulnae*, qui excipit & excipitur duobus *Tuberculis* & *Sinu Appendicis Ossis Humeri* (Fig. 1. K.H.) quae articulatio *Ginglymus* dicitur.
 G. Inferior & minor *Processus acutus Ulnae, Styloides* dictus

Fig. 4.

- Latus illud *Ulnae* sinistrae prope *Radium*.
 A. *Sinus* fere semicircularis *Ulnae*, in quo *Caput Radii* superius, Fig. 5. 6 BB, excipitur a latere.
 B.C. Latus ejus externus prope *Radium*; B, Finis ejus inferior proxime *Carpi*; C, ejus superior (*Olecranon*) versus *Os Humeri*.
 D. Tuberculum laeve in fine *Ulnae* infimo, quod in *Sinu Radii* excipitur, ut supra notatum Fig. 3. D.
 E. *Processus Ulnae* anterior, qui *Sinum* semicircularem format, articulo cum *Osse Humeri* commissum; Fig. 1. K.H. Hic *Processus* in *Sinu* excipitur ad inferiorem & anticam partem *Ossis Humeri*, (Exhibitum Fig. 1. supra K.H.) cum *Cubitus* flectitur.
 F. Superior & Posterior *Ulnae* *Processus* similiter, formans superiorem ejus & semicircularem *Sinum*; qui *Processus* in cavitate (M. Fig. 2.) inferioris & anticae partis *Ossis Humeri* excipitur, cum *Cubitus* extenditur.
 G. Pars minoris acuti *Processus Ulnae, Styloides* dicti.

Fig. 5.

- Pars postica *Radii* Cubiti sinistri.
 A. *Cervix Radii*.
 B. *Appendix* ejus superior; in cujus *Sinu* superiore concavo (in hac Figura non exhibitio) excipitur Tuberculum gibbum *Appendicis* inferioris *Ossis Humeri*, Fig. 1. G.
 C. D. Pars *Radii* inferior, quae *Carpi* *Ossibus* articulo committitur, exhibita Tab. 97. Fig. 2.
 E. *Sinus* in *Radio* a Latere, qui *Caput Ulnae* inferius excipit, Fig. 3. 4. DD.
 F. *Sinus* alter in parte *Radii* inferiore, qui *Tendinem Musculi Extensoris Tertii Internodii Pollicis & Indicatoris* excipit. vid. Tab. 70. C, N.

Fig. 6.

- Pars antica *Radii* Dextri.
 A. Tuberculum ejus paulò infra *cervicem*, cui *Tendo Rotundus internus Bicipitis Musculi* inseritur. vid. Tab. 65. I.
 B. Laeve cartilaginofum latus externus Partis superioris seu *Capitis Radii*; quod excipit *Sinus* fere semicircularis in extrema *Ulna* superiore, Fig. 4. A.
 Hac articulatione *Radii* cum *Ulna*, ille potest verti super *Ulna*, instar *Axis*, ulna eo tempore manente inmota; motus iste *Radii* unâ cum manu, *Pronatio* dicitur vel *Supinatio*: *Pronatio* fit, cum vola manus vertitur deorsum, & dorsum sursum; contra *Supinatio* dicitur, cum vola sursum, dorsum deorsum vertitur.
 C.D. Pars *Radii* inferior, quae articulo *Ossibus Carpi* committitur.

Nota. *Foramina vasorum sanguiferorum Ossium* bene in hac *Tabula* exhibentur.



TAB. NONAGESIMA SEPTIMA.



emonstrat Ossa Manus proprie sic dictae.

Fig. 1.

Partes internae Manus, proximè Volam:

Hae in tres partes distinguuntur; scilicet *Carpum* sive Brachialem, (1, 2, 3, 4, &c.) *Metacarpum* sive Postbrachialem (E E E), & *Digitos* (F G H I); Primò de Ossibus *Carpi*: sunt octo numero, & ex duobus ordinibus Ossium composita; quorum primus vulgò censetur quatuor habere 1, 2, 3, 4; Ossa duo prima conjunctim glabram gibbamque formant superficiem, obductam cartilagine, quae excipitur *Sinu* exiguo ad inferiorem *Radii* partem, Tab. 96. Fig. 5, 6. C D; quae articulatio *Arthrodià* dicitur: Os tertium hic exhibitum, non confert compositioni Articuli, sed super quartum adnectitur ligamento, quae connexio *Syndesmosis* adpellatur; Usus hujus Ossis tertii est, ut adjuvet ligamentum transversum sustinere, sub quo transeunt Tendines flectentes *Digitos*: Os quartum, inter secundum & octavum locatum, nullum ordinem componit, sive cum *Radio* sive Ossibus *Metacarpi* Articulum faciat, sed inter duos Ordines inseritur: Os quintum hic ostensum, propriè inter Ossa duorum Ordinum haberi non debet, & cum primo *Pollicis* osse facit Articulum; quae *Synarthrosis* adpellari potest: Os sextum hic repraesentatum, septimum debet numerari, sexto in hac figura non expresso, sed in Fig. 2. *: Potest id propriè haberi primum Ordinis secundi, cujus pars inferior cum osse *Metacarpi* *Indicis* articulum facit: Septimum Os *Carpi*, hic signatum sextum, ut supra notatum, instar praecedentis articulum facit cum Osse *Metacarpi* *Medii* *Digiti*, & propriè potest censi Os secundum Ordinis secundi: Os *Carpi* octavum, hic signatum septimum & octavum, est tertium & ultimum secundi Ordinis: Partes inferiores Ossium *Metacarpi* huic octavo Ossi *Carpi* *Synarthrosi* committuntur: Partes superiores Ossium trium secundi Ordinis, de quibus actum est novissimè, instar duorum primorum primi Ordinis, conjunctim glabram & gibbam formant superficiem in partibus eorum superioribus, quam apta excipit cavitas partium inferiorum primorum duorum Ossium Ordinis primi: Haec Articulatio concinnata ex Ordinibus Ossium duobus *Carpi* *Arthrodià* quoque dici potest.

ABCD. Quatuor Ossa *Metacarpi*, quorum partes superiores sexto, septimo & octavo *Carpi* Ossibus *Synarthrosi* committuntur, & partes eorum inferiores, Ossibus *Digitorum* *Arthrodià*.

E E E. Interstitia Ossium *Metacarpi*, in quibus *Musculi Inter-ossii* ponuntur; partes internae horum Ossium *Volam* versus sunt concavae, ut in Figura licet cernere; sed partes externae versus *Dorsum* *Manus* sunt gibbae, ut in Fig. 2; idem animadvertere licet in Ossibus *Digitorum* & *Pollicis*.

FFF, &c. Internodia prima, seu *Digitorum* & *Pollicis* Ossa.

GG. Internodia secunda.

HHH, &c. Tertia & ultima Internodia Ossium *Digitorum* & *Pollicis*.

IIKK. Articulationes Ossium *Digitorum* cum se mutuò, atque duorum ultimorum *Pollicis*, fiunt *Ginglymo*; sed *Digitum* Ossibus *Metacarpi* *Arthrodià* committuntur, ut supra vidimus.

9. 10. 11. Ossa *Sesamoidea*; quorum Decem ad singulam *Manum* dicuntur pertinere: scilicet Duo *Pollicis* locata super *Inferiore* & *Interna* Parte Ossis ejus primi F; Alia octo similiter locantur super *Inferioribus* & *Internis* Partibus Ossium *Metacarpi*.

In corporibus juvenilibus haec Ossa non, ut in aliis reperiuntur: Non rarò in liberando Ossa amittuntur, sive coquendo, sive aliter.

Fig. 2.

Ossa sicuti in *Dorso* *Manus* *Dextrae* adparent; Eorum Explicationem pete ex Fig. 1.

Fig. 3.

12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. Ossa *Carpi* a se mutuò separata.




Fig. 1.




Fig. 2.




Fig. 3.




Fig. 1.





Fig. 2.



TAB. NONAGES. OCTAVA.



entum jam ad duo Ossa, quae partem *Spinae Inferiorem* constituunt, scilicet *Os Sacrum & Coccygis*.

Fig. 1.

Latus externum, & pars *Ossis Sacri* antica, ex quatuor vel quinque Ossibus composita in *Foetu* instar vertebrarum; quae in adulto coalescunt, superstitibus tantum signis quibusdam commissurarum, praesertim in parte sua concava. Vid Fig. 2. D.

AAA, &c. Quaedam *Vestigia* conjunctionum adscendentium, & descendentium Processuum quintarum *Vertebrarum*, quae *Os Sacrum* constituunt. BBBB, *Foramina* formata Processibus ultimò memoratis & repleta praecipuè corpore cartilaginoso; ramis tantum aliquibus exiguis per ea transeuntibus ad *Musculum Glutaeum Maximum*.

CCC, DD, *Sinus* formati ab utroque latere *Ossis Sacri*, Processuum transversorum occursu.

E, Superficies superior partis *Ossis Sacri* inferioris, super qua ultima *Vertebra Lumborum* infidet.

F, *Specus* sive *Magnum Foramen Sacri*, continuatum a *Vertebrarum Dorsi Specu*, per quem *Nervi*, quorum ope *Cauda Equina* conflatur, ad exitum eorum descendunt, per *Foramina* hujus *Ossis* interna, Fig. 2. BBB.

GG, *Sinus* in Processu oblique adscendente *Vertebrae* primae *Ossis Sacri*, qui Processum ultimae *Lumborum Vertebrae* oblique descendentem excipit.

HH, Partes illae *Sacri Ossibus Ilium* connexae ope cartilaginis; quae conjunctio *Synchondrosis* dicitur.

II, *Spinae Sacri*.

kk, Duo *Sacri Processus*, Processibus *Ossis Coccygis* connexi, Fig. 3. A, B.

Fig. 2.

Latus Internum, sive pars *Ossis Sacri* antica.

AAA, Internum Latus glabrum quinque *Vertebrarum Sacri*.

BBB, *Foramina*, per quae *Nervi* exeunt ex ejus *Specu*.

CC, DD, *Commiffura Vertebrarum Sacri*, partim *Ossea*, partim *cartilaginosa*.

E, Pars *Sacri* inferior, parti superiori *Ossis Coccygis* commissa.

Fig. 3.

Pars postica *Ossis Coccygis*, constans ex quinque Ossibus sibi mutuò junctis *Synchondrosi*.

A, B, Duo Processus adscendentes *Ossis Coccygis*, processibus *Sacri* conjuncti. Fig. 1. kk.

1, 2, 3, 4, 5, Ossa diversa, quae *Os Coccygis* constituunt.

Fig. 4.

Pars interna *Ossis Coccygis*, cujus *Notae* explicantur in *Figura* praecedente.



TAB. NONAGESIMA NONA.

Fig. 1.



uperficies *Ossis Innominati* Interna concava, quod manifestò in Foetu ex tribus *Ossibus* conflatur; sed in adulto sic coalescunt, ut nulla supersint vestigia commissurae eorum cartilaginosae. Quibusdam dicitur *Os Ilium*, *Os Coxendicis* & *Os Anchae*, & interdum *Lumbare*: ut melius describeretur, *Dissectores* diversis ejus partibus nomina diversa dederunt, quae sic adparent in *Foetu*:

ABCD, Pars illa *Ossis Innominati*, dicta *Os Ilium*.

AAA, Interna pars ejus concava, in qua *Musculus Iliacus Internus* locatur, *Costa Ilium* vocata.

B, Spina *Ossis Ilium*.

C, Foramina vasorum sanguiferorum, quae *Meditullium* ejus ingrediuntur.

D, Pars illa *Ossis Ilium* ope cartilaginis *Sacro* commissa; quae commissura *Synchondrosis* dicitur.

E, Pars illa *Ossis Innominati*, *Os Pubis* sive *Pectinis* nominata.

F, Magnum Foramen *Ossis Ischii*, quod ex eodem Osse unà cum *Osse Pubis* conficitur.

G, Pars antica *Ossis Pubis*.

H, Pars Tertia *Ossis Innominati*, *Os Ischium* & *Os Coxendicis* adpellata.

I, Tuberculum *Ossis Ilium*, unde *Musculus Rectus Femoris* oritur. Vid. Tab. 75. G.

Fig. 2.

Externa gibba *Ossis Innominati*, Superficies.

ABB, Cavitas ejus, in qua caput *Ossis Femoris*, *Acetabulum* dictum & *Pixis*, excipitur.

A, Sinus in inferiore parte *Acetabuli*, ubi glandula mucosa sita est: Vid. Tab. 74. I. *Ligamentum Rotundum*, figuratum Tab. 74. k, ab inferiori parte *Acetabuli* versus externam ejus crepidinem oritur; unde sursum tendit ad Terminationem suam in Capite *Ossis Femoris*; quae Ligamenti positio est non contemnendum Naturae artificium, ut praecaveatur nimia collisio superioris partis *Acetabuli* & capitis *Ossis Femoris*, in ambulando currendo, &c. ut supra animadvertimus.

BB, Crepido *Acetabuli* externa, unde oritur *Ligamentum Latum*, quod cervicem *Ossis Femoris* inseritur.

CDE, Dorsum *Ossis Ilium*.

D, Superior, Spina *Ossis Ilium*.

EE, Processus diversi versus partem *Ossis Ilium*, ubi alterum ejus latus in priora Figura D, cum *Sacro* conjungitur.

F, Sinus *Ossis Ilium*, in quo *Musculus Pyriformis* tendit versus Finem suum.

G, Processus acutus *Ischii*.

H, Appendix *Ischii*, cui deligatur *Ligamentum* ab Osse *Sacro* ortum: Ab hac Appendice *Musculus Quadratus Femoris* & *Musculi Tibiam* flectentes oriuntur.

I, Pars illa, ubi *Os Ischium* cum *Osse Pubis* conjungitur.

K, *Os Pubis* sive *Pectinis*.

L, Magnum Foramen *Ischii* & *Pubis*.

Nota: Tria *Ossa*, quae *Os Innominatum* componunt, in *Acetabulo* concurrunt jungunturque.



Fig. 1.



Fig. 2.



Fig. 3.




Fig. 1.



Fig. 2.




Fig. 5.




Fig. 4.





Fig. 6.



TABULA CENTESIMA.



stendit *Ossa Foetus* unius mensis ad septimum a conceptu.

Fig. 1.

Sceletum *Foetus* circiter mensis a Conceptione; in quo Rudimenta *Ossium Cartilaginosa* varias habent exiguas osseas maculas in *Brachiis & Cruribus*.

Fig. 2.

Sceletum *Foetus* sex hebdomadam, in quo Rudimenta *Ossium Artuum* in maculis osseis adparent majora aliquantum, quam in praecedente Figura; *Claviculis* ex toto *Osseis*.

Fig. 3. 4.

Antica & postica pars sceleti *Foetus* circiter mensium trium; in quo Principia Omnium adparent.

Fig. 5.

Sceletum *Foetus* circiter Mensium quatuor; in quo *Ossa* cum *Appendicibus Cartilaginosis* adparent, nullo fere discrimine, magnitudine exempta, ab *Ossibus* in duabus praecedentibus Figuris.

Fig. 6.


Pars postica sceleti *Foetus* quatuor mensium circiter a conceptione.

In *Embryone*, sive primis *Foetus* Uterini rudimentis, partis, quae postea fiunt *Ossa*, tunc sunt totae cartilaginosae, usque ad finem circiter mensis primi a graviditate, quo tempore variae Maculae Osseae adparere incipiunt circa media *Ossa* majora Artuum, praesertim in *Claviculis*. Duobus mensibus a Conceptione, totum caput nullam praebet speciem Osseam, nisi par tertium *Malae*, & duo *Maxillae*, quae circa hoc tempus adparent distincta. Partes mediae *Clavicularum* sunt Osseae post sex hebdomadas primas. *Scapulae* nullam propriam speciem praebent circa mensem secundum a Conceptione, quo tempore partes mediae incipiunt fieri Osseae: Circa mensem tertium *Processus* earum *spinales* incipiunt *Ossis* fieri, aequè ac *Coracoides* & *Breves Processus*: prope hoc tempus tota *Spina*, vel *Vertebrae Colli, Dorsi, Lumborum, Os Sacrum & Coccygis*, incipiunt fieri *Ossa*. *Vertebra sexta Dorsi* internè, quaedam *Maculae Osseae* in quaque *Vertebra* adparent, & gradatim minuunt ad quintam *Colli Vertebra*; sic *Ossa* fieri minora pedetentim in quaque *Vertebra* versus partem *Spinae* inferiorem, ad *Tertiam Ossis Sacri Vertebra* animadvertere licet. *Incurvatio* sive *inflexio* totius *Spinae* antrorsum hoc tempore est maximè notanda. Quatuor *Vertebrae Colli superiores*, quasdam species praebent Osseas a latere, circa mensem tertium; prope quod tempus corpora trium *Vertebrarum superiorum Ossis Sacri*, videntur unum *Os* componere, sed partes ejus a latere non sunt Osseae ante quartum mensem, quo tempore corpora *tertia & quarta Vertebrarum Colli* adparere incipiunt. Mense quinto & sexto *Epistropheus* sive *Vertebra Colli secunda* maculam habet Osseam; sed *Processus* ejus *Odontoïdes* est adhuc cartilaginosis: desideratur etiam adhuc pars *Atlantis* antica sive *prima Vertebra*. *Os Coccygis* est cartilaginosis usque ad octavum vel nonum mensem circiter; quo tempore, in parte ejus interna, quae *Corpus* ejus vocatur, duae Osseae *Maculae* ad magnitudinem circiter capitum duarum majorum *acicularum* adparent. Omnes *Vertebrae Spinae Foetus*, eo tempore videntur ex tribus *Ossibus* compositae; Primum *Os* corporum *Vertebrarum* antrorsum; Deinde partes ejus a latere duae, *processus scilicet transversales*; nam *processus spinales* aliquamdiu post partum tantum adparent; quare *Spigelius* animadvertit, *Funambulorum & Saltatorum*, &c. *matura exercitatione*, in pueritia, *Spinas inflexioni Vertebrarum retrorsum* cedere; *Spinarum enim positio communis antea descendens* obliquè, hisce exercitiis magis ad *Horizontalem* accedit, & *acumina earum magis redduntur obtusa*.

Os Innominatum circa secundum mensem a Conceptione cartilaginosis est, parte, *Osse Ilium* dicta, exempta; ubi superior pars *Acetabuli* formatur, *Maculam Osseam* habet ad magnitudinem circiter capitum *aciculae vulgaris*. Quarto mense *Os Coxendicis* sive *Ischium*, pars altera *Ossis Innominati*, Osseam praebet speciem, ubi occurrit *Ossi Ilium* in *Acetabulo*, magnitudinem capitum *aciculae vulgaris* non excedens; simile animadvertere licet in *Osse Pubis* in *Acetabulo*: Haec tria *Ossa*, quae *Os Innominatum* constituunt, ope cartilaginosis in *Foetu* manent distincta, ad annum septimum aetatis, quo tempore *indicia cartilaginosis obliterantur*. Mense secundo omnes *Costae*, demtis *prima & ultima*, ita indurescunt, ut *Sinus* propter *Vasa sanguifera intercostalia & Nervos* adpareant. Hi *Sinus* exhibentur Tab. 94. Fig. 4. E.

Tempus formationis *Sterni* est incertum; fallitur tamen *Eustachius* asserens, prorsus id esse cartilaginosis in recens natis. *Kerckringius* ait se nunquam *Foetum* quatuor mensium dissectuisse, quin quaedam corpuscula ossea in *Sterno* invenerit. Cum in plerisque subjectis variant *Numerus eorum & Figura*, plura hic de iis dicere non opus est. *Artus* citò fiunt *Ossa*, ut in prima & secunda Figuris hujus Tabulae videre licet, ubi media *Ossa* adparent primò instar *alborum naevulorum* mense uno a Conceptione, ut supra notatum; sed quaedam eorum *Appendices* sunt omnino cartilaginosis aliquot menses a Partu. *Octo Cartilaginosis Carpi* fiunt *Osseae* spatium aliquod a Partu. *Appendices Ossium Metacarpi & Digitorum*, manent cartilaginosis prorsus menses aliquot a Partu; quod observare licet in *Pedibus & Digitis*; sic *Patellae* sunt ex toto *Cartilaginosis* menses aliquot a Partu.

TABULA CENTESIMA PRIMA.



Partes Ossium anticas *Foetus* novem mensium ostendit.

A, *Fronticulus* ad occursum Ossium *Sincipitis* & Ossium Frontis formatus; ibi enim in *Foetu* ossa non continuantur, per aliquot menses etiam in Infante, & annos interdum.

BB, Duo Ossa Frontis.

CC, Partes *Bregmatis*, sive Ossa *Sincipitis*.

DD, Sutura Sagittalis ad partem Nasi superiorem extensa.

EE, Sutura Coronalis; Suturae adpellantur ratione habita speciei illarum in Adulto, sed hic in *Foetu* videntur debere adpellari *Harmonia* potius; ad Lineas simplices accedentes, non incisae donec Ossa indurescunt; sed quoniam membrana interponitur, *Spigelius* commissuram in Infantibus *Synbymenesin* nominat.

F. Cartilago Nasi abscissa.

G, Ejus *Septum*.

HH, Mala, sive proprie Os quartum Malae.

II, Duo Ossa Maxillae.

K, Sutura eorum, vel magis proprie Conjunctio eorum *Synchondrosi*.

LL, Externae partes sive lapideae Dentium, etiam nunc in *Alveolis* jacentes, & *Periostio* Maxillae Ossis obductae: Tempus eruptionis eorum incertum est, & ordo, in quo adparent, vulgò cognoscitur; tamen in eo etiam variant interdum, & *Dentes Canini* adparent ante *Incisores*; si eruptio est difficilis, Gingivae crebro usu ita indurescunt, ut prava signa sequantur; quo in casu non solum Gingivae, sed etiam *Periostium*, quod eo tempore superiores Alveorum partes obducit, ferro acuto secandum est; quo Dens liberatur, & Tensio *Periostii* tollitur. In hac operatione respicere debemus tempus eruptionis illorum Dentium, super quos secturi sumus; nam illorum tantum Gingivae & *Periostium* secanda, qui prominentes adparent aliquantum: sectione immatura harum partium coalescunt, & inducta cicatrix eruptionem postea molestiorem reddit, praesertim si *Periostium* ipsum antea non sectum erat.

M, Sinistra Clavicula.

N, Pars interna Dextrae *Scapulae*.

O, *Acromion Scapulae* cum extrema Clavicula conjunctum.

P, Appendix Cartilaginosa Ossis *Humeri*.

Q, Os *Humeri*.

RR, *Ulnae*.

SS, *Radii*.

TT, Cartilagine, quae Ossa *Carp*i componunt ab utroque latere.

VV, Ossa *Metacarpi*, quorum extrema cartilaginosa.

WW, Ossa *Digit*orum, quorum *Condyl*i sive *Ap*pendices sunt cartilaginosa.

X, *Vertebrae Colli*.

Y, *Vertebrae Dor*si.

Z, *Vertebrae Lumb*orum.

1, Os *Sacrum*.

2, Os *Coccygis*.

3, Os *Ilium*.

4, Os *Iscium*.

5, Os *Pubis*.

6, 6, *Sternum* cum variis corpusculis Ossis,

7, 7, *Costae verae*.

8, 8, &c. *Costae Nothae*.

9, Cartilago *Ensisiformis Sterni*.

10, Os *Femoris*.

11, *Trochanter* ejus *Major* adhuc cartilaginofus.

12, *Trochanter* ejus *Major* similiter cartilaginofus.

13, Cartilago, quae *Patellam* facit.

14, *Tibia*.


15, Os *Surae* sive *Fibula*.


16, Cartilagine, quae Ossa *Tarsi* faciunt.

17, Ossa *Metatarsi*.


18, Ossa *Digit*orum, quorum extrema cartilaginosa sunt; instar Ossium *Digit*orum *Manus*.







TAB. CENTESIMA SECUNDA.



ST pars Sceleti postica *Foetus* novem mensium.

A, Pars Suturæ Sagittalis.

BB, *Ossa Bregmatis.*

CC, *Sutura Lambdoides.*

D, *Os Occipitis*, quod vulgò in *Foetu* in quatuor *Ossa* dividitur, quorum tria in hac *Figura* adparent; quartum inter *Ossa Petroso* jacet & *Ossi Sphenoidi* committitur, Tab. 92. Fig. 2. P.

E, *Os Temporum* five *Squamosum*, nondum commissum illi parti ejus five *Processui*, qui *Petrosus* vocatur.

FF, *Maxilla.*

G, *Os Jugale.*

HH, &c. *Septem Vertebrae Colli.*

II, &c. *Duodecim Thoracis.*

KK, &c. *Quinque Lumborum*, sine *Processibus Spinalibus.*

L, *Scapula Dextra.*

M, *Pars Dextrae Claviculae.*

NN, &c. *Costae Verae.*

OO, &c. *Costae Nothae.*

P, *Os Humeri.*

Q, *Ulna.*

R, *Radius.*

S, *Cartilagine*, quæ *Ossa Carpi* faciunt.

T, *Ossa Metacarpi.*

V, *Ossa Digitorum.*

W, *Os Sacrum.*

X, *Ilium.*

Y, *Ischium.*

Z, *Pubis.*

1, *Os Femoris.*

2, *Appendices Cartilaginosa* inferioris partis *Femoris* & partium *Tibiae* & *Fibulae superiorum.*

3, *Tibia.*

4, *Fibula.*

5, *Cartilagine*, quæ fiunt *Ossa Tarsi.*


6, *Ossa Metatarsi.*

7, *Ossa Digitorum.*

Nota, *Varias esse partes hujus Figuræ notabiliores, aequæ ac Tabulae præcedentis, quæ non insignitæ sunt literis: Ut Spinae Scapularum, Appendices Ossium Humeri Ulnæ, Radii, Femoris, Tibiæ, Fibulae &c. sed cum Maximam partem jam literis insignitæ sunt in aliis Ossium Figuris, repetere illas in hisce super sedebimus, quum tantarum sit accessio literarum in hisce Figuris facta.*



TAB. CENTESIMA TERTIA.



Haec Artuum Inferiorum dividuntur in Ossa Femoris, cruris & Pedis

Fig. 1.

Pars Antica Ossis Femoris Sinistri

A, *Appendix superior Ossis Femoris*, caput ejus vocata, tecta cartilagine, quae *Acetabulo Ossis Innominati*, Tab. 99. Fig. 2. ABB. excipitur.

Ligamentum Rotundum ab inferiori parte Acetabuli ortum, prope medium Ossis Femoris caput inferitur, Fig. 2. B. Haec Articulatio Ossis Femoris cum Osse Coxendicis *Enarthrosis* dicitur.

B, *Trochanter Major*, qui in corporibus juvenilibus connexus videtur Ossi Femoris cartilagine, & proinde *Epiphysis* seu *Appendix* vocatur.

C, *Cervix Ossis Femoris*, cui Ligamentum Latum deligatur.

DE, *Appendix Ossis Femoris inferior*, duo efformans capita: superficies glabra, cartilaginosa, quae inter ea adparet, superficiem *Patellae internam* excipit, Fig. 4.

F, *Sinus*, unde *Musculus Popliteus* originem suam tendinosam ducit.

Fig. 2.

Pars posterior Ossis Femoris dextri.

A, Caput ejus.

B, Parva cavitas, ubi Ligamentum Rotundum inferitur.

C, *Trochanter minor*, cui *Musculus Psoa* & *Iliacus Internus* inferuntur.

DE, Duo capita inferiora Ossis Femoris, quae duabus exiguis fossulis, formatis duabus semilunaribus cartilaginibus, in parte *Tibiae* superiore excipiuntur: *Sinus* inter haec duo capita, exiguum Tuberculum in superiore *Tibiae* parte, excipit, praecipue quum flectitur: Haec Articulatio Femoris cum *Tibia* *Ginglymus* nominatur.

F, *Magnus Trochanter*, ubi *Musculus Pyriformis*, *Marsupialis*, *Obturator Externus*, & partes *Glutei Medii*, *Minimi*, & *Quadratus Femoris* inferuntur.


GG, *Linea Aspera*, cui pars *Musculi Quadrati Femoris*, *Gluteus Maximus*, & maxima pars *Tricipitis* inferuntur: *Vastus Externus* & *Internus* oriuntur imprimis a *Linea aspera*.


In quibusdam corporibus praesertim aetate proVectis, Duo *Ossa Sesamoidea* super partibus duorum capitum inferiorum Ossis Femoris, DE, superioribus inveniuntur: Usus illorum est ut tueantur Tendines flectentes *Tibiam*, ne nimium capitibus Ossis istius collidantur, quod aliter accideret: Ossa fieri similia plus una vice animadverti in *Tendine Peronaei Longi*, ubi torquetur *Calcis Os* transeundo *Plantam Pedis* versus.

Fig. 3. 4.

Prior Figura Externam Asperam *Patellae* Partem exhibet; posterior superficiem ejus Internam Glabram obductam cartilagine, quae adplicatur parti Anticae commissurae *Ossis Femoris* & *Tibiae*, ubi adligatur *Tendine* omnium *Musculorum Tibiam* extendentium: quare a *Spigelio* ejus conjunctio *Syntenosis* adpellatur: Usus *Patellae*, (a quibusdam *Rotula*, *Mola*, *Scutum*, *Os Scutiforme* vocatur, &c.) est, ut *Os Femoris* non prorumpat antrorsum, praesertim aliquod declive descendendo, neque tendines *Musculorum Tibiam* extendentium premat: Tuetur etiam *Articulatum Femoris* & *Tibiae*, praecipue in flectendo *Genu*; & instar *Trochleae* agit in parte *Ossis Femoris* inferiore, ut extendatur *Tibia*, quum inflectitur.







TAB. CENTESIMA QUARTA.

Fig. 1.



Partem *Tibiae* dextrae anticam ostendit, sive *Majus Fossile Cruris*.
 AA. Acuta acies in antica parte *Tibiae*, *Spina* ejus nominata.
 A. *Superior*, Tuberculum in parte *Tibiae* superiore, cui magnus tendo *Musculorum Crus extendentium* inseritur.
 B. Processus in *Appendice* superiore media *Tibiae*, cui inseritur *Ligamentum*, ortum ex cavo *Sinus* intra capita partis *Offis Feminis* inferioris, vid. Fig. 2. praecedentis *Tabulae*.

Fig. 2.

Pars *Tibiae* sinistrae postica.

AA. Pars illa *Tibiae*, unde *Musculus Perforans*, sive *Flexor Tertii Internodii Digtorum Pedis*, oritur.

B. Tuberculum in *Appendice* ejus superiore, cui deligatur *Ligamentum*, a *Sinu* inter duo *Appendicis* inferioris capita *Os sis Femoris* derivatum.

C. *Sinus* in inferiore parte *Tibiae* & ejus *Appendice*, ubi pars *Fibulae* inferior excipitur.

D. *Sinus* alter exiguus in parte *Tibiae* inferiore, in quo Tendo *Musculi Tibialis Posterioris* versus finem suum tendit.

E. Tuberculum in exigua cavitate superioris partis *Fibulae* exceptum.

F. *Malleolus Internus*.

Fig. 3.

Pars *Fibulae* sinistrae postica, sine infimo inverso; *Os Surae*, *Canna Major*, *Fossile Minus*, & *Os Perone* dicitur.

AA. Pars *Fibulae* externa.

BB. Acies illa, unde *Musculus Peroneus Longus* oritur.

CC. Duo *Offis* extrema propriè sic dicti.

D. *Appendix* ejus inferior, quae *Malleolum Externum* facit.

E. *Appendix* ejus superior.

F. Pars illa *Fibulae*, unde oritur pars *Musculi Flexoris Pollicis Longi* superior.

Fig. 3. *

ABC. &c. Pars interna *Fibulae* dextrae prope *Tibiam* sine infimo inverso, ut in *Figura* praecedente.

D. Glabra superficies cartilaginosa *Appendicis Fibulae* inferioris, quae in *Sinu* partis *Tibiae* inferioris, Fig. 2. C. excipitur, externèque a *Latere Os Calcis* tangit, vid. *Tab. 105. 1. A.*

E. Exigua cavitas in *Appendice* *Fibulae* superiori, quae *Tibiae* tuberculum excipit, Fig. 2. E.

F. Superior pars *Offis* prope ejus *Appendicem*.



TAB. CENTESIMA QUINTA.



astragalus

enimus nunc ad Ossa Pedis ipsius: ut Ossa Manus in tres partes dividuntur, scilicet Ossa *Tarsi*, *Metatarsi* & *Digitorum*. *Tarsus* ex septem Ossibus conflatur, quae in hac Tabula exhibentur separata a se mutuo;

1. Est *Astragalus* sive *Talus*, quibusdam audit *Os Balistae*;
2. *Os Calcis*, *Calcaneus* sive *Pedis Calcar*.
3. *Os Spongiosum*, *Cuboides*, *Os Tesseræ*, *Grandinosum*, & *Polymorphon* dicitur.

Fig. 1.

Pars Ossium pedis dextri superior, sibi invicem junctorum situ naturali filamentis ferreis.

AB. *Os Calcis*: A, Externum ejus latus glabrum, obductum cartilagine, quae internam partemque *Appendicis* inferioris *Fibulae*, quae *Malleolus Externus* dicitur, inferiorem tangit: B, Pars superior Ossis *Calcis*, obducta cartilagine, quae in sinu *Appendicis* inferioris *Tibiae* excipitur.

C. *Os Calcis*.

D. *Os Naviculare*.

E. *Os Spongiosum*, *Cuboides* &c.

FGH. Tria Ossa *Cuneiformia*.

IKLMN. Quinque Ossa *Metatarsi* sive secunda *Pedis* divisio.

1. 2. 3. &c, ad 13. Omnia Ossa digitorum secundum *Bidloo*: sed suspicamus *Os Secundum* omnium *Digitorum Minorum* in hoc subjecto, unde *Figura* descripta erat, defuisse; mihi enim persuadeo *Pictorem* veritatem exactissime secutum esse, ut ex *Figura* patet.

Fig. 2.

Ossa Partis inferioris seu *Plantae Pedis Dextrae*.

AB. Pars *Astragali*.

C. *Os Calcis*.

D. *Os Naviculare*.

E. *Os Spongiosum* sive *Cuboides*.

GH. Duo Ossa *Cuneiformia*.

IKLMN. Ossa *Metatarsi*.

OO. *Ossa Sesamoidea Pollicis*.

Nota: *Ossa Digitorum* (ut in *Figura praecedente*) sine *Secundis Internodiis*.

Fig. 3.

Unus ex *Unguibus*.

A. Pars *Unguis* superior; vulgò radix ejus dicitur.

B. Latus ejus, cui praetendebatur *Cuticula*.

C. Pars ejus externa convexa; ubi *Fibrarum* ejus *Series* secundum longitudinem extensae adparent ab A ad C.

D. *Limbus* ejus, qui super summum *Digitum* projicitur.

Ungues a subjacentibus partibus, radicibus eorum nominatis, oriuntur, efformatis ex *Nervorum* & *Vasorum Sanguiferorum* complicatione; unde *Fibrae corneae* seu *Tubi* oriuntur, atque unitae, corpus illud durum *Unguem* adpellatum constituunt. *Fibrae corneae*, quae latus externum sive gibbam *Unguis* superficiem faciunt, oriuntur a parte inferiori radicis ejus prope *Internodium Secundum* *Digitum*; reliquae *Fibrae corneae*, quae a superiore ejus radicis parte versus summum *Digitum* oriuntur, successivè Internam Concavam *Unguis* superficiem constituunt: adeo ut *Unguis* extremus, qui se ultra summum *Digitum* extendit, ex omnibus *Fibris* confletur, quae a superficie ejus *Radicis* oriuntur, & multò crassior sit quam extremum alterum radicem ejus versus: hinc evenit, ut superficies externa versus radicem *Unguis* antrosum protrudatur versus ejus apicem; quod licet animadvertere imam partem *Unguis* notando versus ejus radicem; nam videbis notam procedere versus ejus apicem; quae tandem aut teritur aut abscinditur. Cum *Materia* quaedam *Corrosiva* (ut in *Paronychia* aut similibus) teneras *Fibrarum* cornearum radices destruit, *Unguis* decidit necessariò; tamen rursus germinabit, & *Unguis* novus in ejus locum crescet, qui vulgò non est adeo pulcher ut prior, sive usu ejus praematurò, aut aere externo, aut tegumento minus idoneo, quod a vi externa eum tueatur.



Fig. 1.




Fig. 2.



Fig. 3.



Fig. 4.



Fig. 7.



Fig. 5.



Fig. 10.



Fig. 9.



Fig. 8.





Fig. 6.



A P P E N D I X,

R E P R A E S E N T A N S

EXTERNOS MUSCULOS

ET DIVERSAS PARTES


CORPORIS HUMANI

Quae vel omissa erant, vel non bene expressa in praecedentibus

T A B U L I S.

Delineata ad Vivum.

Fig. 1.



APPENDIX

TABULA PRIMA.



Fig. 1
Musculos externos demonstrat ut in proprio situ adparent in antica corporis parte, ablatis Cute, Pinguedine, & membranis; una cum Musculo Quadrato Colli, incumbente collo ab utroque latere; & expansione tendinea Musculi Membranosi ab anticis Femoris partibus.

1. Musculus Frontalis.
2. Orbicularis Palpebrarum.
3. Elevator Labii superioris, & Dilator Alae Nasi.
4. Elevator Labii superioris proprius.
5. Pars Elevatoris Labiorum Communis.
6. Orbicularis seu Spinifer Labiorum.
7. Depressor Labii Inferioris proprius.
8. Depressor Labiorum Communis.
9. Zygomaticus seu Distortor Oris.
10. Buccinator.
11. Temporalis.
12. Masseter.
- a. Parotis glandula salivalis.
- b. Os Fugale.
- c. Ductus salivalis, ubi a Parotide glandula oritur, & transit Musculum Masseterem, unde procedit per Musculum Buccinatorem ad osculum suum in interna Oris Membrana, ex adverso Dentibus Molaribus.
- d. Maxilla nudata.
- e. Insertatio Musculi Mastoidei in Processu Mammiformi.
13. Geniobyoideus.
- 14, 14. Mastoidei, ubi duo principia eorum ab utroque latere exprimitur; unum a summo Sterno g, alterum a Clavicula f: Terminatio Mastoidei dextri in processu Mammillari E, exhibetur.
15. Sternobyoideus sinistri lateris: dextri non figuratus.
- 16, 16. Coracobyoideus sub Musculum Mastoideum procedens.
- 17, 17. Partes Scaleni.
18. Pars Elevatoris Scapulae.
- 19, 19. Partes Trapezii sive Cucullaris, ab utroque latere insertae Claviculis.
20. Deltoides.
- 21, 21. Duo Musculi Pectorales.
- f, f. Claviculae.
- g. Superior pars Sterni.
- h. Scrobiculus Cordis in inferiore parte Sterni.
22. Biceps Humeri.
- 23, 23. Partes Coracobrachialium.
- 24, 24. Partes Brachialium Flexorum.
- 25, 25. Partes Brachialium Extensorum.
- i. Ramus Nervorum Axillarum, qui tendit inter Tuberculum internum Ossis Humeri k, & Olecranonum.
- k. Tuberculum Ossis Humeri internum.
- l. Magnus truncus Arteriae Axillaris, quae crebro pungitur a temerariis venae sectoribus.
- m. Tendo membranofus a Musculo Bicipite Humeri exortus, qui super omnes musculos externos Cubiti expanditur.
26. Pars Brachialis Flexoris.
27. Pronator Radii Teres.
- 28, 28. Radialis Flexor.
- 29, 29. Palmaris Longus.
- 30, 30. Partes Musculorum Flexorum secundi Internodii perforatorum.
- 31, 31. Ulnaris Flexor.
- 32, 32. Supinator Radii Longus in Brachiis utrisque.
33. Pars Radialis Extensoris.
34. Tendo Flexoris Tertii Internodii Pollicis.
- 35, 35. Abductor Pollicis in utrisque manibus.
- n. Ligamentum Annulare Carpi.
- o, o. Expansio tendinea Palmaris Longi.
36. Caro Musculosa Quadrata.
37. Abductor Minimi Digiti.
- 38, 38. Partes carnosae Obliqui Descendentis Abdominis ab utroque latere, 41, 42, q, q, Tendinibus Rectos ad Lineam Albam transeuntibus.
- 39, 39. Partes Latissimi Dorsi ab utroque latere.

- 40, 40. Partes Serratorum Majorum Anticorum.
- 41, 41. Recti Abdominis, ut sub tendinibus duorum obliquorum Musculorum adparent.
- p. Linea Alba.
- q, q. Tendines Obliquorum Musculorum, vocati Linea semilunaris, priusquam Rectum transcendunt ad Lineam Albam.
- r, r. Partes anticae Spinarum Ossium Rium.
- s, s. Glandulae inguinales; neque hae Glandulae, neque Axillares, ulli in praecedentibus descriptionibus memorantur: Officium illarum est Lympham ab omnibus partibus inferioribus recipere, & rursus in Lymphae Ductus effundere, ut ad Ductum Thoracicum deferatur. Si partes illae Crurum aut Feminum morbo tentantur, ut in Anasarca, cum Erysipelate, abscessu, ulcere, imprimis cum Carie Ossis & similibus; plerumque Glandulas Inguinales tumidas & duras invenies: Idem animadvertere licet in Axillaribus, quum Mammae, Brachia, Cubiti, aut Manus simili modo adficiuntur. In casibus supra memoratis Glandulae Lymphaticae intumescunt eo, quod Lympha vitium contraxit, quae a partibus adfectis oritur, neque transit Vesiculas Glandulosas; unde Tumor incipit, & increfcit semper novae Lymphae accessione, totaque glandula ad magnam molem distenditur; ut nuper accidit Armitigero D. Gulielmo Cranmer, in quo, post mortem, Glandulam dextram inguinalem supra sex libras pondo inveni, & truncum arteriae cruralis partem ejus inferiorem transeuntem. Quamquam superficies hujus Glandulae intumescens videbatur in variis ejus partibus materia fluctuante abundare, tamen varie secta speciem tantum Glandulosam praebuit. Eadem Tumentia Glandulae Inguinalis a Castratione evenit in Hernia Carnosa ejusdem lateris, quae similiter funesta fuit. In casu Anasarcae unius Cruris, cui supervenit Erysipelas, Glandulam Inguinalem ab eodem latere plurimum induratum & aliquantum distentam inveni. Cum ex Erysipelate exulcerato minus materiae fluere coepit, Glandula Inguinalis supra magis & magis distendebatur; tandem cutis ejus externa rubescere coepit, & brevi postea abscessit: Pure contento evacuato, specillum satis profunde intrudere potui in varia Glandulae Interstitia, ubi Materia hospitabatur; qui Sinus omnes post paucas hebdomadas coaluerunt auxilio Topicorum deficcantium, commoda ligatura, sine splenis duris. In eo casu aeger sumit doses aliquot Aquilae Albae & purgantia fortiora. Similis Tumentia quoque harum Glandularum in lue venerea accidere consuevit, praesertim quum partes Penis externa exulcerantur, ut alias observavi.
- r. Os Pubis.
- u, u. Processus Peritonaei vasa spermatica in descensu ad Testes obducens.
42. Pyramidales.
- 43, 43. Musculus Communis Membranofus ab utroque latere, parte Expansionis tendinosae a sinistro latere expressa, superiori Appendici Fibulae x deligata.
- 44, 44. Sartorius ab utroque latere.
45. Pars Glutaei Medii tumefacta a magno Trochantero.
- 46, 46. Rectus Femoris ab utroque latere.
- 47, 47. Vasti Externi.
- 48, 48. Vasti Interni.
49. Pars Peffinei.
- 50, 50. Magna & prima descripta capita Tricipitis ab utroque latere.
- 51, 51. Gracilis partim exhibita ab utroque latere.
- ww. Patellae.
- x. Pars Tendinis Membranosi superiori Appendici Fibulae inserta.
- y. Tibia dextra nudata.
- z. Malleolus Internus.
- *. Malleolus Externus.
- †. Ligamentum Annulare Tarfi.
52. Tibialis Anticus.
- 53, 53. Extensor Pollicis Pedis longus in ambobus pedibus.
54. Pars Peronaei secundi sive Semifibulae.
55. Pars Peronaei primi sive Fibulae.
- 56, 56. Partes Gastrocnemii Externi in ambobus cruribus.
57. Pars Flexoris Tertii Internodii Digitorum Pedis Perforantis.
58. Pars Gastrocnemii Interni.
59. Abductor Pollicis.
60. Pars Extensoris secundi Internodii Digitorum Pedis, sive Extensor Brevis.
61. Tendo Extensoris Pollicis Brevis.
62. Extensor Tertii Internodii Digitorum Pedis Longus.



APPENDIX. TABULA SECUNDA.



Fig. 1.

usculi Externi, aliaeque partes sicuti in postica corporis humani parte adparent, cute, pinguedine, & membranis ablatis.

1. *Musculus Temporalis.*
2. *Orbicularis Palpebrarum.*
3. *Pars Zygomatici.*
4. *Depressor Labiorum communis.*
5. *Masseter.*

6. *Pars Mastoidei.*
7. *Pars Elevatoris Scapulae.*
8. *Pars Splenii.*
9. *Occipitalis.*
10. 10. 10. *Cucularis sive Trapezius, ab utroque latere.*
- a. *Os Bregmatis.*
- b. *Occipitis.*
- c. *Pars futurae sagittalis, sive Longitudinalis.*
- d. *Lambdoidalis futura.*
- e. *Os Jugale.*
- f. *Parotis Glandula Salivalis.*

Sub hac glandula parotide salivari variae glandulae Lymphaticae sitae sunt, quae *Lympham* a Lymphaticis accipiunt, a partibus vicinis aequae ac glandula ipsa Parotis. Praeter has glandulas lymphaticas protinus sub Parotidibus, illis etiam aliae subsunt generis ejusdem, prope venas jugulares, continuatae usque ad *Claviculas*; hae omnes Lympham Lymphaeductibus suis revehentibus vel ad glandulas subclavas, vel protinus ad Ductus Thoracici partem superiorem transmittunt. Hae glandulae Lymphaticae intumescunt in strumosis casibus, & incidendo feliciter auferuntur, sine magno fluxu sanguinis; quae methodus sanandi applicationi Escharoticorum vulgo usurpatorum praeferenda est. Aegrum nunc habeo, in quo non tantum glandulae Lymphaticae supra memoratae lateris sinistri distendebantur, verum etiam Parotis glandula salivari ejusdem lateris plurimum indurata fuit, & distenta etiam satis; in media glandula Parotide indurata Aperturam inveni, unde profluxit saliva quantitate non exigua masturcando: partem prope Aperturam premendo, observavi salivam, quae inter cutem & glandulam hospitabatur, vi effluere. Cute externa incisa, facile discernere potui salivam profluere a variis Lobulorum glandulae interstitiis; quum quidquam mandit, saliva in sudarium decidit per stillicidium, quod sub aure tenere confueverat ad illam excipiendam. Apertis sic *Sinibus*, unde effluxit saliva, quantitas ejus brevi fuit imminuta; carne fungosa lenibus Escharoticis remota fluxus Salivae minor fit. Usus est Decocto *Sarsaparillae, Chiniae, Lig. Guaiaci*, &c. pro potu ordinario, & victu siccante, pane bis cocto, Amygdalis & similibus.

Aquapendens agens de Buccarum vulneribus, aquae limpidae meminit, oculorum lacrymis haud absimilis, quam effluere vidit ex valde parvo foramine, dum Aeger edebat; cui adjicit, *Unde est quomodo effluat ego certe nescio.*

Accuratissimus *Nuckius* ex Scriptore Batavo *Roonbussen* refert aegrum fuisse, cujus ex ulcere in bucca saliva profluxit, supra memoratae haud absimilis: Neque Salivae fluxus imminuit, aut Ulcus ad Cicatricem perductum fuit sine Diaeta Siccante, ut *Nuckius* incomparabilis annotavit. Fluxus Lymphae interdum in Artuum Vulneribus contingit, ubi Lymphaeductus convulnerantur. A missione sanguinis in Flexura Cubiti, sequente die observavi magnam quantitatem Lymphae subuculam oris vulneris incumbentem & circa Brachium polluisse; postero die Fluxus Lymphae imminuebatur, & orae vulneris coiverunt. Forte magna pars materiae tenuis *Gleet* dictae, quam post aliquot dies ab amputationibus vel post magna vulnera reperimus, a Lymphaeductibus praecisis, aequae ac Tubis nutritivis partis profluit. Abruptis Lymphaeductibus in ulceribus veteribus, neque Fluxus Lymphae imminuitur facile, quantumvis aeger victu siccante utatur. Aperto Lymphaeductu in fonticulo in crure, Fluxus Lymphae non potuit cohiberi sine pari difficultate, ut accepimus a DD. *Bernardo & Guddiero*, Chirurgis in hac urbe ex-

perientissimis; quo in casu Diaeta siccans Fluxum cohibuit, & Ulcus brevi ad cicatricem perductum fuit; quanquam multa deliccantia Topica, aequae ac cauteria utrumque genus, minus efficacia fuissent. Inde discimus, utcumque tordeat aliquibus Anatomia, quam utilis sit in re chirurgica.

- g. *Spina septimae Vertebrae Colli.*
- h, h. *Tendines Cucularis, ab utroque latere spinis Scapularum inserti.*
- i, i. *Extremitates spinarum Scapularum, quibus committuntur Claviculae.*
- k, k. *Anguli Scapularum inferiores.*
- l, l. *Basis Scapularum.*
- m m. *Appendices Ulnae superiores, Olecrana dictae.*
- n n. *Tuberculum Externum Ossium Humerorum, ubi Radii articulo connectuntur, & Musculi Carpos extendentes & Digtos oriuntur.*
- oo. *Appendix inferior Ulnae prope Carpum.*
11. *Musculus Deltoides lateris dextri.*
12. 12. *Infraspinatus ab utroque latere.*
13. 13. *Partes Rotundorum Minorum.*
14. 14. *Rotundi Majores.*
15. 15. 15. *Latissimi Dorso.*
- ** *Partes eorum tendinosa, transcendentes Sacrolumbalis & Dorso Longissimos.*
16. 16. *Partes Rhomboidum ab utroque latere, prope insertiones suas in Bali Scapularum II.*
17. 17. *Gemellus, sive Biceps Externus super utroque Brachio.*
18. 18. *Partes Brachialium.*
19. 19. *Partes Supinatoris Radii Longi ab utroque latere*
20. 20. *Anconeus.*
21. 21. *Radialis Extensor super singulo Cubito.*
22. 22. *Extensor Digitorum Communis.*
23. 23. *Extensor minimi Digiti.*
24. 24. *Ulnaris Extensor.*
25. 25. *Partes Perforati seu Flexor Secundi Internodii Digitorum.*
26. 26. *Ulnaris Flexor super utrisque Cubitis.*
27. *Partes Tendinum Radialis Flexoris & Palmaris.*
28. 28. *Abductores Minimi Digiti ab utraque manu.*
29. *Adductor Pollicis ad Dorsum Manus.*
30. *Musculi extendentes Pollicem.*
31. 31. *Partes Obliquae Descendentium Musculorum Abdominis ab utroque latere.*
32. *Glutacus Major.*
33. *Partes Glutaci Medii ab utroque latere.*
34. *Pars carnosae Membranosi sive Musculi Communis Membranosi.*
- pp. *Pars postica spinarum Ossium Ilium.*
- q. *Os Sacrum.*
- r. *Tuberculum a magno Trochantere factum sub Expansione tendinea Glutaci Majoris.*
- s. s. *Magni Nervi Crurales, ut in sura descendunt.*
- t. *Appendix Fibulae superior.*
- u. u. *Appendix Fibulae inferior, Malleolus Externus adpellata.*
- w. *Inferior Appendix Tibiae seu Malleolus Internus.*
- x. *Tendo Gasterocnemii.*
- y. *Os Calcis.*
35. 35. *Partes Vasti Externi.*
36. 36. *Biceps Femoris ab utroque latere.*
37. 37. *Seminervosi seu Semitendinosi.*
38. 38. *Semimembranosi.*
39. 39. *Partes Tricipitis Femoris ab utroque latere.*
40. *Pars Gracilis super Femore sinistro.*
41. *Pars Sartorii super eodem femore.*
42. *Pars Vasti Interni super eodem quoque Femore.*
43. 43. *Gasterocnemii Externi.*
44. 44. *Gasterocnemii Interni obducti Tendinibus Externi.*
45. *Peroneus Longus.*
46. 46. *Abductor Minimi Digiti in utroque pede.*
47. *Pars Tendinis Extensoris Digitorum Longi in dextro Pede.*



Fig. 3.






Fig. 4.





Fig. 5.



M. Vander gucht sculp:

A P P E N D I X T A B U L A T E R T I A.



Lrunco & magnos ramos omnium Arteriarum Foetus humani demonstrat, cera repletos, & a dissectione explanatos.

1. *Aorta*, sive *Arteria Magna*, ab origine in ore cordis sinistri abscissa.
2. Truncus magnae Arteriae coronalis Cordis ab Initio *Aortae* exortus, ortu minoris Arteriae coronalis in hoc situ *Arteriae Magnae* non adparet.
3. *Canalis Arteriosus* cera repletus ab *Aorta*; oritur iste a parte Trunci Arteriae pulmonicae superiore (prope duos ejus ramos, qui in Pulmones feruntur) & ab obliquo descensu sub Initium *Aortae* se ipsum in superiore parte Trunci ejus descendens evacuat, ut hic exhibetur 28. praeter hanc communicationem inter dextrum cordis *Foetus* ventriculum & *Arteriam Magnam*, alia est dicta *Foramen Ovale*, per quod sanguis ad introitum in cor dextrum, in venam pulmonalem transit, & cor sinistram, atque adeo in *Aortam*. Hinc patet sanguinem, qui in dextrum cor *Foetus* fertur, protinus per *Canalem Arteriosum* in *Arteriam Magnam* transire, aequae ac sanguinem cordis sinistri, qui protinus a *Vena Cava* sive dextra cordis auricula recipitur, in Venam Pulmonalem, & in cor sinistram: sic ut sanguis in *Foetu*, qui fertur in Cor dextrum, protinus transeat in *Aortam*, cordis *systole*, aequae atque sanguis Ventriculi sinistri: neque ulla pars sanguinis ventriculi dextri in sinistram transit; vel sanguis ulla Ventriculi sinistri primum transit dextrum, ut in Adulto. Unde cor *Foetus* dici potest revera habere tantum unum Ventriculum, quum sanguis, qui unum traiecit, in alterum non prius pervenit, quam ad *Aortam* deferatur. Post partum, accepto in Pulmone infantis aere, (*Vesiculis* ejus inanes dillentis, & propterea ramuli Arteriarum pulmonalium & venae magis explicantur) sanguis tum horum extremitates transire incipit liberius quam ante, & tandem *Canalis Arteriosus* fit nullius momenti, perinde ac *Foramen Ovale*; hoc coeunte, illo facto Ligamento. Hicce in infantibus meatis nimis cito ocellus, multi morbi producantur, ut diversarum partium, Capitis, Colli, & Pulmonum Inflammatio; quibus in casibus missio sanguinis est summi usus: Dum infantes diffecerim, in ejusmodi multa exempla incidi. Saepem in Adulto *Foramen Ovale* apertum reperi: quantum observare potuerim, *Canalis Arteriosus* citius clauditur quam *Foramen*.
4. Arteriae subclaviae ab *Arteria magna*, quibus Arteriae Axillares & Brachii sunt continuae (23, 23.)
5. Arteriae Carotides similiter ab *Aorta* inter Arterias subclavas.
6. Duae Arteriae Vertebrales, a *Subclavicularibus* exortae, quae omnes Processus Vertebrarum Colli transversos trajiciunt, a quibus sunt liberatae.
7. Arteriae, quae sanguinem ad partem Faciei inferiorem, linguam, Musculos adjacentes & glandulas deferunt.
8. Trunci Arteriarum Temporalium a Carotidibus orientes & ramos Glandulis Parotidibus (9, 9.) dantes aequae ac Temporalibus (10, 10.) atque adeo Musculis vicinis, Calvariae, & Fronti.
11. Arteriae Occipitales, quarum Trunci pone Processus Mammiformis transeunt, & in partem Calvariae posticam disperuntur, ubi cum ramis Temporalium Arteriarum communicant.
12. Arteriae diversae, quae sanguinem ducunt ad Fauces, ad Gargareonem & ad harum partium Musculos.
13. Contortiones Arteriarum Carotidum, dum transeunt *Basin* Calvariae ad Cerebrum.
14. Partes illae Arteriarum Carotidum, ubi per latus singulum *Sellae Turcicae* transeunt, ubi varii ramuli ab eis oriuntur, & adjuvant *Retem Mirabile* consistere, quod in quadrupedibus melius quam in Hominibus cernitur.
15. Contortiones Arteriarum Vertebrarum, dum Transversos primae *Vertebrae* Colli Processus transeunt, versus magnam *Occipitis Ossis Foramen*. Non raro animadverti Cavitates harum Arteriarum, ubi contorquentur, majores fuisse quam Truncos earum inferiores; unde necessariò *Impetus* sanguinis plurimum minuitur, aequae ac a Contortionibus earum. In quadrupedibus Anguli harum Contortionum Arteriarum Cerebri sunt magis acuti; quod in iis magis est necessarium, ut vis sanguinis in earum extremis minueretur, eò quod positio Truncorum earum est Horizontalis.
16. Arteriae Vertebrales, ubi super *Medullam Oblongatam* ascendunt versus Protuberantiam Annularem, seu *Ponem Varoli*.
17. Rami Communicantes inter Carotides & Vertebrales Arterias, in hoc subiecto majores aliquantulum, quam solent inveniri.
18. Ramuli Arteriarum intra Cerebrum; quarum Trunci majores inter lobos Cerebri jacent, inque ejus *Sulcis*. Ab iis extremis Arteris cerebri venae ejus continuantur, quarum Trunci positione multum ab Arteris differunt. Intrant enim haec in ejus *Basin*, & ut supra traditum, distribuuntur; contra Trunci Venarum super superficie Cerebri diffeminantur, inque *Sinum* Longitudinalem sanguinem suum effundunt. Neque Venae Cerebri Arterias in introitu comitantur, ut in aliis partibus: aut Arteriae & Venae *Durae Matris* per idem *Foramen* in *Basin* cerebri egrediuntur.
19. Arteriae *Laryngis*, Glandularum Thyroidearum, & musculorum & partium adjacentium, a subclavianis ortae.
20. Aliae prope priores exortae, quae sanguinem ad musculos Colli & *Scapularum* vehunt.
21. *Mammariae*, quae oriuntur etiam ab Arteris subclavibus, & descendunt interne super cartilagineas Costarum verarum, dimidiato pollice circiter ab *Ossis Pectoris* ab utroque latere. Harum rami nonnulli transeunt Musculum pectoralem, aequae ac Intercostrales, & sanguinem ad *mammam* adferunt, ubi quibusdam ramis Arteriarum Intercostraliu occurunt, & anastomoses faciunt. Hae Arteriae mammariae conjunguntur etiam cum magnis Truncis Epigastricis (57, 57.) unde fit, ut *Impetus* sanguinis in *Abdominis* integumentis multum augeatur; extremae etiam Intercostrales & Lumbales Arteriae inter se oculis communicant, perinde ac cum hisce.
22. Arteriae Musculorum *Ossis Humeri*, & quorundam *Scapularum*.
23. Partes illae magnorum Truncorum Arteriarum Brachiorum, quae facile vulnerari possunt in secunda *Vena Basilica* vel intima ex tribus venis in Cubiti Flexura. (Vid. Fig. 1. hujus Appendicis inter 26. & m.) ubi exhibetur ad amussim hujus arteriae progressus.
24. Divisiones Arteriarum Brachii infra Flexuram Cubiti.
25. Ramus Arteriae a Trunco Arteriae Brachii exortus, supra ejus Cubiti Flexuram, oculis communicans infra cum Arteris Cubiti. In quibusdam subjectis nullus reperitur Ramus communicans, ut hic ostenditur; in quo diversi sunt Rami minores ejusdem generis. Hicce ramis communicantibus (partis nempe superioris Arteriae Brachialis cum Cubiti ramis) sanguis semper progreditur, licet Truncus (23) ligetur firmiter, quod fit, quando Arteria pertunditur, ne fiat *Aneurisma*. Non solum supra locum convulserat Truncus Arteriae firmiter ligari debet, verum etiam similiter infra, ne sanguis ramis communicantibus ad Truncum Inferiorem dilatus ex vulnere Arteriae motu retrogrado infra etiam tunc effluat.
26. Arteria externa Cubiti, quae Pulsus facit prope *Carpum*.
27. Arteriae Manuum & Digitorum.
28. Truncus Arteriae magnae descendens.
29. Arteria *Bronchialis* ab una ex Arteris intercostalibus exorta; oritur interdum protinus a Trunco *Aortae* descendens, interdum ab Arteria superiori Intercostrali, quae a subclavia oritur. Hae Arteriae Bronchiales oculis communicant cum Arteris Pulmonaribus, quod aliàs animadverti, & quod nuper invenio memoratum & figuratum ab accuratissimo *Ruyfchio*, Epist. Anatom. 6. Fig. 5. c, c.
30. Arteria parva ab anteriore parte *Aortae* descendens exorta, ad Gulam tendens: *Ruyfchius* meminit ramorum Arteriarum a superiori Intercostrali, quae ad Gulam feruntur.
31. Arteriae Intercostrales ad quodque latus *Arteriae Magnae* descendens.
32. Truncus *Arteriae Coeliacae*, unde oriuntur.
33. Arteriae Hepaticae, &
34. *Arteria Cystica* Vesicae Biliariae incumbens.
35. *Arteria Coronaria Ventriculi Inferior*.
36. *Pylorica*.
37. *Epiploica Dextra, Sinistra, & Media*, orta a *Coronaria*.
38. Ramuli Arteriae Coronariae, qui fundum stomachi amplectuntur.

39. *Coronaria Ventriculi Superior*.
40. Arteriae Phrenicae seu Diaphragmatis duae; quae est a latere sinistro, oritur a Trunco *Magnae Arteriae*, quae a dextro, a *Coeliaca*.
41. Truncus Arteriae splenicæ, a *Coeliaca* exortus: in adulto contorquetur, ut in Tab. 36. cernitur.
42. Duae parvae Arteriae ad superiorem *Duodeni & Pancreatis* partem tendentes; reliquae arteriae *Pancreatis* a splenica oriuntur Arteria in itinere suo ad Lienem.
43. Truncus *Arteriae Mesentericae Superioris*, versus dextrum latus conversus.
44. Rami *Mesentericae Arteriae Superioris* ab Intestinis tenuibus liberati; hic *Anastomoses* varias, quas rami hujus Arteriae faciunt in Mesenterio, priusquam perveniunt ad Intestina, videre licet.
45. Arteria Mesenterica inferior, ab *Arteria Magna* derivata.
46. *Anastomosis* insignis Arteriae Mesentericae inferioris cum superiore.
47. Rami Arteriae Mesentericae inferioris, in itinere ad *Intestinum Colon*.
48. Arteriae *Respir.*
49. Arteriae Renum.
50. Arteriae Lumborum vertebrales.
51. Arteriae spermaticae, quae ad *Testes* descendunt, sunt adeo exiguae, ut cera non repleantur.
52. *Arteria Sacra*.
53. Rami *Iliaci*.
54. Rami *Iliaci externi*.
55. *Iliaci Interni*; qui hic in *Foetu* majores sunt ratione, quam in adulto, propter conjunctionem eorum cum duabus Arteris Umbilicalibus.
56. Duae Arteriae Umbilicales abscissae.
57. Arteriae Epigastricae, quae ascendunt sub Musculis Rectis *Abdominis*, & oculis cum *Mammariis* communicant, ut supra diximus.
58. Rami Arteriarum Iliacarum externarum, tendentes inter duos Musculos *Abdominis* obliquos.
59. Rami Arteriarum Iliacarum internarum, quae sanguinem ad Musculos *Femurum* extendentes & obturatores deferunt.
60. Trunci Arteriarum, quae ad *Femur* perveniunt.
61. Arteriae vesicae urinariae.
62. Arteriae *Pudendi* internae, quae cum arteris *Penis* hic exhibitis, Arteriae Hypogastricae muliebres consistunt. Externae *Pudendi* Arteriae a superiore parte Arteriae Cruralis, quae protinus est infra Epigastricas, oriuntur.
63. *Penis* inflatus & siccatus.
64. *Glans Penis*.
65. Pars superior five *Dorsum Penis*, a corpore *Penis* abscissum & elevatum, ut videantur *Corpora Cavernosa Penis*.
66. *Corpora Cavernosa Penis*, ab *Ossis Pubis* liberata, & ligata ab Inflatione.
67. Duae Arteriae *Penis*, ut cernuntur cera repletae, in quoque Corpore *Cavernoso Penis*.
68. *Capsula*, & *Septum* Corporum Cavernosorum *Penis*.
69. Arteriae Crurales.
70. Arteriae, quae ad Musculos Femorum & Tibiarum tendunt: nimis esset molestum, & nullius usus quemque musculum hoc in loco nominare; quare illos hic praetermitto, ut in Brachiis feci; cum satis sit, si magnorum Truncorum progressus cognovimus, ne in operationibus Chirurgicis vulnerentur, aut pro re nata inveniantur: Exordium primò ab Arteriarum Brachii Trunci descriptione: Similac Arteria subclavia *Claviculari* trajicit, per *Axillam* procedit, unde dicitur *Axillaris*; ab ea descendit inter duos Musculos *Brachiorum Internum & externum* super latere Brachii interno, & infra Cubiti Flexuram disperitur, ut cernere licet in Figura, multis ramis imperptitis vicinis Musculis, & partibus, quas praeterit tamen in nullis duobus subjectis similibus eam distributio est, quae haecenus examinavi, neque in latere dextro & sinistro ejusdem, ut in Figura patet: Licet progressus Truncorum magnorum vulgò est uniformis, tamen in eo quoque variatur plurimum. & Truncus Arteriae ad Cubiti Flexuram interterum ad latus *Venae Basilicae* decurrit, quanquam maximam partem sub hanc venam progreditur: Qui sanguinem mittunt, debent hujus meminisse, & ut vas, quod vident aut tractant, non pulset, priusquam illud secant. Neque hic loci praeterire postum observationem utilem, scilicet ut Operator, priusquam Brachium ligat, Arteriam explorat, quia postea ejus pulsatio non ita faciliè percipitur; cuius ratio satis patet. Post amputationem, supra Cubitum, Truncus Arteriae Axillaris tantum multum sanguinis profundit; in amputationibus infra Cubitum, invenimus duos, interdum tres, & quatuor Truncos satis magnos, qui forte ligari debent. Ligandi modus adeo bene in *Ambrosii Farii* operibus describitur, ut in hoc loco omittere de eo dicere; licet vulgò nuper in Regno nostro in desuetudinem abiverit. Commoda tamen inde nascitura, nullus dubito, quin satis eum commendare possent, ut ab omnibus adhibeatur, non tantum in aliis sanguinis profusis, quae cum impetu sunt, sed etiam in illis; quae Amputationes sequuntur: Postquam Arteria Iliaca externa (54) ex cavitate *Abdominis* egreditur, dicitur Arteria Cruralis (69) & descendit oblique super *Vena Cruralis*, in antica Femoris parte, protinus sub *Musculo Sartorio*: ad latitudinem quatuor Digitorum supra genu, haec duo magna vasa partem *Musculi Tricipitis* inferioris transeunt in itinere ad Poplitem, (71.) Vena hic supra Arteriam sicut in aliis partibus conlocatur, atque ita ad Pedem descendit, in tres ramos dispersita, ut in Fig. 72.

Venae & Arteriae extremae, ut ope Microscopii adparent in pinna vivae Anguillae minoris.

- AA. Pinna Anguillae minoris in Tubo vitro.
- BB. Extremae costae cartilagineae, super quas extenditur Pinna.
- CC. Striae exiguae vulgò in vitreo Tubo repertae.
- DD. Rami Arteriarum, a Truncis earum majoribus in corpore Anguillae minoris derivati, sanguinem ad extimum Pinnae marginem ducentes.
- EE. Arteriae extremae venis continuae, ubi unus tantum Globulus ante alterum fertur. Praeter has Arteriarum cum venis communicationes, aliae adhuc supersunt majores, ubi plures quam unus Globulus transire potest: Hae ubique cum minoribus diffeminantur, ut planè in Pinna caudae Raiae Fig. 5. adparet.
- FF. Venae, quae Sanguinem ad Cor reducunt.
- GG. Magnitudo *Arae* microscopio confectae.

Margo extimus pinnae Raiae vivae ad latus conspectus microscopio.

- AA. Extremae costae cartilagineae, in cuius latere singulo feruntur magna vasa sanguifera.
- BB. Arteriae.
- CC. Venae.
- DD. Extremae earum minores sibi invicem continuae.
- EE. Magni rami Arteriarum & venarum, cum se mutuo oculis communicantes, priusquam ad extremas perveniunt.
- FF. Conjunctiones Arteriarum & venarum majores, in extimo Pinnae marginae.
- GG. *Area*, quam Microscopium recepit, ut nudo oculo adparet.

Repraesentat, ut puto, Originem Lymphaeductum ab extremis vasis sanguiferis.

- A. Parvus Ramus Arteriae.
- aa. Extremitas ejus venae continua.
- B. Ramus Venae.
- C. Lymphaeductus ab extremis Vasis sanguiferis ortus, auxilio vel *Vesicularum* vel Tuborum exiguorum, qui in lateribus Vasorum sanguiferorum habent oscula.

Quo modo Ductus excretorii oriuntur ab extremis vasis sanguiferis.

- A. Arteria.
- B. Vena.
- C. Ramus *Ductus Excretorii*.
- dd. Extrema Vasa Sanguifera.
- ee. Extremitati excretorii, in ortu suo a poris in lateribus Vasorum Sanguiferorum, priusquam uniuntur & formant Ramum *Ductus*.

APPENDIX TABULA QUARTA.

Fig. 8.

ST *Basis* Calvariae cum prima Colli *Vertebra*, unà cum variis musculis & aliis partibus.

A. B. CC. DD. Prima Colli *Vertebra*: A. Pars ejus antica, postquam Processus Odontoides secundae *Vertebrae* situs est; B. pars ejus postica sine Processu Spinali, unde *Musculi Recti minores* possit oriuntur; CC. Processus Transversi; DD. Dico Processus primae *Vertebrae* aliquantum Ouales, qui moventur ad latera in processibus similibus in parte secundae *Vertebrae* Colli superiore.

E. Cavitas protinus post partem primae *Vertebrae* anticae valido ligamento retrotraheum prope *Spinalem Medullam* munita, quae Processum Odontoidem secundae *Vertebrae* Tab. 93. Fig. 3. 4. AA. excipit.

F. *Foramen* magnum, per quod *Medulla Spinalis* a Capite descendit.

G. *Musculus* parvus, quem a positu voco *Rectum Lateralium*: primum in dissecando in eum incidit, postea aliquando, & post haec vidit partem aliquam memoratam a *Galenis* & descriptam a *Fallopio*: Oritur a parte processus Transversi extremi superiore primae *Vertebrae* Colli; & rectè ascendit ad insertionem suam in *Osse Occipitis*: cum agit, caput ad latera adnuit.

H. *Musculus Rectus Anterior Minor*, ita dictus a progressu. situ & magnitudine, cum sit multo minor quam *Rectus Major*, Tab. 13. L. L. Oritur a parte antica primae *Vertebrae* & *Appendicis Ossis Occipitis* inferiur. Hic cum facio caput anteriora adnuant, & possunt appellari *Annuentis*.

II. Perforationes in Processibus primae *Vertebrae* Transversis, in quibus Trunci Arteriarum Vertebrarum & venarum feruntur.

KK. Trunci Arteriarum Vertebrarum in itinere illarum contorto inter Processum primae *Vertebrae* Transversum & *Foramen* (F) *Ossis Occipitis*.

LL. Processus Mamillarum.

MM. Cartilagines *Meatus Auditorii*.

NN. Specillum in *Meatu ad Aurem a Palato*. *Meatus* hic a Faciibus aërem in *Cavitate Tympani* transire permittit, quo *Membrana Tympani* amplius distenditur, minimeque *Impetus* aeris externi illam concutit unà cum exiguis ossibus, quae illi contigua sunt. Praeter hunc *Meatum* in *Tympanum*, alter *Meatus* ex eo patet per partem *Membranae Tympani* superiorem in *Meatum Auditorium*, per quem sunt qui constituis naribus & ore; Spiritu sursum compulso, pluviam parvam, vel flammam Candelaer, cum prope aurem tenetur externam, movere possunt, & fumum ex auribus efflare. Licet hic *Meatus* per *Tympanum* vulgò non sit adeò apertus, ut in primo casu, tamen naturaliter est parvus *Meatus* per partem *Membranae Tympani* superiorem in *Meatum Auditorium*; quod necessarium videtur, ut cum *Tympanum* aëre repletur, nullus repentinus externi aeris *Impetus* possit *Membranam Tympani* laedere. Per *Meatum a Palato ad Arem* non solum aer in *Tympanum* ducitur, sed etiam apertus semper cum sit, aerem in *Tympano* fluctare sinit aequè ac recentem suppeditari. Hocce *Meatu* angustato, sequitur necessariò audiendi difficultas; penitus obturato, surditas; quo in casu sternutatio pulveres prodesse possunt.

O. *Membrana glandulosa a Foraminibus Narium* ad latera *Facium* internam continuata.

PP. *Processus Styloides*.

Q. *Arteria Carotis* abscissa prope introitum in *Os Petrosum*.

RR. Pars inferior *Ossium Jugalium*.

S. *Corpus cartilaginolum* in fossula *Ossis Temporum*, ubi *Processus Condyliformis* *Maxillae* connectitur.

T. *Cartilago intermedia* Articulationis elevata.

V. *Sinus glaber in Osse Temporali*, qui *Cartilaginem* novissimè memoratam excipit.

U. Pars Glandulae mucosae iussu Articulationis supra dictae *Cartilagini* adhaerens.

W. Pars superior *Ossis Temporalis* abscissa.

X. *Os Occipitis*, similiter ferrè abscissa.

Y. *Musculus Occipitalis*, sicut ab ea *Occipitis* parte oritur, ubi inserunt *Musculi* capitis, unde ascendens illud, brevi sit tendinosus, & super *Sincipus* procedit, ubi cum tendine *Frontalis* conjungitur: nisi si ponamus *Musculos Occipitales* & *Frontales* unum esse *Musculum* biventrem; ab *Occipite* ortum insertumque in parte *Cutis Frontis* inferiorem, & ad hunc *Pericranium* anteriorum retrorsumque illud movet aequè ac partem *Frontis* inferiorem cum supercilii sursum trahit.

ZZ. *Pars Ossis Occipitis* tenetur, ubi *Musculi* capitis inseruntur.

a. *Gargareon* specillo suffultus NN, in *Meatu a Palato ad aurem* insertus.

bb. Glandulae parvae, quae adparent ferrè inde *Facibus*.

cc. Extremitas *Processus Pterygoidei*, sive potius Extremitas tenuis parvae *Processus supra Processum Pterygoidem* in hac Calvariae postura. Quum *Dissectores* in describendo *Musculos Uvulae* hunc *Processum Pterygoidem* sive *Aliformem* appellare consueverunt, idem nomen retinebit, quamquam *Processus Aliformes* demonstrati *Tabi 92. Fig. 2. K.* sunt *Processus* distincti, & omnino hisce dissimiles.

dd. *Musculi Sphenopterygopharyngii*, sic nominati ab eorum origine, Progressu, & Insertione; vocantur & *Pterygopalatini* & *Sphenopterygopalatini*; carnosii oriuntur ab acuto *Processu Ossis Sphenoidis* exhibitio Append. Fig. 15. H. unde ad *Processum Pterygoidem* cc. procedunt, ubi sunt tendinosi, & super hos *processus* reflectuntur ad *Fines* suos in antica parte *Gargareonis*. Cum agunt, anticam *Gargareonis* partem trahunt versus *Processum Pterygoidem*, quo trahitur aliquantum sursum aequè ac antrorsum.

ee. *Sphenopharyngii*; ab eodem *Ossis Sphenoidis* *Processu* ut prior oriuntur, inserunturque in parte *Gargareonis* postica priori oppositi. Sursum & retrorsum *Uvulam* trahunt, sicutque alimentum ascendere prohibentur in *Foramina Narium*, dum deglutitur, quod fieri consuevit in iis, quibus deest *Uvula*.

f. *Musculus Pterygoideus Externus* ad originem suam relictus, partem scilicet externam *Processus Pterygoidei*, aequè ac partem *Ossis* ipsius *Sphenoidis* superiorem; unde retrocedit ad *Finem* suum in *cervice Processus Condyliformis* *Maxillae*. Quum hic unà cum facio agunt, *Maxillam* trahunt antrorsum, ut dentes *Maxillae anteriores* protrudantur ultra dentes superiores, notante *Fallopio*.

g. *Musculus Pterygoideus Internus* liberatus etiam a *Maxilla* & ad *Initium* relictus *Tabi 15. Fig. 2. N.* Exhibetur ad *Finem* suum.

h. *Conspectus* quidam *Septi Narium* retrorsum.

ii. *Dentes Molares*.

kk. *Canini*.

l. *Incisores*.

m. Glandulae Labiorum, sicut adparent in latere interno labii superioris. Sub *membrana Oris* interna, quaeque *Glandula* *Ductum* suum excretorium habet, qui ad *parvam Papillam* *Membranam* oris perforat, qua humor salivialis in os emittitur; *Glandulae* similes videri possunt in interno buccarum latere.

n. Extremitas Nasi, sive Globulus.

o. Palpebrarum Pili sive Cilii.

Fig. 9.

Superficies externa unius ex *Glandulis* *Tonsillis* sive *Amygdalis*, ubi multa magna *Foramina* *Ductuum* excretorium adparent, quibus Pituita in *Fauces* effunditur, quae alimento miscetur, dum deglutitur.

Fig. 10.

Receptaculum Chyli Mercurio repletum, cum *Glandulis* *Lymphaticis* vicinis in proprio illarum situ relictis, unà cum partibus adjacentibus; prout illas poterim deformare, dum partes humani corporis generosis quibusdam dignissimis & ingeniosissimis demonstrabam, quando Professor *Biديو* me videre dignatus est.

AA. *Renēs*.

aa. *Venae Emulgentes*, quarum Dextra Inferior est sinistra.

B. Trunci *Venae Cavae* ascendens statu distentus; cujus pars inferior a dextro latere *Arteriæ* *Iliacae* comprimitur.

b. Trunci *Venae Cavae*, ubi intrat *Jecur*, abscissus ligatusque.

CC. Partes duarum *Venarum Iliacarum*, quas videre licet statu distentas infra *Arteriam* *Iliacam*, ut *Vena Cava* est supra: *Venae* *Iliacae* externae, perinde ac *Venae* *Crurales*, protinus subjacent *Trunci* *Arteriarum*, quae illas comitantur, donec per partem *Musculi* *Tricipitis* inferioris & *Ossis Femoris* transiverit ad *Poplitem*, ubi *vena* *supra* est, & infra *Arteria* procedit; ad eundem modum sunt magni *Trunci* *Venarum* & *Arteriarum* in aliis partibus. Hoc artificium naturae in conlocando *Truncos* *Arteriarum* & *Cruralium* super *venas* est admirabile, accelerans scilicet ascensum sanguinis, qui ab inferioribus partibus refuit, ad *Venam Cavam* & *Cor* pulsatione *Arteriarum*. Si *Arterias* cera repleveris & postea *venas*, per figuram cerae in *venis* cerere potes effectum *Pulsationis Arteriarum*, ut promoveatur ascensus sanguinis refuit ab inferioribus partibus. *Arteria* *Iliaca* a dextro latere comprimente partem *Venae Cavae* inferiorem sanguis in ea contentus versus *Cor* ascendere cogitur, *Valvulis* in *Venis* *Cruralibus* impediuntibus ne descendat: Hoc etiam pacto *Pondus* sanguinis reducitur ab inferioribus imminuitur, ut motus ejus in extremis *Vasis* in *Cruribus* & *pedibus* melius peragatur, & feret quasi *Venae Cavae* *pulsatio*, qua *Glandula* *Lumbalis* *Lymphatica* *RR.* inter eam & *corpora* *Vertebrae* comprimeretur leniter, de quo postea.

DD. Trunci ascendens *Venae Cavae* infra *Renēs*.

ee. *Iliacae Arteriae*.

E. Trunci *Iliacae Arteriae* abscissus.

F. Trunci *Mesentericae Superioris* abscissus.

ee. *Arteriae Testium*: dextra adparente ad ortum suum a *Trunco Magnae Arteriae* *D*: sinistra transeunte *Glandulam* *Lumbalem*, *Q*.

ff. *Venae spermaticae* prope suum introitum in *Truncum Venae Cavae* a dextro latere, & *Vena* *Emulgens* a sinistro, ubi *valvulae* sitae sunt, quae sanguinis Descensum ab iis magnis *Vasis* in *Venas* istas prohibent.

gg. *Partes Ureterum superiores* statu distentae.

hh. *Partes earum inferiores*, in itinere ad *Vesicam Urinalem*, non extensae: circa has partes *Ureterum*, dum transeunt *Arterias* *Iliacas*, crebro dilatatos invenimus propter arteriarum *pulsationem*, quod liberum *Urinae* descensum prohibet, praesertim calculorum & sabuli, quae saepe ejiciuntur: licet plus vice simpliciter unum ex *Ureteribus* planè oblitum calculis parvis in ea parte viderim.

i. Pinguedo super *Uretere* relicta, ad exitum ex *Rene*.

GG. *Glandulae Renales*, sive *Capsulae Arteriales* in Situ.

HH. Pars Septi Transversi inferior, quae a *Vertebra* *Lumborum* oritur.

I. Fissura Diaphragmatis, per quam *Gula* intrat ventriculum.

K. *Vesica Urinalis* Flatu distenta.

L. *Utrachus* deorsum versus.

MM. *Musculi Psoae Magnae*.

N. *Sacculus Chyliferus* sive *Receptaculum Chyli* (exhibitum A. Fig. 11.) sicuti adparent Mercurio repletum, *Vena Cava* B. liberata a comitante *Arteria magna* D.

O. *Magnus Truncus Venarum Lacteorum* *secundi generis*, per quem Mercurius injectus erat.

P. *Tabus* quo immittebatur Mercurius.

Q. *Glandula Lumbalis* a latere sinistro, partim *Magnae Arteriae* *Imcumbens* *Trunco*.

RR. *Glandula Lumbalis* dextra, partim *Trunco Venae Cavae* subjacens.

SS. Quidam rami *Lymphae ductuum* inter duos *Lumbales Glandulas*.

ff. *Lymphae ductus* a *Glandulis* *inguinalibus* orti, App. Fig. 1. SS, perinde ac aliae *Glandulae Lymphaticae* ramis *Iliacis* vasorum incumbentes (CC dd) *Lympham* omnem ab inferioribus partibus in *Glandulas* *Lumbales* deferunt; unde protinus ad *Receptaculum Chyli* fertur, & postea *Ductu Thoracico* (Fig. 11. MM.) in *venam subclaviam* (Fig. 12. HL.) Hic est *Lymphae* cursus communis ab inferioribus otae partibus in itinere suorum ad *Massam Sanguineam*. Hinc patet *Lympham* partium inferiorum *Chyli* in *ejus Receptaculo* occurrere, quo *Chylus* ibi non solum plus diluitur, sed etiam ascensus ejus versus *venam subclaviam*, accedente *Impetu* *adscendentis Lymphae* acceleratur.

Mihi temperare non possum, quin artificium non contemnendum Naturae animadvertam, in disponendo *Glandulas* *haec* *Lumborum* *Lymphaticas*; quo motus *Lymphae* versus *Receptaculum Chyli* augetur. Dum *Lymphae ductus* veniunt ab inferioribus partibus, *Truncos Arteriarum* comitantur, quarum motu continuo *Systoles* & *Diastoles* *Lymphae* *Adscensus* aequè ac sanguinis promovetur; verum quum *Lymphae* ad *Glandulas* *Lumbales* pervenit, non sufficiente *Trunco* *Adscendentis Arteriae Magnae* *pulsatione* (quoniam istae *Glandulae* sunt multo majores, quam ut superficies externae *Arteriae* possit satis impellere) una ex *Glandulis* *Lumborum* *RR.* sub *Vena Cava* B. locatur, vel inter illam & *Vertebrae Lumborum*, quo *ejus Vesiculae* leniter comprimuntur, & *Lymphae* eorum versus *Receptaculum Chyli* urgetur.

TT. *Vena spermatica* & *Arteria* ab utroque latere in duplicata *Peritonaei* involuta in itinere suo ad *Testes*.

Fig. 11.

Glandulae Lumbales cum *Receptaculo Chyli* & parte *Ductus Thoracici* &c. Mercurio repletae & a corpore liberatae.

A, bb. *Receptaculum Chyli* ex tribus *Truncis* compositum; unus ex illis inaximus est exhibitus ad N, Fig. 10. Haec *Divisio Receptaculi Chyli* in tres *Truncos* a nemine notatur, quo magis inclinatur animus suspicari Descriptiones ejus habentur traditas a quadrupedibus defuntas esse; ubi propter *Posturam* horizontalem non alienum est existimare unum *sacculum Chyliferum* posse sufficere; sed in *Homihibus*, in quibus *Ductus Thoracicus* & *Receptaculum* ad positionem perpendicularem vergit potius, ratione & consilio necessariò videtur in tres *Canales* dividi (praecipuè antequam ex toto *Truncum Magnae Arteriae* subit) quo melius *Chylum* & *Lympham* in ascensu succurrant.

a. Truncus *Lymphae ductus* a *Diaphragmate* ortus.

B. *Ductus Thoracicus* supra *Diaphragma*, ubi procedit inter *Truncum* *descendentem Arteriae Magnae* & *Corpora* *Vertebrarum Thoracis*: Dispositione certè admodum necessaria, ut a *Pulsatione* continua *Arteriae* *Ductus* iste premetatur, & *adscensus* contentorum ejus acceleraretur.

C. Truncus *Unius* ex *Vasis* *Lactiferis* *secundi generis* exhibitio Fig. 10. O, per quem Mercurius injectus erat.

c. *Valvula* *Duplex* notabilis, quae impedit *Chylum* & *Lympham*, ne in hoc vas lacteum retrocedat.

D. *Superficies* sinistrae *Glandulae Lumbalis* super *Arteriam Magnam*.

d. Alter *Truncus* parvus *Vasorum Lacteorum* *secundi generis* cum *exigua Glandula* *Mesenterii*, unde oritur.

E. *Lymphae ductus*, qui a partibus inferioribus oriuntur, & sese in *Glandulam* *Lumborum* *sinistram* evacuant.

F. *Glandula Lumbalis* lateris dextri sub *Vena Cava* posita.

GH. *Lymphae ductus* partium inferiorum, qui sese in novissimè commemoratam *Glandulam* *evacuatur*.

I. *Lymphae ductus* magnus, qui sese in *Receptaculum Chyli* majus evacuat.

KL. *Rami Lymphae ductuum* communicantes inter dextram & *sinistram Glandulas* *Lumbales*.

MM. *Ductus Thoracicus*, ubi *Valvulae* ejus, quae Descensum *Chyli* impediunt & *Lymphae*, languide exprimentur.

NN. *Diversae Divisiones* & *communicantia oscula* *Ductus* *hujus*, quo *Chyli* *Adscensus* melius promovetur.

O. *Varii Lymphae ductus*, qui oriuntur a *Glandulis* in posticis *Pulmonum* partibus, & harum *Glandularum* *Lymphae ductus* sunt exportantes: importantes enim ab ipsis *pulmonibus* partibusque adjacentibus oriuntur.

Fig. 12.

Ductus Thoracicus ad introitum suum in *venam subclaviam* cum *Lymphae ductibus* *cera* repletis.

A. *Ductus Thoracicus*, ubi *Truncum Arteriae Magnae* *descendentem* relinquit, & comitatur *Gulam* in itinere versus *Latus* *sinistrum* *corporum* *Vertebrarum Thoracis* ad *venam subclaviam*, ubi pars ista praecedentis *Figurae* abscinditur & deligatur.

BB. *Duo Lymphae ductus*, qui a *Thymo* exorti sunt.

C. *Divisio* & *Anastomosis* *Ductus Thoracici*.

D. *Magnus Lymphae ductus*, cujus extremitates oriuntur partim a *Thymo*, partim a *Glandula* *subclavia* *dextra*.

E. *Glandula Lymphatica* *subclavia* *sinistra*. *Glandulae subclaviae* (quarum nullus auctor, quod scio, meminit) *duae magnae Glandulae* sunt sub quaque *Clavicula*, & videntur esse una ex iis, quae ad *Catenam Glandularum Venae Jugularis Internae* pertinent: *Lymphae ductus* suos importantes a *Musculis Colli* & *Glandulis* *novissimè* *memoratis* *super Venis Jugularibus* accipiunt, forte etiam a *Glandula Thyroidea*.

F. *G. Lymphae ductus* exportantes *Glandulae subclaviae*, quae sese in *Ductum Thoracicum* evacuant.

H. *Magnus Truncus Ductus Thoracici* prope *Introitum* in *venam subclaviam*.

I. *Externa* & *superior Pars* *venae subclaviae*.

K. *Pars Venae Axillarum* non *cera* repleta a *Ductu Thoracico* propter *valvulas*.

Fig. 13.

Glandula Lymphatica cum *Lymphae ductibus* ejus importantibus & exportantibus Mercurio repleta.

A. *Glandula*, cujus *Vesiculae* Mercurio distendentur.

E. *Lymphae ductus* importantes, per quem Mercurius in *Vesiculae Glandulosae* injectus erat.

DD. *Ramuli* prius quam *Glandulam* *intranct*.

CC. *Ramuli Lymphae ductuum* exportantium, ad exortum ex *glandula* ubi in unum *Truncum* coeunt, nominatum.

B. *Lymphae ductum* exportantem, qui vel protinus in *Receptaculum Chyli*, vel *Ductum Thoracicum*, vel in *Glandulam* *aliam* *Lymphaticam* transit.

Praeter hanc *Communicacionem* *Lymphae ductuum* *auxillio Glandularum* *Lymphaticarum*; *trunci Ductuum* *ipsorum* saepe *mutuas* *habent Anastomoses*, & quamvis vulgò in proxima *Glandulam* *Lymphaticam* *ingrediantur* (ubi *subfidium* *recens Lymphae a Vasis Glandulae sanguiferis derivatae* aequè ac *Impetus* *inde accipiunt*) tamen accidit interdum, esse *ramum* *ab importante* *ad exportantem Lymphae ductum*, ut adparet in *Figura* sequenti.

Fig. 14.

A. *Glandula Mercurio* repleta, ut in hac praecedente *Figura*.

C. *Importans*.

B. *Exportans* *Lymphae ductus*.

DD. *Ramus* *communicans*.

Fig. 8.




Fig. 9.




Fig. 12.




Fig. 14.




Fig. 13.




Fig. 11.






Fig. 10.





A P P E N D I X. T A B U L A Q U I N T A.

Fig. 15.

Partes diversae Organi Auditus hominis.

A. Externa gibba pars *Offis Sphenoidalis*.
 B. Pars *Offis Sincipitis*.
 C. *Processus Mastoideus Offis Temporalis* continuus.
 D. Pars alterius *Processus Offis Temporalis*, qui *Os Jugale* constituit.
 E. *Processus Styloides*.
 F. Pars *Offis Temporalis*; post quam Arteria Carotis versus Cerebrum tendit.
 GG. Pars *Offis Sphenoidis*, unde Musculi *Gargareonis* nascuntur.
 I. Perforatio inter *Os Sphenoides & Temporale*, per quam *Ductus a Palato* in Tympanum fertur.
 K. *Foramen Sextum Nervi* *Offis Sphenoidis*, quod prope radicem *Processus Pterygoidis*; per quod ramus quinti Nervorum e Cranio exit. Vid. Tab. 92. Fig. 2. Y.

a. Pars Pori Auditorii.
 bb. Abruptio *Offis*, quod partem *Meatus Auditorii* inferiorem constituit.
 c. *Musculus Externus Auris*, a quibusdam dictus *Laxator Externus*. Musculus hic parvus sub membrana glandulosa Pori Auditorii situs est, quae Cerumina fecernit: Initium ejus carnosum est in margine externo, ad partem Pori superiori brevi factus tendens, ad latam suam Expansionem in externa superficie *Membranae Tympani* procedit. Quum agit, *Membranam Tympani* extrorsum trahit quasi ad planum unà cum *Mallei manubrio*; quae re magna concussio aeris externi impeditur ne *Membranam Tympani* laedat, quae eo tempore relaxatur.
 d. *Manubrium Mallei* protinus sub *Membrana Tympani* jacens eique contiguum.
 e. *Membrana Tympani*.
 f. Sinus in *Offe Temporalis* propter Articulum *Processus Condyliformis* Maxillae.
 g. *Conjunctio Offis Sphenoidis* cum *Offe Temporalis*.
 hh. Margines *Offium* novissime memoratorum ferrè praeciffi.
 * Sutura inter *Os Temporalis & Sincipitis*.

Fig. 16.

Organa Auditus sicuti adparent in partibus eorumdem *Offium internis*, in Figura praecedente ostentur.

AA. Latus internum inferioris partis *Offis Sincipitis*, quae superiacet parti superiori *Offis Temporalis* proximè Cerebrum.
 aa. Alveoli in *Offe*, qui vasa sanguifera recipiunt durae Meningis.
 B. Pars *Offis Occipitis*.
 bbb. *Conjunctio Offis Temporalis* cum *Offibus Sincipitis & Occipitis*, Sutura Squamosa nominata.
 CC. *Os Temporale* proximè Cerebrum.
 c. Pars illa *Offis Temporalis* five *Processus Petrofi* istius *Offis*, quae *Appendicem anteriorem Offis Occipitis* tangit.
 D. Pars *Offis Sphenoidis*.
 d. Pars illa *Offis Sphenoidis* ad partem superiorem *Processus Pterygoidis*.
 E. Pars *Offis Jugalis*.
 e. Ductus Externus semicircularis *Offis Petrofi* apertus, exhibitus ad k, Fig. 18.
 F. Superficies Externa *Offis Petrofi*, cui Dura Meninge firmiter adhaeret.
 ff. *Lamina Externa Offis Petrofi* abscissa Ferramento, ut duo Musculi *Mallei interni*, pars Cavitatis *Tympani*, & Articulatio *Mallei cum Incudis*, & cum *Cavernulis Offis Petrofi*, quae cum cavernulis *Processus Mastoideus* communicant, videntur.
 G. Alveus in *Offe Petroso*, in quo superior longus & angustus Sinus Durae Matris a *Sella Turcica* ad partem Sinus Lateralis tortuosam postus est.
 g. Perforatio in *Processu Petroso*, per quam Arteria Carotis torquendo transit versus *Sellam Turcicam* ad Cerebrum.
 H. . . Caput *Mallei* Articulum faciens cum *Basi Incudis*.
 I. . . *Basis Incudis* & brevis ejus *Processus in Sinu*.
 K. *Musculus Obliquus five Semicircularis Auris*. Hunc *Duvernus vice Laxatoris Externi* demonstrat ad c in praecedente Figura describit: in proprio sulco *Offis*, qui supra partem Ductus *Offem* est a Palato ad Aures; locatur, unde procedit obliquè ad Finem suum in *Processu acuto per Mallei cervicem*: quum agit, *manubrium Mallei* trahit obliquè versus *Os Jugale*; quo Musculum Externum adjuvat, reddendo *Membranam Tympani* satis potentem, ut magno cuique *Impetui* in aere externo resistat, ne Membrana laedatur.
 L. . . *Musculus internus Tympani Auris*: Pars hujus carnosae, instar prioris, in sulco *Offeo Offis Petrofi* includitur, in latere superiore partis *Offeae Ductus a Palato ad Aures*, ut hic exprimitur; unde perforatur ad latum *Tympani* superius; in exiguum tendinem conversus egreditur ex *Offeo sulco*, funi Trochleae haud absmilili, ad partem *Tympani* oppositam, & ad *processum Mallei* longum committitur. Hic Musculus ab illa parte *Offis Sphenoidis* oritur, quae *Os Petrosum* tangit, & partem constituit *Aquaeductus five Meatus a Palato ad Aures*. Membrana valida, quae Canalem *Offem* obducit, qui hunc excipit Musculum, egreditur cum Tendine suo ad *Processum acutum internum Mallei*, ubi Musculus praecedens inseritur. *Placentinus* Tendinem Musculi prioris videns in sine suo, Musculo eum fugiente, putabat illum ad Musculum memoratum novissime pertinere, quem describit & duplici Tendine Terminatione figurat. Cum Musculus iste internus *Eustachii* agit, longum *Mallei* *processum versus Foramen Ovale & Rotundum* trahit; quo superficies *Membranae Tympani* externa fit concava, & Membrana ipsa plurimum extenditur; quod necessarium est, quando soni sunt submissi.
 M. *Foramen Offis Sphenoidis*, per quod Ramus Quinti Nervorum e Cranio egreditur.
 N. *Foramen Offis Petrofi*, per quod Nervus Auditorius ad Organum Auditus transit.

Fig. 17.

Superficies externa *Offis Temporalis* a dextro latere Foetus maturi.

AAA. Superior & anterior ejus margini, qui *Offi Sincipitis & Sphenoidis* contiguus erat.
 B. Pars ejus posterior, quae *Os Occipitis* tangit.
 C. Magnam *Foramen*, per quod vasa sanguifera in Os ingrediuntur; hoc *Foramen* ad radicem *Processus Mammosiformis* Adulti adparet, qui *Processus* in Foetu non adparet.
 D. *Processus* hujus *Offis* in Foetu ad occursum *Offis Sincipitis & Occipitis*, qui in adulto non est conspicuus.
 E. Pars *Offis Jugalis* abscissa.
 F. Sinus, in quo *Processus Condyliformis* Maxillae excipitur.
 G. Pars illa *Offis Temporalis Processus Petrofi* dicta; ubi excavantur ductus semicirculares & Cochleae.
 H. . . *Processus Longus Incudis*, qui cum parte *Stapedis* superiore, mediante *Offe Orbiculari* articulum facit.
 I. . . *Os Orbiculare & Stapes* articulo extremo *Incudis* *Processu* longo commissa.
 K. . . *Processus Mallei* longus, qui internae superficiae *Membranae Tympani* connectitur.
 Mutua hac Articulatione quatuor *Offium* parvarum *Tympani* & internae superficiae *Membranae Tympani* ad longum *Processum Mallei* connezione; quicunque *Motus* aere externo sunt, qui hanc membranam concutiunt, *Malleus* necessario movetur, itaque *Stapes & Incus*: *Basis* autem *Stapedis* *Foramen Ovale* ad amissum operiens, aer in Labyrintho & Cochleae contentus necessarium inde agitatur, & expansiones Nervorum Auditoriorum in Labyrintho & Cochleae pro variis tremulis *Stapedis* motibus variè adficiuntur.
 L. *Circulus Osseus Foetis*.
 M. . . Pars *Cochleae* in situ, aperta.
 N. . . Tendo Musculi *Stapedis* ab *Offe Petroso* descendens ad Finem suum in parte *Stapedis* superiore, quo trahit *Stapedem* sursum versus *Foramen*, idque occidit.
 O. *Stapes*.
 P. *Osiculum Quartum five Orbiculare*.
 Q. *Musculus Stapedis* ab offeo ejus Tubo liberatus in *Offe Petroso* excavato prope Fundum *Tympani* Tubus qui continet partem hujus Musculi carnosam, minor est longitudine quam externa pars Pollicis, & tantundem major quam *Foramen*, per quod Tendo ejus ad Finem suum in *Stapede* transit.
 R. . . *Basis Incudis*, ubi *Mallei* articulus est.
 S. . . *Processus* ejus Brevis, qui *Offi Petroso* incumbit.
 T. . . *Processus* ejus longus, qui *stapedi* articulo committitur.
 V. . . Caput *Mallei*, quod cum *Incude* articulum facit.
 W. . . Pars illa *Processus* longi *Mallei* ubi Musculus *Tympani* internus *Eustachii* inseritur.
 X. . . *Processus* externus acutus *Mallei*, ubi incipit *Membranae Tympani* adhaerere.
 Y. . . *Processus* ejus acutus internus, cui *Musculus Obliquus five Externus Duvernei* inseritur.

Fig. 18.

Facies interna ejusdem *Offis Temporalis* proximè Cerebrum in praecedente Figura.

A. Interna concava & inaequalis *Offis* proximè *Duram Matrem* superficies.
 B. Pars *Offis Jugalis*.
 C. Substantia *Offis* porosa sicuti adparet, postquam abscissa est, ut demonstrat ejus Cavitatis, *Tympanum* nominata.
 D. Pars *Offis Temporalis* posterior, quae *Os Occipitale* tangit.
 E. Extremitas *Processus Petrofi* proximè *Appendicem Offis Occipitis* anteriorem.
 F. . . Pars *Annuli Offis* inferior.
 G. . . Pars *Musculi Obliqui Auris*, ad Finem suum relicta.
 H. . . *Processus* longus five *Manubrium Mallei*.
 I. . . Pars *Incudis*, quae cum *Malleo* articulum facit.
 K. . . *Os Petrosum* abscissum usque ad Cavitatem *Tympani* F, G, H, I, K. *Tympanum* aperitur: Praeter *Membranam Tympani* ad extremum *Meatus Auditorium*; *Tympani* Cavitatis obtinetur membrana tenui pellucida, quam crediderim etiam super *Malleum*, *Incudem*, *Os Orbiculare*

re & *Stapedem* extensam, quum *Ruysebius* accuratissimus varia vasa sanguifera super hisce *Offibus* animadvertit.

k. Superior five Externus Trium Ductuum semicircularium a parte *Offis Petrofi* adjacenti liberatus aperiturque.

l. Ductus semicircularis medius etiam liberatus & apertus.

m. . . Pars Tertii Ductus semicircularis intima partim etiam apertus.

n. *Foramen*, per quod Nervus Auditorius *Os Petrosum* intrat.

Fig. 19.

Glandulae Salivales Maxillae, unà cum illis, quae Linguae subsunt, dissectae.
 AA. Duae Glandulae Maxillares inferiores, quae in situ representantur, Tab. 15. Fig. 1.
 MM. ex Lobulis conflate diversis, in una Membrana includitae.

BB. Glandulae Sublinguales communi Membrana obductae; Una ex quibus Glandulis in situ demonstratur in Tabula ultimo memorata Fig. 2. W.

CC. Trunci Duarum Arteriarum, quae a Carotidibus oriuntur, & sanguinem in supra memoratas Glandulas salivales deferunt.

DD. Duo Rami Arteriarum, ab ultimo memoratis Truncis orti, qui ad Linguae veniunt. Praeter ramos jam memoratos, quisque horum Truncorum magnorum alium notabilem emit ramum exhibitum Tab. 12. Fig. 4. F, qui in Musculis faciei diffeminatur.

E. Truncus Venae ab extremis Glandularum arteris exortae & vicinarum partium arteris.

F. Pars Quinti Nervorum ramus.

GG. Ductus Salivales Glandularum Maxillarum inferiorum in itinere ad Poros excretorios ad extremitatem cuiusque Papillae sub Lingua posita.

HH. Duae Papillae novissime memoratae, ubi Ductus excretorii Glandularum sublingualium ad eosdem poros cum Ductibus duobus salivalibus. Haec Ductuum Salivallium Protrusio, quae Papillas constituit, est artificium necessarium, ut omnis particula Alimenti masticati impediat ne Ductus intret, vel excreta Saliva in illos redeat.

I. Ductus salivalis a dextro latere secundum longitudinem apertus & expansus.

K. Lapillus sicuti adparet in supra memorato Ductu jacens: Erat colore fulvo & lucido, haud absmilili Auripigmenti coloris. In hisce partibus dissectandis Finis minor casu abrumpebatur, ut hic ostenditur.

Fig. 20.

Internum five posticum Laryngis latus, cum Aspera Arteria & parte Bronchiorum.

A. Pars concava Epiglottidis sicuti adparet suspensa.

aa. Diversae parvae Glandulae ad radicem Epiglottidis, quae operiuntur membrana soluta, quae Glottida constituit & membranae lateris Oris interni, Faucium & Gulae continuatur.

BB. Extremitates *Offis Hyoidis*.

CC. Ligamenta, quibus ad Duos Processus Longos Cartilaginis Scutiformis alligantur.

cc. Partes superiores Cartilaginis Arytaenoideae, quae Membrana soluta supra commemorata operiebantur & Glottida componunt.

d. Pars postica Cartilaginis Annularis.

EE. Musculi Cricoarytaenoidei Postici, qui Cartilaginis Arytaenoideae cc. aperiant, illas retrorsum trahentes.

F. Musculus Arytaenoideus, qui duas Cartilagine Arytaenoideae ad se mutuò propius trahit & Rimulam firmat.

G. Pars Cartilaginosa Asperae Arteriae antrorsum.

HH. Pars posterior & Membranosa Tracheae proximè Gulam.

ee. Diversae Glandulae parvae, quae in hac parte Tracheae Membranosa adparent & initio Bronchiorum. Ductus Excretorii harum Glandularum, mihi persuadeo, sese in Tracheam & Bronchia evacuatis, & Cavitates eorum humectant, & ea ab inspirato aere defendunt, unde pars illa humiditas oritur, quae expirando rejicitur; magna pars etiam istius exoritur a Saliva cum Aer per Os transit; hinc minor humiditas cum expirato aere per Foramina Narium solummodo egreditur, quamquam per Os expiramus; indeque, Halitus plus aut minus humidus est, prout Os plus aut minus aperitur.
 ff. Initium Bronchiorum.
 Glandulae supra memoratae in distillationibus maximam partem adficiuntur, ac istae inprimis quae in Tracheam defluunt & Tussim excitant.

Fig. 21.

Portio Tracheae aperta & explicata, ut latus internum ostendatur.

AA. Cartilagine ejus divitae secundum Tracheae Longitudinem.

B. Membrana ejus interna ex Fibris longitudinalibus concinnata, levata; Cartilagine ad se mutuò propius ea trahit, & Tracheam brevioris reddit.

CC. Ordo Fibrarum transversus incumbens parti Tracheae Membranosa prope Gulam: Extremitates parvarum Cartilaginum Tracheae ad se mutuò propius trahunt, quo Canalem ejus firmant.

Fig. 22.

Larynx, ablata Cartilagine scutiformi; ut a latere adparet,

A. Epiglottis.

B. Radix ejus a Lingua praecissa.

C. Cartilago Arytaenoideae.

D. Pars Cartilaginis Cricoideae postica;

d. Pars ejus antica, quae protinus sub scutiformi adparet.

E. Musculus Cricoarytaenoideus Posticus.

F. Thyroarytaenoideus a Cartilagine scutiformi liberatus & ad Finem suum relictus in Cartilagine Arytaenoideae a latere.

G. Cricoarytaenoideus Lateralis; Oritur a Cartilagine Cricoideae, & Arytaenoideae inseritur. Cum socio adjuvat Glottida aperire.

H. Partes Asperae Arteriae.

Fig. 23.

Larynx unà cum portione Tracheae.

A. Epiglottis, quae Larynx totus suspenditur, quo multo longior adparet in hac quam praecedente Figura.

B. Pars illa Epiglottidis a radice Linguae excissa.

CC. Latera Cartilaginis scutiformis a se mutuò separata.

aa. Superiores ejus Processus Longi extremitatibus *Offis Hyoidis* alligati.

b. Unus ex Processibus ejus brevibus Cartilagini Annulari adhaerescens.

c. Una ex Cartilaginibus Arytaenoideis, Rimulam Laryngis constituentibus Glottida cooperta, dd. Cartilago Cricoideae.

D. Portio Tracheae.

E. Pars Tracheae Membranosa, quae Gulam tangit in itinere ad stomachum.

f. Musculus Arytaenoideus Posticus.

g. Cricoarytaenoideus Lateralis.

g. Thyroarytaenoideus a parte concava interna Cartilaginis Thyroidis oritur, partique posticae Cartilaginis Arytaenoideae inseritur supra Cricoarytaenoidei Lateralis Insertationem: Hic cum socio simili agente, propius ad sese Duas Cartilagine Arytaenoideae trahunt, angustantque Rimulam: Id agunt in Deglutione, quo ulla pars alimenti impeditur prostrus ne in Laryngem descendat, auxilio Epiglottidis, quae eo tempore Rimulam, ad amissum operit. Hi Musculi in quibusdam adeo validi sunt in occludendo hoc iter ad Tracheam, ut ferre possint liquores in ora infundit & in Gulam tranfire sine de glutitione aut auxilio Epiglottidis; quod satis patet, si aperit Oribus Linguisque depressis permittant quantitatem aliquam liquoris inde in stomachos descendere. Usus Epiglottidis est operire Glottida in Deglutione, ut alimentum illam transcendat in Gulam & stomachum. Neque illos Musculos habet Epiglottis, quibus in ista actione deprimitur, sed cum lingua elevatur, Epiglottis necessario deprimitur: Hinc, multum intumescit Lingua, quod saepe illis accidit, qui in magnis sunt salivationibus, libera deglutitio impeditur, & aeger necessario debet etiam fluida lentè deglutire, nec sine difficultate; praesertim si Lingua ita distendatur, ut intra Dentem contineri nequeat.

Fig. 24.

Pars Linguae superior ut adparet exenta cum propriis Musculis.

A. Apex Linguae.

B. Radix ejus ab Epiglottide & Offe Hyoide liberata.

aa. Corpora Linguae villosa nervosa, quae stant obliquè ab Apice ad Linguae radicem versus.

bb. Glandulae ad radicem Linguae posita, quarum Pori excretorii cerni possunt aperte in eorum medio, unde humor emittitur salivalis, Glandulis Faucium & Foraminum Narium haud absmililes, istique quae in Buccis & Labiis locantur.

CC. Musculi Ceratoglossi in situ exhibiti Tab. 14. Fig. 1. DD, ab uno latere.

DD. Styloglossi similiter ostenti Tab. ibid. Fig. ibid. C.

Fig. 25.

Vesiculae Seminales cum parte Vasis Deferentis & Ductus earum communis, qui per Prostatas transeunt in Urethram, apertae.

AA. Pars superficiae externae Vesicularum Seminalium, ubi Vasorum sanguiferorum Ramuli nu, do oculo conspicui sunt.

B. C. Cellulae majores Vesicularum Seminalium & Vasis Deferentis.

D. Vas Deferens apertum.

b. cc. Cellulae minores Vasis Deferentis & Vesicularum Seminalium intra majores.

E. Locus ubi Vas Deferens & Vesiculae Seminales sibi in vicem communicant.

F. Ductus Communis Vesicularum Seminalium & Vasis Deferentis, qui per Glandulas Prostatas transit & Semen in Urethram effundit.

A P P E N D I X T A B U L A S E X T A.

Fig. 26.

Superficiem *Basis Cranii* internam demonstrat, cum parte inferiore *Durae meningis* super ea relicta, quod protinus, exentio cerebro, factam est; prius vasis sanguiferis cera repletis.

AA. Margines *Cranii*, sicuti adparent, parte ejus superiore cera praecisa.
BB. Pars *Durae Meningis Basis Cranii* incumbens.
CC. Duo *Sinus laterales* cera repleti in declivi & tortuoso eorum progressu, ad exitum ad *Cranii Basin*.
dd. Duo *Sinus longi superiores*, qui inter *Sinum Circularem 22.* & *Lateralem* communicant.
ee. Duo *Sinus inferiores breves*, qui sese etiam in sinus laterales ad exitum eorum evacuant.
f. *Os Cristae Galli* sive Processus medius *Ossis Etmoidis* sive *Cribriformis*, per quod *Nervi Olfactorii* ad *Foramina Narium* transeunt.

gg. Diversa Vasa Sanguifera *Durae Meningis* non repleta cera, propter exiguitatem.
hh. *Prima Arteria Durae Meningis* non cera repletae.

ii. *Rami secundi Arteriarum Durae Meningis*; oriuntur a *Carotidibus* priusquam *Cranium* ingrediuntur & transeunt per *Foramen* exiguum, quintum habitum *Ossis Sphenoidis*, ad radicem Processus acuti *Ossis istius*; unde musculli *Gargareus* nascuntur: Postquam *Cranium* ingressae sunt, *Rami* eorum majores superficiei *Durae Meningis* exteriori incumbunt, ut ostenditur Tab. 6. Fig. 1. 2. & 4. qui sulcis in interna *Cranii* superficie excipiuntur, demonstratis Tab. 9. Fig. 2. FF. Sicut *Rami* harum Arteriarum magis magisque dividuntur, & in superiore *Durae Meningis* parte minores sunt, ita sulci in superficie *Cranii* vix adparent: neque ullus ex illis *Sinum* longitudinalem ingrediuntur, ut D. *Ridley* bene observavit. Praeter hos ramos harum Arteriarum, qui sanguinem ad *Durae Matrem* deferunt, sunt quoque alii, qui sanguinem ad *Medullam Cranii* AA. ducunt, & oculis cum *Arterii* Pericranii communicant. *Rami* harum Arteriarum super *Dura Matre*, venis comitantur, quae non exeunt e *Cranio* per eandem perforationem, ubi *Arteriae* ingressae sunt, sed eas relinquunt, ubi inferior & anterior Angulus *Bregmatis* Os *Sphenoidis* & *Temporali* tangit interne; & Postea inter Duos longos Processus internos *Ossis Sphenoidis* & *Frontis* procedunt, & ad Perforationem *Ossis Sphenoidis* secundum sive *Rimam* Magnam, Tab. 89. Fig. 2. C. D. I. egrediuntur. Neque *Rami* majores horum vasorum semper totum suum progressum inter *Cranium* & *Durae Matrem* continuant, sed partes eorum procedunt in *Ossis Alveolis* *Cranii*, praesertim ad Angulum inferiorem *Bregmatis* supra memoratum, posteaque rursus suo ritu egrediuntur. Neque perforationes in *Ossis Sphenoidis*, ubi hae *Durae Meningis* Arteriae ingrediuntur, sunt semper regulares: Interdum enim exeunt sextis *Ossis Sphenoidis* Perforationibus, ubi *Rami Paris Quinti Nervorum* egrediuntur; aliis Perforationes eorum ad Conjunctiones *Ossis Sphenoidis* cum *Ossibus Petroso* sunt, inter Processus autes primi *Ossis* memorati & Perforationes postremi, ubi *Arteriae Carotides* *Cranium* ingrediuntur.

K. *Ramus Tertius Arteriarum Durae Meningis*; *Cranium* ingrediuntur, ubi per *Nervorum* octavum egrediuntur. Non memini me vidisse unquam ulos venarum ramos has *Arterias* comitantes.

Praeter has *Arterias Durae Meningis*, nullus dubito, quin adhibita diligentia, multo plures possint inveniri; & in quibusdam subjectis aliquae desiderari, praesertim illae, in quibus rami diversi transcendent partem *Calvariae* superiorem prope suturam longitudinalem; quorum duos insignes vulgo verus *Occiput* invenimus, ut observavimus Tab. 90. Fig. 2.

L. Magnam *Foramen Ossis Occipitis* per quod *Medulla Oblongata* in *Spectum Vertebrarum* transit.

mm. Quaedam venae *Durae Meningis*, quae cum sinibus inferioribus brevibus communicant.
n. Pars *Ossis Jugalis*.
OO. *Os Etmoidis* sive *Cribriforme*, per quod *Nervi Olfactorii* & *Calvaria* egrediuntur.

PP. *Nervi Optici* ad egressum praecisi.
qq. Magni *Rami Arteriarum Carotidum* ad introitum eorum in *Calvariae* cavitate praecisi.

r. Unus ex *Nervis Paris Tertii* a sinistro latere a *Durae Meningis* duplicatura liberatus, in qua procedit, priusquam e *Calvaria* cum pari sequente egreditur.

ss. Par quartum *Nervorum* a duplicatura novissime memorata liberatum, & sursum versum, ubi secundum *Ossis Sphenoidis* Perforationem sive *Rimam* magnam, exhibitur Tab. 89. Fig. 2. inter C. D. I. transit.

tt. Quintum Par *Nervorum* a dextro latere expansum, priusquam in tres ramos disperitur, a contrario latere *Truncus* ejus integer est. Vid. Fig. 27.

V. Superior & anterior Ramus *Paris Quinti Nervorum* a sinistro latere, priusquam ex *Calvaria* ad secundum *Ossis Sphenoidis* Perforationem cum Tertio, Quarto & Sexto Par *Nervorum* egreditur.

W. Nervus Sexti *Paris* a sinistro latere a duplicatura *Durae Meningis* liberatus; in qua includitur magno intervallo, priusquam Tertium, Quartum, & *Ramum* Anteriorem *Paris Quinti Nervorum* ad exitum suum comitat.

X. Nervus Interoccalis a sinistro latere, ex duobus *Ramis* a *Nervo Quinto* compositus, & in hoc subjecto cum corpore *Sexti* conjunctus; utrum hae *Dispositio* constans sit nec ne, fatear oportet nuperas meas Inquisitiones nondum occasionem animadvertendi praebuisse.

y. Duo *Rami Paris Quinti Nervorum*, qui auxilium adferunt ad constituendum *Nervum Interoccalum*.

zz. Contortio *Arteriae Carotidis* ad latus *Sellae Turcicae*.

1. 1. Glandula Pituitaria in *Sella Turcica* jacens.
2. 2. Sinus circularis, sive Vena Glandulam circumdans Pituitariam, quem primus observavit D. *Ridley*.

3. 3. Infundibulum, in cujus latere interno, credo, Trunci Lymphaeductum exportantium a Glandula Pineali transeunt; praeter quo Cavitas Infundibuli intima Humorem aquosum Ventruculorum Cerebri in Glandulam Pituitariam transmittit, ubi cum *Lympha* conjungitur supra memorata.

4. 4. Duae Arteriae a *Viesensio* animadversae, quae ex *Calvaria* in Membras *Foraminum Narium* Glandulosae & partium vicinarum prodeunt.

5. 5. Partes *Sinus laterales* flexae, cum istam *Calvariae* partem transeunt, ubi *Os Temporale*, *Sincipitis* & *Occipitis* sibi mutuo occurrunt.

6. 6. Pars *Durae Meningis* levata & ad latus reclinata, ut Progressus Tertii, Quarti, Quinti & Sexti *Paris Nervorum* ostendatur.

7. 7. Duri & molles Trunci *Nervorum Auditoriorum* *Ossis Petroso* ingredientis.
8. 8. Octavum Par *Nervorum* sive *Par Vagum*, una cum *Nervis Accessoriis* (**) ad exitum eorum comitantibus.
9. 9. Par Nonum *Nervorum*.

** *Nervi Accessorii*.

Truncus & tres *Rami* ad unum ex *Nervis Paris Quinti* intra *Calvariam*.

A. Truncus.
B. Ganglion ejus.
C. Ramus ejus anterior exhibitus ad V. in Figura praecedente, ex *Calvaria* exiens ad Perforationem *Ossis Sphenoidis* secundum.

D. Ramus ejus medius paulo minor, quam alii Duo, qui egreditur ex distincto *Foramine Ossis Sphenoidis* ad latus *Sellae Turcicae*, & *Foramen* habetur Tertium *Ossis istius*, exhibitum Tab. 89. Fig. 2.

E. Ramus hujus *Nervi Tertius*, qui per sextam *Sphenoidis* Perforationem transit.

Basis Cerebri cum magnis *Truncis Vasorum* utrumque genus cera repletis, quibusdam ex ejus *Ramulis Pia Matre* exutis, una cum Decem Paribus *Nervorum Cerebri* & portione *Medullae Spinalis* &c.

AA. Anteriores;
BB. Posteriores *Lobi Cerebri*.
CC. *Cerebellum*, quod in hoc subjecto valde magnum erat.

DD. Duo *Sinus laterales* post declivem tortuosumque progressum abscessi, exhibitus in prima ex Duabus praecedentibus *Figuris* CC. 5.
EE. Trunci *Arteriarum Vertebrarum*, cum Processus primae *Vertebrae Colli* transeunt, in progressionem eorum tortuoso per magnam *Ossis Occipitis Foramen* ad *Medullam Oblongatam* & *Cerebrum*. Vid. *Append.* Fig. 8. KK.

F. Sinus *Vertebralis* sive *Vena Magna*, in cujus Membrana externa cera e vasis effluxit; & haec est ratio, cur inaequali superficie adpareat, ut hic demonstratur.

GGGG. Continuatio *Durae Meningis* secundum Longitudinem divisa; ab uno latere *Medullae Spinalis* incumbens altera; altera levata & explicata.

a. *Foramen*, cujus crepidini pars lata superior *Infundibuli* ligatur, & in ea aperitur, in tantum ut si *Cerebrum* cum *Infundibulo* adhaerent exemeris, & Tubum inflatorium in quartum *Ventriculum* inferiorem, hoc modo non tantum duos ventriculos laterales flatu possis distendere, sed etiam *Infundibulum* tumere & distendi visurus sis.

bb. Duo alba *Tubercula* post *Infundibulum*.
CC. Duo magni *Rami Arteriarum Carotidum* abscessi, antequam inter anteriores & posteriores lobos *Cerebri* transeunt.

dd. Duo *Rami* communicantes inter *Arterias Carotidas* & *Cervicales*, per quos postremae praecipue cera replebantur, injecta scilicet in unum ex *Truncis Arteriarum Carotidum* tantum ab uno latere: Hinc discere possumus non solum Anastomoses Ramorum magnorum *Carotidis Arteriae Lateris Dextri* cum *Ramis* sinistralis, sed communicationes quoque eorum cum *Arteriis*

vertebralis, cum *Processus Vertebrarum Transversos* transeunt: cera in ejusmodi injectione *Vertebralibus* effluente; quod saepius expertus sum injiciendo ceram in *Arterias* istas, ut praetraditur, capite una cum *Vertebra* Colli a corpore ablatis.

eeee. Duo magni *Rami Arteriae Cervicalis*, qui interdum videntur quasi profecti a *Ramis* communicantibus; ab horum anteriori ostiuntur praecipue *Arteriae Plexus Choroidis*; a duobus posterioribus hi *Rami* ostiuntur, qui ad *Plexum Choroidem* *Ventriculi Quarti Cerebri* tendunt.

f. Duo *Ramuli Carotidum*.
hh. Duo *Trunci Arteriarum Vertebrarum*, qui *Cervicalem* componunt.

g. *Arteria Cervicalis*.
ii. *Arteria Spinalis*, quae propter motum *Cerae* retrogradam aut aliquod cruentum concretum in ea prope *Vertebralem Arteriam*, cera non erat repleta, ut reliquae.

k. Ramulus *Arteriae* inter *Fasciculos Nervi Paris Quinti*, decurrens a dextro latere propter *larum Originem*.
ll. Partes *Cranium Medullae Oblongatae*, protinus priusquam concurrunt ad conjunctionem eorum sub *Ponte Varolii*.

mm. *Tuberculum Annulare* seu *Pons Varolii*.
n. Pars illa *Caudicis Medullaris* sive *Medullae Oblongatae* a dextro latere, a *Willisio* & *senio*, *Corpora Pyramidalia* nominata.

o. Pars illa ab eodem latere, *Corpus Olivare* vocata.
p. *Ramus Arteriarum Carotidum*, qui duos *Cerebri* anteflores Lobos a se mutuo dirimit; de quodam exigui *Rami* nascuntur, qui *Nervos Olfactorios* ad exitum eorum per *Os Cribriforme* comitant, Fig. 26. 4. 4.

qq. *Ramuli* ab *Arteriis Cervicalibus*, qui sub *Pia Matre* decurrunt, quae hanc partem obte- rret; alii *Rami* transeunt in *Tuberculum Annulare*.

ss. Duo primi Processus *Cerebelli* Medullares, qui *Protuberantiae Annulari* continuae sunt, partem ejus videntur componere: Duo secundi Processus *Cerebelli* demonstrati sunt Tab. Fig. 1. SS.

tt. Venae super *Cerebello*, quae secundum eus Sulcos procedunt, qui multum variant in eorum progressu, ratione habita. *Sulcorum Cerebri* ipsius.

VVV. Aliae Venae varie super *Cerebello* distributae, quae sese in *Sinus laterales* evacuant.

WW. *Sulci Cerebri*, in quibus Magni *Rami Venarum*, interdum *Arteriarum* cerni possunt.

XXX. *Rami* earum capillares sicuti sub *Pia Matre* adparent super externa superficie *Cerebri*.

1, 2, 3, 4, 5, &c. Decem Pars *Nervorum Cerebri*, cum septem *Nervorum* *Medullae Spinalis*.

1. 1. Primum Par *Nervorum Cerebri*, *Par Olfactorium* nominatum; in *Brutijs* sunt majores & cavae; hae Cavitates cum *ventriculis Cerebri* communicaunt; sed in corporibus humana non sic adparent. Processus vocantur *Mamillares* a facie eorum in *Quadrupedibus*. Sedula investigatione nunquam neque diligentissimam *Dissector* D. *Ridley* neque ipse detegere potuit nisi unam huius *Nervi* originem; quae ab inferiore & anteriore parte *Cranium Medullae Oblongatae* est; inde progreditur oblique aliquantum inter anteriorem & posteriorem *Cerebri* Lobos; & hinc prodeunt, ut in Figura adparet: In itinere per *Os Etmoidis* (OO, Fig. 26.) hi corpora Medullaria in totidem *Fasciculos Nervosos* convertuntur, quot sunt in *Ossiculo* Perforatione, qui postea super *Membranam Glandulosam*, quae *Foramina Narium* investit, expanduntur.

2. 2. Par *Nervorum* secundum, *Optici* dicti: A duobus magnis Medullarijs *Cerebri* *Protuberantijs Thalami Nervorum Opticorum* dictis exhibitis in sequente Tabula, cc. Fig. 30. oriuntur, transcendent *Crura Medullae Oblongatae*, ad eorum Conjunctionem hic exhibitam Fig. 26. 1. 1. post haec a se mutuo recedentes citio praeteriunt *Prima Foramina Ossis Sphenoidis* P. App. Fig. 26. ubi iis jacent contigui *Rami Arteriarum Carotidum* *Rami*; hinc in omni magis Plethora, a larga potatione & similibus, hae *Arteriae* turbulentes sic premunt *Nervos* Opticos ut *cursum* *Fibrarum* distorqueant, & turbata reddant objecta. Quidam *Rami Vasorum* *Opticorum* inermi oculo sunt visibiles, dum per *Nervorum corpora* transeunt, & etiam manifeste in expansionibus suis intra *Oculorum Bulbos*, quae *Tumores* *Retinae* componunt.

3. 3. Tertium Par *Nervorum* exiens inter Duos *Ramos Cervicalem Arteriarum* eeeee; oriuntur a superiore & anteriore parte *Processus Annularis*, ubi occurrunt sibi mutuo *Crura Medullae Oblongatae*. Neque horum *Nervorum Principia* adparent, donec vasa sanguifera supra memorata & *Pia Mater* abscedunt: *Duplicaturam Durae Meningis* ab utroque latere *Glandulae Pituitariae* ingrediuntur, ut in Tab. 9. Fig. 3. HH. exeuntque ex *Calvaria* cum sequentibus *Nervis* ad musculos *Oculorum*; quare *Par Oculorum Motuum* appellatur.

4. 4. Quartum Par *Nervorum* *Cerebri*, sicuti post progressum suum inter *Cerebrum & Cerebellum* adparent: Remoti oriuntur a loco suo in hac Figura, etiam a tergo *Medullae Oblongatae*, Tab. 10. Fig. 1. VV. in eximendo *Cerebrum* illos invenies sub anteriore parte *Processus* secundi *Durae Meningis* prope *Sellam Turcicam*: protinus sub prioribus *Duplicaturam Durae Meningis* intrant, & per *Foramen secundum Ossis Sphenoidis* cum illis in *Orbitam Oculi* transeunt: Istantur *Par Patheticum*, vel quia *Rami* quidam eorum ad obliquos *Oculorum Musculos* tendunt; vel quod *Rami* satis insignes, si non toti eorum *Trunci*, *Cartilagines Tracheales* oculorum transeunt.

5. 5. Par Quintum in Originibus sunt quam maximi, ad superiorem & lateralem parte *Processus Annularis*, prope *Pedunculum* sive secundum *Processus Cerebelli*, in eximendo *Cerebri* ex *Basi Calvariae* hos *Nervos* invenies protinus sub *Patheticis*: Neque bene illos potes videre ut abscondantur, in hac Operatione, nisi prius *Processum Durae Meningis* secundum dividas: ubi ad extremum *Processum Ossis Petroso* intimum deligatur: Extremo *Processu* novissime memorato superato, *Ganglia* efformant, quorum singulum in tres *Ramos* in praecedente Figura exhibitos dividitur.

6. 6. Sextum Par *Nervorum*, magnitudine Tertium referunt; & a postica parte *Processus Annularis* non procul a *Basi Corporum Pyramidalium* oriuntur; in itinere super *Protuberantiam Annularem*, quidam *Rami Arteriae Cervicalis* eos transcendent: *Duplicaturam Durae Meningis* prioribus ingrediuntur. Vid. Tab. 9. Fig. 3. NN. & extremum *Processum Ossis Petroso* intimum transeunt cum priore, ut ostenditur Fig. 26. W.

7. 7. Par septimum, sunt Auditorii, quorum singulus ex *Nervis* duobus componitur; altero duro, molli altero, qui distinctas habent originis: duro a *Medulla Oblongata* exort; molli proci ab eo, continuato a diversis *Fibris Medullaribus*, quae in quarto *Cerebri* ventriculo adparent unde serpunt super *Caudicis Medullaris* latera, donec duro *Trunco* occurrunt, quem comitant ad *Ossa Petroso*. Fig. 26. 7. 7. molli nunquam intra *Labyrinthos* & *Cochleas* *Organorum* auditus expandit; duri *Trunci* interea transeunt *Os*, & sese in *magnum* *Aream* expandunt, ut *Vires* *senius* accuratissimam illos exhibuit.

8. 8. Par Octavum sive *Par Vagum*; quisque horum decem aut duodecim *Fibrillas* nervosa habet a *Medulla Oblongata* exortas, protinus sub *Processu Annulari*, m. m. & sub *Corporibus Olivariis*, oo, vel inter illa & Tertius *Cerebelli* *Processus*, Tab. 10. Fig. 1. VV. unde decurrunt diversis parvis vasis sanguiferis utrumque genus committit, ad exitum cum sinibus lateralibus 8. 8. Fig. 26. ubi *Spinalibus Nervis* accessoriis, **, occurrunt; qui cum iis exeunt, & ut *Viesensio* ostendit, distribuuntur.

9. 9. Par nonum *Nervorum*, quorum originis vartae a dextro latere distat originibus a sinistro: Ad varia intervalla continuant principia derivare a partibus superioribus *Corporum Olivariarum*, seu pollicis dimidiat longitudine super *Caudicis Medullaris*, quibusdam ex fibris illis quae est a latere sinistro, transcendentibus *Arteriam* *Vertebralem* ejusdem lateris, cum qui int a contrario latere, sub ea decurrunt: postquam paulo progressi sunt, hae *Fibrillae Nervosae* una transeunt *Perforationem Tertiam Ossis Occipitis*. Vid. Fig. 26. 9. 9. Tab. 9. Fig. 3. RR. Tab. 90. Fig. 3. E.

k. Patvus *Ramus Arteriae Vertebralis*, quem vidi cera repletum & cum uno ex istis *Nervis* exeuntem.

** *Nervi Accessorii Spinales* in Adscensu ad *Par Vagum* sub *Arteriis Vertebralibus*: A *Medulla Spinali* oriuntur, multo inferius quam describuntur a *Viesensio*, imo ab anterioribus & posterioribus septimi *Paris Nervorum Colli* (16) Principiis, & in Adscensu collaterali ad *Medullam Spinalem*; semper novas radices ab omnibus originibus nervosis, quas praeteriunt, accipiunt, exceptis *Paris Noni Cerebri* originibus.

io. Decimum Par *Nervorum* *Cerebri* ab uno latere, sive magis proprie Primum *Colli*, qui inter primam *Veriebram* *Colli* & *Os Occipitis* exeunt.

11, 12, 13, 14, 15, 16, 17. Reliqui *Nervi Colli*, qui inter *Vertebrae* succedive exeunt.

AA. Pars *Cerebelli*.
aa. Secundi ejus *Processus*, qui *Protuberantiam Annularem* componere adjuvant.

BB. *Crura Medullae Oblongatae* a *Cerebro* abscissa.

CC. *Processus Annularis* per medium divisus, externa ejus superficie (mm, in praecedente Figura) novacula praecisa, vel scalpello acuto.

bb. *Cinereae* & *Medullares Striae*, quae in hac sectione *Protuberantiae Annularis* adparent.

cc. *Tractus Medullaris medius*, ad quem *Striae*, laterales decurrunt.

dd. Pars cinerea *Medullae Oblongatae* sub *Corporibus Pyramidalibus*: In hac sectione *Crura Olivaria* dividuntur.

e. *Processus Chordalis partim in situ*.

Fig. 29.




Fig: 32.





Fig: 31.



A P P E N D I X.

T A B U L A S E P T I M A.



Fig. 30.
Cerebrum *Basi* incumbens duobus
ejus Hemisphaeriis abscissis, va-
lisque sanguiferis cera repletis,
Cerebello integro relicto.

AA. Pars *Fornicis*, ut adparet
ab ejus radicibus b, b, abscissus,
& reclinatus, cum parte *Corporis*
Callosi super ea relicta.

aa. Vasa sanguifera, quae su-
per hac superficie *Fornicis* adpa-
rent.

bb. Radices *Fornicis*.

cc. *Thalami Nervorum Opticorum*, sive Initia eorum.

ΔΔ. *Corpora Striata*; a sinistro latere integrum est, a
dextro divisum, ut ostendantur *Striae*.

dd. *Crura Fornicis*, ubi gyrare incipiunt deorsum super la-
tera *Crurum Medullae Oblongatae*: Haec *Crura Fornicis* di-
cuntur *Hippocampi* sive *Bombycini*.

ee. *Plexus Choroides*, cujus Arteriae a primis Ramis Arte-
riae Cervicalis ee, App. Fig. 28. oriuntur.

f. Occursus *Plexus* ad radicem *Fornicis*, ubi duae ejus ve-
nae ad alteram ejus partem gg, transeunt.

gg. Pars altera, *Plexus Choroidis*, cujus Arteriae a secun-
dis ramis Cervicalis Arteriae cum primis ope ramorum com-
municantium conjunctis oriuntur; quae hic non adparent
propterea, quod *Cruribus Fornicis* dd, subjacent.

hh. Duae Venae, quae a superioribus partibus *Plexus Cho-*
roidis oriuntur, tertiumque ventriculorum ad alteram partem
Plexus ejusdem gg, prope *Nates & Testes* transeunt.

iiiiiii. Rami Arteriarum Carotidum abscissi, sicuti cera repleti
adparent, interque Plicaturas Cerebri Corticales decurrentes.

K. Ramus venae, quae secundum longitudinem *Corporis*
Striati a sinistro latere decurrit, & sanguinem suum in venas
Plexus Choroidis effundit; ramus autem a dextro latere au-
fertur, ut ostendantur *Striae*.

l. Pars *Rimae Tertii Ventriculi*, quae paullulum sub venâ
h, adparet.

m. Tractus medullaris longus inter *Corpus Striatum &*
Thalamum Nervi Optici, a D. Willisio *Processus Medullaris*
Transversus nominatus.

nnnn. *Centrum Ovale Vieussenii*.

o. Pars illa *Corporis Callosi Vieussenii*, *Fornix verus* dicta,
inter quam & *Fornicem p*, *Septum Lucidum* conlocatur, par-
tem anteriorem *Dextri Ventriculi Cerebri* a sinistro dirimens.
Septum hoc, quod *Speculum* a quibusdam dicitur, est continua-
tio internae membranae investientis duos superiores Ventricu-
los, sibi mutuo in partibus eorum superioribus occurrentes,
Pleurae super *Sterno* haud ab similes, ubi *Mediastinum* com-
ponit, & Cavitatem Thoracis dividit. In superiore parte
istius *Septi* plus una vice Duplicaturam ejus inveni Humore
Aquofo repletam in Cerebris *Hydropicis*, quod notavit etiam
Vieussenius.

O. *Sinus Quartus Durae Matris* cera repletus.

P. *Sinus Longitudinalis* abscissus, ubi *Quarto & Sinibus*
duobus Lateralibus occurrit, *Torcular Herophili* dictus.

QQ. Duo *Sinus Laterales* etiam cera repleti.

R. Vena cera repleta super secundo *Durae Matris* Processu.

r. Quidam rami Venarum, sicuti adparent super processu
Durae Matris secundo.

p. *Fornix* a duabus ejus radicibus abscissus.

qq. Quidam Lymphaeductus super *Plexu Choroidae*, qui ve-
nam hhh, comitant, in itinere ad *Glandulam Pituitariam* in
hac Figura non visam; Illa enim glandula sub *Fornice A*, a,
sita est, unâ cum *Natibus, Testibusque*, ut ostenditur Tab.
10. Fig. 1. Q, O, O, P, P.

Hi Lymphaeductus forte ab accuratissimo Dissectore D.
Bedderwold visi sunt, dum bovinum Cerebrum examinabat;
Cujus relationem cum accuratissimo *Nuckio* communicavit, si-
cut D. *Beddevold* ipse mihi narravit, & in Epistola ad *Calcem*
Adenographiae Curiosae Nuckii adparet. *Vidi*, inquit, *Lym-*
phaticum in Cerebro bovino, quod examine tuo (ut originem
scias & insertionem) erit dignissimum. Non longe a Glandula
Pineali, a qua ramos forte habet, incumbit Plexui Choroi-
deo ad infundibuli latera sese extendens.

SSSS. *Cerebellum* secundo *Durae Matris* processu obductum
in parte ejus superiore, & *Dura Matre* ipsa in parte postica.

ff. Quidam venarum Rami, qui super *Dura Matre* sangui-
ne repleti adparent, partem *Cerebelli* posticam obducente;
qui in Cursu suo a vasis super *Pia Matre* subjacentibus va-
riant, quae protinus super ipsum *Cerebellum* distribuuntur,

& languidè adparent in illis *Plagis* aliquantum parallelè cum
sinibus lateralibus decurrentibus.

TT. Partes Arteriarum Vertebraliū.

VV. *Sinus Vertebrales*, super quibus Cera adparet effusa,
ut in Fig. 28. F.

W. Pars *Medullae Oblongatae* postica, *Dura Matre* ob-
ducta.

XX. Magnum Specillum venas magnas *Plexus Choroidae* in
tertio Cerebri Ventriculo sustinens.

††† Medullaris

*** Cineracea Cerebri Pars.

Fig. 31.

Pars *Cerebelli* postica per partem posticam secta, & ad la-
tus reclinata; una cum portione *Medullae Spinalis*.

AAA. *Cerebellum Pia Matre* tantum obductum, ubi fulci
ejus circulares, in quibus vasa ejus Sanguifera magna deferun-
tur, exhibiti sunt, unâ cum variis Vasorum Ramulis arbo-
rum more, decussantibus vasa *Sulcorum* sub *Pia Matre* de-
currentibus.

BB. Pars *Cerebelli* Medullaris ramosa, ut divisa adparet.

a. *Processus Vermicularis* super parte *Cerebelli* postica.

CC. Duo Nervi Pathetici prope eorum Originem.

cc. *Nates*.

dd. *Testes*, in quorum superficiebus adparent Vasa Sanguifera
sub *Pia Matre* distributa.

f. Glandula *Pinealis*, quam Lymphaticam esse credimus,
Lympham a Lymphaeductibus *Plexus Choroidae* accipientem
& illam rursus effundentem in Lymphaticos exportantes, qui
per Tertium Ventriculorum Cerebri transeunt ad *Infundibulum*
& *Glandulam Pituitariam*; istos Lymphaticos suspicamur su-
per interna superficie *Infundibuli* tendere, ut in *Glandulam Pi-*
tuitariam sese penetrent; quum non solent naturaliter *Lym-*
phaeductus, priusquam ad *Receptaculum Chyli* perveniunt, con-
tenta sua in magnas cisternas evacuare, ut rursus angustis can-
nalibus ad Ductum Thoracicum deferantur; quod est neces-
se, si, ut quidam putant, *Infundibulum* ipsum merus est *Lym-*
phaticus; quod aliquo modo cum D. *Ridley* crediderim fieri
posse; sicuti jam significavi App. Fig. 26. 3.

gg. Primi *Processus Cerebelli*, qui ad *Nates* tendunt.

e. *Processus Transversus*, qui Duos primos *Cerebelli* Pro-
cessus conjungit, ubi Nervi Pathetici exordium capiunt.

hh. Tertii sive Chordales *Processus* a *Cerebello* exorti &
ad utraque latera *Medullae Oblongatae* descendentes.

ii. Quaedam *Striae* pellucidae, quae in quarto Cerebri Ven-
triculo adparent, & ad conflandum Truncos Nervorum Au-
ditoriorum Medullares conducunt; habent nonnunquam Ori-
gines varias a parte *Quarti Ventriculi* superiore, nonnunquam
quaedam ex *Striis* istis inferius oriuntur, quam hic ostenditur.

kk, ll, n. *Quartus Ventriculus* apertus & expansus.

O. Principium *Medullae Spinalis*.

pp. Nervi accessorii.

qq. Partes illae *Decimi Paris Nervorum*, quae a postica par-
te *Medullae Spinalis* oriuntur.

m m. Partes *Octavi Paris Nervorum*, ubi nervis accessoriiis
occurrunt.

Fig. 32.

Maxilla cum quibusdam ex Musculis Labri inferioris ad-
haerentibus.

A. Externum latus sinistrum Ossis nudatum.

B. *Processus Condyliformis*.

C. *Processus Coronalis*.

D. *Processus Acutus*, super parte Interna Maxillae ultra
Dentes Molares, sub quibus Trunci Nervorum & Vasorum
sanguiferorum in *Meditullium Ossis* tendunt & Ramos cuique
Denti praebent.

d. Quidam Rami eorundem Nervorum & Vasorum, ad
Musculos, Glandulas & Membranas inferioris Labri tendentes.

E. Internum latus Labri inferioris propria ejus membrana
obductum.

FF. Facies interior *Musculi Depressoris Labii inferioris pro-*
prii. Vid. Tab. 12. Fig. 5. H.

GG. Quaedam parvae Glandulae Salivales, quae protinus
sub Membrana E. adparent.

HH. Hos Musculos a nullo Auctore invenire potui descri-
ptos, quanquam in natura sunt constantes, saltem in illis
Corporibus, ubi eos exploraverim. Nomino eos *Elevatores*
Labii Inferioris proprios ab Officio. Oriuntur carnoli ab
anteriori parte Maxillae, protinus sub *Gingivis Dentium In-*
cisorum, & ad Fines in cute descendunt, quae Mentum con-
stituit: quum agunt, Cutis super Mento sursum trahitur, &
variè quasi inciditur.

Mmm

A P-

A P P E N D I X

T A B U L A O C T A V A

Fig. 33.



usculi Faciei sicuti adparent Cute, pinguedine, Membranis, & Musculis Quadratis Genarum sublatis.

AA. Musculi Frontales.

B. Orbiculares Palpebrarum.

C. Musculus Dilatator Alae Nasi.

D. Elevator Labiorum Communis.

EE. Elevator Labii Superioris proprius.

FF. Sphincter Labiorum.

GG. Zygomatici seu Distortores Oris.

HH. Depressor Labiorum Communis.

I. Depressor Labii Inferioris proprius.

K. Buccinator.

L. Temporalis.

M. Elevator Auriculae.

N. Masseter.

a. Pars Ossis Jugalis.

b. Cartilago Auriculae a Cute liberata.

cc. Glandula Parotis.

d. Ductus Salivalis superior Glandulae Parotidis, indescensu trans Masseterem per Buccinatorem in Os.

ee. Ramus Arteriae Carotidis, qui transit per Glandulam Maxillarem inferiorem.

f. Pars Ossis Maxillae nudata.

g. Pars Glandulae Maxillaris.

O. Pars Musculi Biventris in situ.

P. Mastoideus.

Q. Pars Cucularis.

R. Pars Elevatoris Scapulae.

SS. Partes Musculi Sternobyoidei.

TT. Partes Coracobyoidei.

Fig. 34.

Oculus sinister cum Musculis ab Orbita liberatus & arefactus.

A. Bulbus Oculi cera repletus.

aa. Nervus Opticus similiter distentus cera.

B. Portio superioris & externi Marginis Ossis Orbitae prope Nasum.

b. Parva Cartilago Trochlea dicta, per quam Tendo Longus Musculi Obliqui superioris (D) ad Finem suum transit.

C. Portio Inferioris & externi Marginis Orbitae, ubi Musculus Obliquus Inferior (I) sumit Initium.

D. Obliquus Superior, in ortu a parte Orbitae inferiore, & per Trochleam b. . . transiens ad Terminationem suam in parte Bulbi Oculi postica. Haec Contortio Tendinis Musculi istius in causa est, quare totus Oculi Bulbus extrahatur extrorsum, & Pupilla deorsum convertatur.

E. Musculus Attollens.

F. Abducens.

G. Deprimens.

H. Adducens.

I. Obliquus Inferior, cujus Origo ab externo Margine partis Orbitae inferioris facit, ut possit Antagonista esse Trochleari sive Obliquo Superiori; trahere scilicet posteriorem & partem Bulbi Oculi lateralem versus suam Originem; quo totus Oculus extrahitur extrorsum, ejusque Pupilla sursum convertitur.

Praeter haec propria Officia duorum Musculorum Obliquorum Oculorum, conjunctim habent commune Officium utilissimum, continendi nimirum Bulbum Oculi quasi super Axe, ut introrsum trahi non possit, Recto aliquo Musculo agente; hoc pacto, quisque proprio suo fungitur Officio oculum sursum, deorsum, vel ad latus convertendi; quod Artificium Naturae non est contemnendum.

Fig. 35.

Partem Calvariae inferiorem exhibet cum Basi ejus sursum versa; Latus Maxillae sinistrum unà cum prima Colli Vertebra & Musculis ab eo orientibus, Occipiti adhaerentibus.

A. Latus Maxillae sinistrum.

B. Musculus Pterygoideus Internus in situ.

C. Foramen Ossis quarti Malae, per quod magnus Ramus Paris Quinti Nervorum transit ad Musculos Faciei, & Ramus Arteriae Carotidis ad Cavitates horum Ossium internas, ut in praecedente Figura demonstratur.

D. Musculus Depressor Labii Superioris proprius & Constrictor Alae Nasi, hic a Fine suo abscissus in Labio superiore & ad ortum relictus in Gingivis Malae.

d. Pars Elevatoris Labii Inferioris proprii relicta ad ortum in Maxilla.

e. Pars illa Marginis Orbitae inferioris, ubi oritur Musculus Oculi Obliquus inferior, in praecedente Figura ad C exhibitus.

E. Os Jugale.

ff. Processus Styloides, quorum qui est a dextro latere, abrumpitur; quod saepe accidit ope laquei in supplicis publicis perditis.

GG. Processus Mammiformis.

H. Prima Colli Vertebra super Occipite relicta.

gg. Duo Processus primae Vertebrae Colli, qui cum ejusmodi processibus in secunda Articulum constituunt.

h. Extremitas Processus Transversi primae Vertebrae.

i. Musculus Annuens sive Rectus Minor Anticus, exhibitus curtato conspectu in App. Fig. 8.

k. Rectus Lateralis sive Abnuens Lateralis.

l. Obliquus superior Capitis.

m. Musculus Rectus Minor Posticus.

I. Auricula.

n. Lobus Auriculae abscissus.

o. Pars illa Orbitae superioris, ubi Trochlea affigitur.

KK. Os Occipitis.

L. Os Squamosum.


M. Os Frontis.




N. Pars Ossis Sphenoidis.



Fig: 35.

Fig: 34.





A P P E N D I X T A B U L A N O N A.



Fig. 36.

versos Musculos ostendit, qui in postica parte adparent & agunt in motibus Capitis & Colli *Vertebrarum*.

A. Pars Pericranii in antica parte Capitis relicta.

B. Os *Occipitis* nudatum.

C. Pars *Musculi Splenis* ad ejus Terminationem relicta.

a Pars *Offis Jugalis*.

DDD. *Musculus Complexus* a Fine suo levatus, ut ejus latus internum ostendatur.

EE. *Recti Majores*: qui est a dextro

latere, manet *in situ*; qui est a sinistro, ab ortu relictus dependet.

FF. *Obliqui Superiores in situ*.

GG. *Obliqui Inferiores in situ*.

HH. *Recti Minores* etiam *in situ*.

b. *Processus Mastoideus* a latere sinistro nudatus.

c. Pars antica primae *Vertebrae Colli* nudata.

d. Pars *Complexi* Processui Mammiformi inserta; a *Fallopio* Musculus est distinctus, qui cum focio ab altero latere, ab eo dicitur Par Tertium Musculorum Capitis.

III. *Spinales Colli*: qui est a sinistro latere, manet *in situ*; qui verò est a dextro, a parte ejus inferiore levatur & ad latus reclinatur, ut Musculus ei subjacens *Transversalis Colli* ostendatur.

K. *Transversalis Colli*, qui a Processibus transversis *Vertebrarum Colli* inferiorum oritur, & Processibus Spinalibus *Vertebrarum* ejus superiorum inseritur.

LLL. *Musculi Interspinales Colli*; Hi non notantur ab Auctoribus, licet veri & distincti Musculi, ut hic demonstrantur. Horum Musculorum causa duplex facti sunt Processus Spinales *Vertebrarum Colli*: Processus Spinales ad se mutuo propius trahunt, dum multò Caput retrahitur, ut cum *Zenith* intuleri volumus.

cccc. *Apices* duplicium Processuum Spinalium.

f. Extremitas Spinae primae *Vertebrae Thoracis*.

Fig. 37.

Partem Organi Auditus Vitulini demonstrat, ubi Ossiculum diversum ab eo, quod inter Processum *Incidis* longum & *Stapedem* locatur, in *Musculi Stapedis* tendine videri potest. *Schelhamerus* nobis narrat, simile ossiculum in quibusdam Animalibus in tendine Musculi Auris interni, descripti ab *Eustachio*, jacens inveniri posse: sed an *Musculus Stapedis* falso pro isto Musculo ab eo habitus sit, haecenus observare mihi non contigit. Ossiculi hujus notitiam in tendine *Musculi Stapedis* Vitulini mecum communicavit D. *Adare*. sed in Corporibus humanis desideratur.

AA. Pars *Offis Petrofi*.

B. Foramen Rotundum.

C. *Stapes* super Foramine Ovali.

E. *Musculus Stapedis* in Cavitate *Tympani* nudus jacens; cum not sit in hoc Animalis in Osseo canali inclusus, ut in Corporibus humanis.

F. Ossiculum in tendine *Musculi Stapedis*, quod super eminentiam *Offis Petrofi* locatur, super quo agit ut super *Trochlea*; hoc modo *Stapedem* trahit a Foramine Ovali.

G. *Cochlea* aperta.

Fig. 38.

Partes posticae *Pharyngis* & *Oesophagi*.

AAA. Pars illa *Pharyngem* constituens.

BB. *Musculus Pterygopharyngeus*. Hic falso in duo Musculorum paria ab Auctoribus dividitur, ut patet Tab. 34. Fig. 34. post *Bourdonem*. Duo tenuia carnosia habet principia a radicibus Processus *Pterygoidis*, & instar semicirculi partem posticam Membranae *Faucium* glandulosae aequè ac *Tonsillarum* amplectitur. Cum in deglutitione agit, non tantum *Fauces*, sed etiam *Tonsillas* comprimit, aequè ac glandulas minores *Faucium*, eodemque tempore contentam earum materiam exprimit, ut alimento in stomachum descendenti sese immisceat. Musculus iste quoque in secretionem agit, cum materia viscida & lenta excreatur, sive sit in *Faucibus* sive Ductibus *Tonsillarum*. Magis arridet Musculum hunc ab *Oesophago* diversum facere, non solum quia super illa parte, quae *Pharynx* dicta est, extenditur, sed etiam quia agit diversè ab *Oesophago*; cum enim hic contrahitur in deglutitione, ille dilatatur.

CC. *Tonsillae*.

DD. *Musculi Stylopharyngei*, qui sursum trahunt *Fauces*, easque dilatant.

EE. *Oesophageus* sive *Constrictor Gulae*.

E. Pars superioris Longi Processus Cartilaginis Scutiformis, unde Musculus novissimè memoratus partim oritur.

G. *Musculus Vaginalis Gulae*, externa ejus membrana obductus. Fibrae Musculi hujus perforati *Gulae* duplicem Fibrarum ordinem habent; externae secundum longitudinem descendunt, internae obliquè; priores a Cartilaginibus sub *Glottide* videntur oriri, & aliquantum obliquè procedentes ad partem *Gulae* posticam ad stomachum descendunt; posterior Fibrarum ordo videtur esse Continuatio *Constrictoris Gulae*, & obliquè ad Os stomachi superius descendere. Officium hujus Musculi est, post deglutitionem alimentum in stomachum deprimere; ad quem suo pondere in Corporibus humanis facilè defertur, sed in Quadrupedibus Positio *Gulae* Horizontalis duplicem requirebat ordinem Fibrarum Spiraliū se mutuo decussantium, quo hic Musculus instruitur, ut a *Willisio* aliisque describitur.

Fig. 39.

Portio Intestini Duodeni statu distenta.

A. Membrana ejus externa, Peritonaeo continua, levata.

B. Superficies Intestini externa cum membrana novissimè memorata, super ea relicta.

C. Externae Fibrae Longitudinales Intestini.

D. Orbiculares sive Circulares Fibrae protinus sub prioribus sitae, quas D. *Cole* putat esse Spirales, & filum continuum ab uno extremo Intestino ad alterum; quo modo Motus Intestinorum Peristalticus continuatur.

Quantum observare potui haecenus in examinando has Fibras sive coctas sive non coctas, oportet fatear, me nunquam mihi satisfecisse de earum continuatione & dispositione Spirali; neque si ita disponerentur, fieri posset, ut fibra singularis evolveretur propter ejus exiguitatem & sibi mutuo adhaesionem a lateribus, vasorum sanguiferorum interventu; contra re penitissimè explorata, videntur esse potius semicirculares, aliae longiores, breviores aliae; quo pacto magis adaequatè latera Intestini sibi mutuo adducunt propius, ut contenta protrudant. Praeter illud Officium Fibrarum Muscularium Intestinorum, reciproca earum cooperatione, non tantum Glandulas subjacentes comprimunt & mucum earum expellunt, ut alimento misceatur; verum etiam quodque latus Intestinorum comprimendo, ora vasorum lacteorum aperiunt; ut *Chylum* recipiant

Fig. 40.

Portionem ostendit Intestini *Jejuni* statu distentam; sublata ejus membrana externa Fibrisque muscularibus.

AA. Quaedam ex Fibris Semicircularibus adhuc super Intestinis relictae.

CC. Diversae parvae Glandulae ad varia intervalla dispersae inter Glandularum racemos postremò memoratos.

Glandularum racemorum Intestinorum tenuium perinde ac Glandularum solitariū huc illuc in Intestinis magnis disseminatarum inventionem doctissimo *Wepfero* & accuratissimo *Peyero* debemus. Licet D. *Willisus* aliique Membranae glandulosae Intestinorum meminerint, tamen nullam inde notionem tolerabilem habuimus, an existerent, & an certo aliquo munere fungerentur. Vasis Sanguiferis, Nervis, & Lymphaticis suppeditantur aequè ac Intestina & Ductus earum proprii; sed neutiquam credere possunt Nervos ullam partem materiae adferre, quam haec Glandulae ductibus suis excretoriis in Cavitate Intestinorum effundunt.

Peyerus notat Glandulosos hosce racemos in parte Intestini sitos esse, quae opponitur connexioni ejus cum Mesenterio, sed saepe invenies illos prope Mesenterium; nunquam tamen illos in ea parte Intestini inveni, cui committitur Mesenterium.


Materia, quam a sanguine fecerunt & poris excretoriis in Cavitate Intestini effundunt, est tenacissima, & cum ex iis comprimatur Motu Intestinorum Peristaltico, in ipso momento quo contenta alimentorum praetereunt, argumentum praebet satis idoneum, non posse iis ita misceri, ut ullae Chyli particulae aptiores reddantur ora Vasorum Lacteorum intrare; sed esse solummodo loco vehiculi Contentis istis Intestinorum, & Membranam villosam internam defendere, ne laedatur vel ab humoribus acidis, vel a corporibus acuminatis, quae huc iter faciunt.

Glandulae *Coeci*, *Coli*, & *Recti*, quae glandulis Intestinorum tenuium respondent, plurimum iis distant Figura & Situ; prioribus in racemis jacentibus, contra posteriores a specie a *Peyero* & aliis Glandulae solitariae nominantur; sunt enim exiguae, Lentiformes, & numerosae admodum, ad varia intervalla disseminatae, stellis fixis haud absimiles.

Omnes hae glandulae Intestinorum perinde ac Stomachi, *Jocinoris*, & *Pancreatis*, medicamentis purgantibus adficiuntur, & opem ferunt Dejectioni Materiae, quam alvus deponit. Cum dico adficiuntur, sensus non est, quod purgans Medicamentum illis particulas tribuit, sed quod postquam ejus particulae per Ductus Chyliferos sese in sanguinem insinuaverint, colo occurrit idoneo in partibus novissimè memoratis aequè ac glandulis istis, quibus cum aquosa sanguinis parte rursus excernitur.

F I N I S.

Sup. Tab. 1.



J. v. d. Spye. sculps.

SUPPLEMENTUM TABULA PRIMA.



Quamquam nullum adhuc seculum foelicius quam praesens Anatomiam excoluit, in qua tot viri eruditi indefinenter satagunt, tot tantaque quotidie in lucem proferuntur inventa; restant tamen, restabuntque in perpetuum non pauca foelicis, & curiosae indaginis detegenda praemia, quorum notitia lucis non parum adferet oeconomiae animali, & quae sagacitatem nostram fefelisse, & tamdiu latuisse mirabuntur forsitan Posteris. Hujus rei argumento sint Glandulae duae, nuper a nobis nec ante a quopiam (quod scimus) observatae in *Pene Humano*; quamquam membrum hoc ab aliis olim accuratè descriptum nos etiam sollicitè saepius rimati sumus, antequam in conspectum venirent haec Glandulae. Hoc autem nobis animos & solatium ferat, quo minus instituto absterreamur, si ex quolibet conamine inventis novis non gaudeamus, idemque moneat ne nimium efferamur, ubi quid foelicius contigerit, quum idem omnibus evenire non potest, aliorumque labores tali successu frequenter destituantur, quorum solertia, & industria non minorem meruerunt laudem.

Exhibet haec Tabula *Vesicae Urinae* partem anteriorem cum *Pene* caeterisque partibus Genitalibus annexis, quae realibus paulo contractiores exprimuntur.

AA. Corpora Cavernosa Penis integra.

aa. Et eorundem extremitates in Corpus Cavernosum *Glandis* receptae, ut etiam *Tab. III. Fig. 1. o----*

B. Cutis Penis Portio *Præputium* constituens.

b. Ejusdem duplicatura, seu pars inferior *Glandi* alligata.

CD. Vasa sanguifera Dorsum Penis permeantia cera repleta.

cc. Trunci eorum a *Glande* rescissi.

d.... Venae *Præputii* Truncus per quam Cera in caeteras Venas immissa. Per hanc inter *Præputii* & *Penis* Venas *Anastomosis* sanguinis pars revehitur, etiam compresso in *Erectione Penis* Trunco magno Venae M. De quo vide *Myotomiae nostrae Reformatæ Appendicem*.

E. *Glans Penis*.

e. *Urachi* Portio

F. *Vesicae Urinae* pars anterior.

f. Membrana ejusdem interior in qua Fibrarum Musculosarum ordo conspicitur. (gg) & gg Ostiola Ureterum bina, cum (h) *Glandulis Miliaribus* h quae Mucum Membranam illam illinentem, & a Salibus Urinae munientem secernunt.

GG. Ureteres rescissi.

HH. Vasorum Deferentium Portiones.

II. Vesicularum seminalium Portiones.

KK. *Prostatæ* cum *Urethra* RR per anteriora divisae.

L---- *Caruncula* Vesiculas seminales claudens, ubi etiam Ostiolum Vasis Deferentibus cum (oo) iisdem commune oo.

ii. Ductuum *Prostatarum* Excretoriorum Oscula ex utrinque *Carunculae*.

M. Venae Penis pars ea, quae a Ligamento Ossium Pubis comprimitur in *Erectione Penis*.

NN. Arteriae } Dorsum Penis Decurrentes.

OO. Nervi }

QQ. Musculi Directores Penis.

RR. Latera *Urethrae* diducta & expansa.

S. GLANDULA MUCOSA infra *Tab. II.* descripta dextri lateris acu distracta.

tt. Ostiolum Ductus Excretorii ut se in *Urethra* Muco proprio turgidum exhibet.

r. Osculum Ductus Excretorii sinistri, quod valde patulum erat, & exitum habuit communem cum Ductu Excretorio ejusdem lateris GLANDULAE MUCOSAE inferioris nuperrimè detectae. Vide *Tab. III. Fig. 1. *---- & Fig. 2. F.----*

*

SUP-

SUPPLEMENTUM TABULA SECUNDA.



irca digiti quadrantem infra Glandulas *Prostatas* (Tab. II. Fig. 1. E.) duas alias Glandulas minores (*ibid.* GG.) figuræ ovalis depressæ, magnitudine Phaeolum æmulantes, utrinque à latere *Urethræ* (*ib.* F.) aliquantò supra *Bulbum* Corporis Cavernosi ejus locatas observavi. Amotis *Musculi Acceleratoris* (*ib.* II.) partibus superstratis utrinque *Urethræ* tactui sese offerunt

Duo corpora dura, quæ sunt hæ Glandulæ. Harum color ad luteum accedens *Prostatarum* non absimilis. Ductus earum excretorii in superficie internâ (*ib.* Fig. II. AB.) juxta membranam *Urethræ* interiorem (*ib.* Fig. C.) conspectui se præbent, unde digitum dimidiatum descendentes angustiores facti istam membranam obliquè perforant (*ib.* D.) & in *Urethram* liquorem deponunt. Totus hic à Glandulis ad *Urethram* transitus admodum angustus, & in cadavere nuper mihi subjecto alterum, eorum valde contortum deprehendi prope ejusdem ostiolum. Apertâ *Urethræ* parte superiore juxta *dorsum penis*, & expansâ *Urethræ* membranâ interiore, si comprimantur Glandulæ, ore duplici distincto liquorem eructant diaphanum, & viscidum: Ostiola hæc in *Urethram* aperiuntur immediatè infra curvaturam ejus sub *Osse Pubis* in *Perinæo*.

In his Glandulis, & earum Ductibus Excretoriis disponendis artificium naturæ egregium. Quippe erecto Pene, & Corporis Cavernosi *Urethræ Bulbo* distento necessariò comprimuntur hæ Glandulæ, & liquor contentus in *Urethram* exprimitur. Quin & *Musculi Acceleratoris* pars his Glandulis superstrata compressionem adjuvat. Ut hæc omnia organa in comprimendis his Glandulis consentiant necessarium videtur, quia liquor, quem fecerunt, tenacissimus; ut usus, cui destinatur, postulat.

Præcepta naturæ intentio in formandis hisce Glandulis opus genitivum primario respicit, ut ex organorum in aliis animalibus his analogorum examine clarius patebit.

Soricibus hæ Glandulæ magnitudine insignes ita locantur, ut inter erigendum Penis intumescencia eas ad *Osse Pubis* apprimat, quod idem in *Echino terrestri* aliisque quibusdam animalibus observandum.

Apris autem maxime sunt, & fluidum, quod fecerunt, magis viscidum, & minus diaphanum, quam animali cuiunque hætenus mihi subjecto, in structura etiam hoc eis singulare, quod musculo donentur peculiari Avium Ventriculo Musculoso non absimile, quæ ita instrui videntur, ut fortius quasi prælo exprimat liquor earum qui his animalibus admodum glutinosus, & aliis etiam præter eoitum temporibus exprimendus. His enim *Meatus urinarius*, cum perlongus sit, hoc liquore, quo illinatur, & ab injuriis salium acrium, quibus urina gravida est, defendatur, opus habet. Juxta mensuram salium acrium, quos continet diversorum animalium urina, & juxta longitudinem *Meatus urinarii* variatur etiam Glandularum proportio. Quod autem notatū dignum sæmellis defunt, quanquam quid illis analogum reperiat. Hoc etiam accurato Anatomico *Regnero de Graaf* observatum in sæminis, qui tales Glandulas descripsit, & *Prostatas Mulierum* vocat. Harum Ductus Excretorii, cum in exitum *urethræ* hient, sales acres a *Nymphis* & *Labiis pudendi* arcent, & in coitu liquorem eructant, ut alibi observavi. *Urethra* enim illis brevissima cum sit, sola *Sphincteris vesicæ* contractio sufficit ad expellendas quascunque *urinae* reliquias.

Ufus harum Glandularum duplex. Primò enim cum erigitur Penis tantum liquoris emittunt quantum ad extrudendas

quascunque *Urinæ* reliquias sufficiat, atque ita prohibeat quo minus cum Semine confundantur. Secundò, per continuam liquoris emissionem *Urethram* contra Sales Urinosos muniunt; quale officium neque *Prostata*, neque *Vesiculae Seminales* præstare poterant, utcunq̄ necessarium. Quia *Musculi Sphincteris* vicinia ita membranam *Urethræ* interiorem corrugat, ut Liquori *Prostatali* facilis non detur exitus. Semen autem *Caruncula*, seu *Caput Gallinaginis* ita cohibet, ut horum alterutri exprimendo *Diaphragmatis*, *Musculorum Abdominis*, & *Levatorum Ani* cooperatio desideretur.

Fig. 1.

Ab, Portio Vesicæ Urinariae.

BB, Ureterum Portiones.

CC, Vasorum Deferentium partes.

DD, Vesiculæ Seminales flatu per Vasa deferentia aliquantulum distentæ.

aa, Vasa sanguifera Vesicularum Seminalium.

E, Glandulæ Prostatæ.

F, Urethra expansa superiori & anteriori parte apertâ; ut denudentur Ostiola Ductuum Excretoriorum Glandularum sequentium.

GG, Glandulæ supra descriptæ duæ, quæ à Liquore quem fecerunt GLANDULÆ MUCOSÆ dici possunt.

h, Ductus Excretorius GLANDULARUM MUCOSARUM alterius priusquam *Bulbum* Cavernosi Corporis *Urethræ* subeat.

I, *Bulbus* Corporis Cavernosi flatu partim distentus, & Musculo Acceleratore denudatus ut membrana exterior appareat, quæ tenuissima est, quo magis adæquatè Musculus dictus *Bulbum*, comprimat, & sanguinem contentum adigat versus Glandem Pene erecto.

K, Musculorum Penis par tertium.

LL, Musculus Accelerator per futuram mediam divisus super *Bulbum*, à *Bulbo* postea liberatus & expansus.

II, Musculi hujus pars superior, quæ GLANDULAS MUCOSAS immediatè superascendit.

MM, Musculi Directoris Penis.

NN, Corpora Cavernosa Penis.

O, Corpus Cavernosum *Urethræ*.

P, Ligatura flatum cohibens intra Corpus Cavernosum *Urethræ* & ejus *Bulbum*.

Q, Apertura per quam flatus immiffus est.

Fig. 2.


GLANDULARUM MUCOSARUM alteram in aqua maceratam, & Ductum ejus Excretorium Argento vivo repletum exhibet.

A, GLANDULA MUCOSA maceratione mole aliquantulum aucta.

b, Ductus ejus Excretorius.


C, Membranæ interioris *Urethræ* Portio expansa.

D, Ostiolum Ductus Excretorii.



J. d. Spye sculps.

Fig. 1.



SUPPLEMENTUM TABULA TERTIA.



Præter Glandulas supra descrip-
tas, quas in corpore Humano
primus tribus aut quatuor ab
hinc annis detexi, & earum hi-
storiam dedi in *Actis Philoso-
phicis Societatis Regiæ Londi-
nensis, mensis Novembris, Anni
Millesimi, Sexcentesimi Non-
agesimi Noni, No. 258.* aliam
etiam Glandulam ante inobser-
vatam cum duobus Ductibus Ex-
cretoriis in *Urethram* hiantibus
& figura ex *Tab. III. Fig. 2. F.*
membranæ interioris *Urethrae*
exhibetur, satis innotescit.

observavi, cujus magnitudo
ubi in superficie exteriori
sublato Corpore Cavernoso

Sita est hæc Glandula in angulo curvaturæ *Urethrae* sub
Ossibus Pubis in ea parte *Perinæi*, quæ *Ano* adjaacet. Ut
foeliciter quis hanc Glandulam investiget, Corpus Caverno-
sum secundum longitudinem incidendum usque ferè ad mem-
branam *Urethrae* internam, tum Corpus Cavernosum cautè
à membrana separandum, quod dum fit, in dicto loco sese
ostendit Glandula. Ductuum Excretoriorum ostiola quæ-
renda in *Urethra* circa digiti quadrantem infra priores; vide
Tab. III. Fig. 1. KK.

Haud absurda mihi videtur conjectura, eum liquorem qui
sub finem *Gonorrhæe* nondum penitus absoluta curatione
effluit viscidus & diaphanus, qui sermone vernaculo dicitur
a *Gleet*, in his Glandulis suos habere fontes, non in *Pro-
statis*, aut *Vesiculis Seminalibus*, ut vulgata fert sententia.
Qualis fluxus vocabulo non inepto *Lamprea* dici potest.
Si autem Ulcus Venereum in Ostiolum Ductus ex his alicu-
jus Excretorii, eroso tandem sphincterè *Lamprea* fit obsti-
nata, & forsan incurabilis. Hujus rei exemplum unum vi-
disse contigit, exhibente Domino Doctore *Drake*, cujus
Iconem vide *Tab. III. Fig. 1. ** Hinc improbat vulgari
medicinam & chirurgiam exercentium mos ingerendi repe-
tita cathartica, & inutilem medicamentorum astringentium
farraginem, quorum in locum in *Lamprea* cum fructu &
levamine substitui possunt injectiones abstersivæ & restrin-
gentes.

Fig. 1.

Urethra aperta ut conspectui pateant Ductus GLANDU-
LARUM MUCOSARUM, &c.

Hæc Figura etiam typo naturali paulò contractior.

AAA, Vesicæ Urinariæ Pars aperta, & expansa ut ejus
interiora pateant.

B, Stylus Ureteri sinistro immixtus ad ostendendum ejus
in Vesicam progressum.

C, Ureteris dextri Pars aperta, ut ejus in Vesicam infer-
tio pateat.

EE, Vesicularum Seminalium pars anterior.

e, Vasa fanguifera quæ Vasa Deferentia, & Vesiculas Se-
minales intercurreunt.

FF, Prostatae diductæ.

ffff., Urethrae divisa Parietes diducti.

G.... *Caruncula* cum Ostioli Ductuum Excretoriorum
Prostatalium utrinque expressis, ut in *Tab. I. ii.*

HH.. GLANDULARUM MUCOSARUM prius de-
scriptarum PAR acu depressum.

II, Styli duo Ductibus earum secretoriis immixti, ex qui-
bus Orificium dextrum rectum, ut in statu naturali; alterum
(*) *... vero amplum admodum in hoc subiecto ex Ul-
cere.

K, Stylus in Ductum Excretorium GLANDULÆ MU-
COSÆ postremo loco descriptæ. *Fig. 2. F...*

L... *Bulbus* Corporis Cavernosi Urethrae Cerâ repletus.

M, Corpus Cavernosum Urethrae utrinque Cerâ reple-
tum.

N, *Glans* Penis Cerâ per *Venam Præputii* immixta refer-
ta. Vide *Tab. I. d---*

O--- Cavitas in quam Corpora Cavernosa Penis (*Tab. I.*
a a a a) terminantur.

Q, Pars Glandis superior Peni adjuncta.

P, Membrana Carnosa Penis ejusdem parte anteriore ex-
tractâ, & acu fixa.

Fig. 2.

Vesica Urinariæ Puelli Portio cum *Urethra*, &c. Typum
Naturalem æquantia.

A, Pars Vesicæ Urinariæ inferior & posterior flatu ri-
gida.

bB, *Vesicula Seminales.*

CC, *Vasa Deferentia.*

D, *Prostata.*

EE, Urethra Corpore Cavernoso sublato inflata.

--F, GLANDULA MUCOSA ultimò descripta ad An-
gulum curvaturæ Urethrae, ubi *Ossa Pubis* subit.



SUPPLEMENTUM TABULA QUARTA.



Admodum notescit, arterias esse vasa quæ sanguinem a Corde ad omnes Corporis humani partes propellant; & figuræ arteriarum nobis indicant naturam, hisce vasis distribuendis, ut partes sint sanguine instructæ, hoc universaliter efficere ope proximi adjacentis Trunci, usque dum Trunci illarum, ascendentes & descendentes, æque ac ramificationes illorum collaterales conici fiunt: non quod sunt omnes Trunci & Arteriarum ramificationes uniformes, vel quod eodem modo fiunt Conici; neque transeunt recta ii cuncti ad partes quas sanguine suppeditant; nec a vicinis Truncis gaudent arteriis hi omnes. *Carotidarum, vertebralium, & splenicarum* Arteriarum trunci, non solum, in illarum progressu, in adultis contorti sunt, sed variè dilatantur in illorum variis partibus perforationum Diametri; præsertim ubi contorquentur, cum vero hæc dilatationes truncorum illorum a sanguinis resistantia procedunt, cui ad Angulos inflectionis subjicitur; sic illæ amplificationes postea protrusionem sanguinis ad extremitates illarum arteriarum impedire contribunt: Hinc evidet, quod cum *Fœtus Arteria* non contortæ sint talibus angulis acutis quam in provectioribus, sic etiam magis sunt conici illarum Trunci, neque sparsim dilati in partibus illarum diversis, ut in adultiore sunt ætate. Directe progreditur Truncus *splenicæ arteriæ* Fœtus & Infantis; sed in adultis eum adhuc semper maxime contortum inveni. Artificia arteriarum spermaticarum tam in *quadrupedibus* quam in *viris* formatio, indicat naturæ inventionem, ut sic sanguinis velocitas coercetur, ne glandulas *Testium* transiret: verisimile est igitur *Testes* omnium fere animalium (*hominum præsertim & quadrupedum*) hac de Causa ex Cavitate *Abdominis* dependere, quod Canales vasorum sanguineorum protrahantur: *arteriæ* enim *spermaticæ* (aliis omnibus contrariè) a Trunco illarum magno longius a *Testibus* oriuntur, quam *arteriæ* aliis cujuscunque Corporis partis, nec taliter externis injuriis fuissent obducti *Testes* (organa ita necessaria) nisi naturæ finis in vasis illorum sanguineis protrahendis pereximia fuisset. Præterquam hanc arteriarum spermaticarum protractionem, videmus naturam assidue alia impedimenta ad cursum sanguinis in istis partibus inhibendum molientem; ad hanc finem minuuntur forsitan *spermaticæ arteriæ* ad illarum originationes a Trunco *arteriæ magnæ in hominibus*, & contorquentur tali modo *quadrupedum spermaticæ arteriæ* antequam *Testes* illorum pertingant. Causa principalis cur natura istis variis utitur artificiis in *arteriis spermaticis Hominum & quadrupedum*, hæc est; si essent *arteriæ spermaticæ* in *viris* contortæ ut in *quadrupedibus* antequam *Testes* illorum pertingant, aperturæ in *musculis abdominalibus* in Homine deberent largiores esse quam revera inveniuntur, & sic *Intestina* in *scrotum* frequentius descenderent, quod (ut scimus) sæpe nihilo minus accidit: Tales *Herniæ* (ita vocatæ) non taliter *Quadrupedes* infestant, quamvis aditus pro *vasis* illorum *spermaticis* (per abdominales *musculos*) multo sunt quam in *Hominibus* latiores positionis causâ corporum illorum quæ horizontalis est,

nec possunt itaque eorum *intestina Peritonæi* premere, ut in *Hominibus* qui erecti sunt.

Nunc Filum prosequar, & extremitates depingam *arteriarum*, una cum illarum cum *Venis* communicationibus. & postea aliquot exempla producam ubi sanguis refluens ad Cor naturæ arte defertur. Postquam sanguinis Circulationem per Cor, Pulmones & vasa sanguifera majora *Harvæus* demonstraverat, conjecturam solummodo fecimus quomodo ad *Venas* sanguinem transmittentibus arteriarum extremitates, donec a *Leeuwenhoekio* (microscopiorum ope) detecta fuerat extremitatum illorum Vasorum continuatio in piscibus, Ranis &c. Attamen quidem sunt qui adeo Dubitant de similibus continuationibus extremitatum Arteriarum ac Venarum in Corpore humano & *Quadrupedibus*; quoniam animalia in quibus observata est (animo placido ut ipse confitetur *Leeuwenhoekius*) fuere Tales Pisces sive amphibii generis, qui solo cordis fruuntur ventriculo, & sanguinem habent frigidum, Vespertilionibus exceptis, in quibus sæpe obscure observatur: ad hoc sanguis in istis animalibus non tam rapidè circulator quam in illis quorum Corda duos habent ventriculos; omnia enim animalia quæ biventribus gaudent Cordibus, vasa illorum ac vasa Pulmonum sanguinem æquo Tempore & quantitate revehunt ad Cor, Cursus illorum inæqualitate non obstante. Hæc dissimilitudo in principalibus organis Circulationis sanguinis in hisce animalibus (nam his solis facta sunt adhuc experimenta) me adduxit quædam experiri in animalibus quorum organa nihil ab humano nisi figura non structura interiori differunt: Hujus rei causa selem decem vel duorum decim dierum Tabulæ alligavi ut in vivisectione, & per Lineam albam dissecans, extrudebantur *Intestina & omentum*: me jubente, sæpe magno duplici microscopio sublinebatur animal, ubi plano vitro ad objecta recipienda idoneo Horizonter collocato *omentum* expandebam (infra affixâ candela) & sanguinis Globulos observavi velociter per vasa minima circulantes, qui non nisi in partibus pellucidioribus membranarum *Omenti* notandi sunt: sanguinis vero motus cito minuebatur, & Globuli Illius cito ab extremitatibus vasorum sanguineorum ejus recedebant; & brevi in largioribus stagnabant ramificationibus. Hæc visio continuationis Extremitatum venarum ac arteriarum dum per illas circulator sanguis hac figura 4. exprimitur.

AA. Truncos arteriarum notat.


BB. Venas quæ distinguebantur cursibus contrariis Globulorum Sanguinis in unoquoque vase.

CCC. Ramificationem extremitatum arteriarum & venarum demonstrant, quæ sese non conjungunt, sed coalescunt, ut hic delineatur.

D. Area quæ hic notatur Microscopio, ut nudo oculo patet.


Cum hoc videram, pluribus amicis simile experimentum demonstrare moliebar, sed non semper successui respondebat ut cum Amicis CHAMBERS & BUCKERIDGE, ubi in Omento Catuli macilenti, & non adeo magni hoc optime observavimus; sed ope Instrumenti alicujus a me preparati ad Mesenterium expandendum, ubi hoc melius notavimus; hæc pars non solum largiora & clariora habens spatia quam omentum, sed vasa ejus sanguinea certius distributa, ut per figuram sequentem elucescit.

Sup. Tab: 4.



D 

Sup. Tab: 5.




D

SUPPLEMENTUM TABULA QUINTA.




Qui oblectant partes translucidas viventium animalium microscopiis investigare, inveniunt extremitates arteriarum & venarum illorum, non aequè omnes imminutæ quamquam conjunctæ. In cauda *Lacerta aquatica*, *Gyrinorum*, & in plerisque piscibus quos examinavi, frequenter plurimas inter arterias & venas observavi communicationes, in quibus plus quam duo Globuli sanguinis aequa fronte circularunt. Et in eadem area vidi aliquas harum communicationum ita minutas, ut unus solummodo globulus transire poterit, & quidem sat lente ante alium. In pisciculis, praesertim in anguillis, saepissime notavi ramificationem communicantem, ita valde minutam, ut unus solum sanguinis globulus hanc transiverit in duobus vel tribus punctis momenti: alio tempore inveni longiora intervalla dum unus globulus transiebat talem ramificationem communicantem, etiam dimidium momenti, momentum integrum, & semel in 2 vel 3 momentis vidi unum globulum sanguinis solum, certum quemque tractum transientem. Expedita fluidorum per arterias splenicis injectorum transitio, ad venas, communicationes inter haec vasa apertiores esse quam inter arterias & venas, aliarum partium arguit, ut alibi fuit a me ostensum. Fluidi etiam in arterias Pulmonicas injecti, ad illarum venas transeunt, quamquam non omnino tam libere quam in splene. Cum Microscopio observans vasorum sanguineorum pulmonicorum extremitates in Rana viva, *communicationes* illorum animadverti multo largiores quam *eas* quas ante vidi in membrana inter digitos Pedis & Pedes ejusdem animalis. Nec dubitandum est de similibus communicationibus patentibus arteriarum & venarum Pulmonum Corporis humani, & *illarum* Quadrupedum, cum consideramus sanguinem illorum Pulmonum debere ad cor aequali tempore & quantitate revelli, cum illo caeterorum omnium corporis partium, ut antea notavimus. Hinc evidet vasa sanguinea Bronchii (primum ab accuratissimo RUYSCHIO observata) esse absolute necessaria, pulmonum partes aliter nutriri non poterant, nec Bronchiorum Glandulae liquorem illarum scernerent si sanguine fuissent instructae a vasis sanguineis pulmonicis qui ita rapide per pulmones propellitur.

Membranam quae inter digitos pedis est, pedis posterioris Ranae vivae observans, postea frequenter eundem pedem hujusce animalis ad illum microscopio applicandum tenueram, hanc membranam perlucidam inveni, & sine motu globulorum sanguinis, tanquam si mortua esset pars illa; dum vero hanc aspiciebam, per jucundè ex confessò fuit, videre sanguinis globulos in hanc sensim irrepentes, & tandem sanguinem ut antea per omnes venarum & arteriarum ejus ramificationes circumferentem, cum nulla vis parti illata fuisset: dummodo sanguis ita lente per vasa irrepit, aperte

evidet globulos ad figuras ovales compressos esse, quae plus vel minus fiunt oblongae, prout hi globuli contractione laterum vasorum quae transeunt, oppugnantur; & hoc saepius animadverti in caudis Lacertarum aquaticarum: sed cum sanguinem horum animalium microscopio examinaveram, & cum sanguine humano contuleram globulos sanguinis Lacertarum ad figuram ovalem propensiores observabam, & altero tanto majores, quam sanguinis humani & pisciculi globulos, quos eodem modo & tempore investigavi. Haud verisimile subita saepe fit sanguinis ab extremitatibus fuorum vasorum retrocessio, & circulatio ejus in iisdem vasis postea continuatur sine ullo impedimento, ut exempli gratia, in Animi Pathematibus, Deliquiis, ab sanguinis profusione, vel aliter. Sed si semel sanguis in ejus vasis (arteriis praesertim) stagnerit, timendum est ne pars Gangrena putrescat, nisi vasa sua proxima, quae sanguinis motu gaudent, sanguinem stagnantem propellant, & per latera vasorum quae eum retinebant, sanguis aufugit. Experimentia docet sanguinem in Contusionibus ubi extra venas effunditur, sive per Transcolationem discedit, vel Abscessum causat: nam minime rationale est (ut opinor) quod sanguinis Globuli stagnantes cum Massa circulante iterum conjungerentur. Sed sanguinem post stagnationem in vasis suis aliquando aufugiturum illorum latera, sequens me docebit Experimentum: Mesenterium Canis dum vivebat, investigans, in quo antea sanguinem extremitates arteriarum & venarum permeantem observaveram, quomodo in vasis sanguis servari poterit, mecum contemplantur, ut postea, unquam eum videre queam cum in extremitatibus stagneret: hunc in finem plures Mesenterii portiones tantis parvularum pyxidicularum rotundarum partibus, transverse sectis Annulorum ad instar jussi alligari; super hos extendebantur Mesenterii portiones, quasi Tympani membrana; & eas postea cum Microscopio explorans, extremitates & ramificationes sanguineorum vasorum sanguine oneratas inveni, quae antea moveri videbantur, haecce Mesenterii portiones adhuc penes me conservantur. Una Mesenterii portio (taliter expansa) in Aqua posita, evanuit sanguis stagnans ex vasis: alia vero portio Aqua solummodo immersa, nudo oculo vidi sanguinem stagnantem per interstitia vasorum sanguineorum & inter membranas Mesenterii dispersum: hinc evidet sanguinem posse etiam post stagnationem latera vasorum transire, sed an sint Globuli ejus separari, vel qualis sit illorum figura, cum Poros, qui in vasorum lateribus sint permeant, in judicium curiosis permitto.

Figura Quinta Extremitates Vasorum sanguineorum representat, ut observantur dum sanguis ea in Mesenterio Canis vivi transit, ut Microscopio observatum est.

- A. A. Arteriarum Ramificationes.
- B. B. Venae quae Comitantur.
- C. C. Ramificationes minores ubi a se invicem transeunt & ad extremitates conjunguntur.
- D. D. Area quae hic notatur Microscopio nudo oculo patet.



I N D E X

I N

S U P P L E M E N T U M .

Artiæ Carotides, T. 4.
 — Splenicæ, T. 4. semper contorta, *ib.*
 — Spermaticæ viriles, T. 4. Artificium naturæ in iis, *ib.*
 — Fœtus, T. 4.
 — Penis, T. 1.
 Arteriæ extremitates in Mesenterio Canis vivi, T. 5.

B.

Bronchii quomodo nutriuntur, T. 5. eorum vasa sanguinea valde necessaria, *ib.*

C.

Caruncula vesiculae feminales claudens, T. 1.
 Circulatio sanguinis demonstrata in Omento Felis, T. 4. Mesenterio Canis, T. 5. in caudis Piscium, *ib.* in membrano pedis Ranae vivæ, *ib.*

D.

Ductus Excretorii Ostiolum, T. 1.

G.

Gallinaginis Caput, T. 2.
 Gangrena quando timenda, T. 5.
 Glandula Mucosa acu distracta, T. 1.
 — Nova descripta, T. 3. situs ejus, T. 3. F. 2.
 Glandulae Miliares, T. 1.
 — Mucosæ descriptæ, T. 2. earum usus, *ib.* earum ductus excretorius, T. 2. F. 1. & F. 2. Argentis vivo repletæ, T. 2. F. 2. Acu depressæ, T. 3. F. 1. styli in earum ductibus immisi, *ib.*
 — Prostata, T. 2. F. 1.

H.

Herniæ, T. 4.

M.

Mesenterium, T. 4.
 — Canis vivi, T. 5.

Musculus Accelerator Urinæ divisus & expansus, T. 2. F. 1.
 — Director Penis, T. 1. & 2. F. 1.

N.

Nervus Penis, T. 1.

O.

Omentum Felis, T. 1.

P.

Penis Corpora Caverosa, T. 1. & 2. F. 1.
 — Glans, T. 1.
 — Bulbus Corporis Caverosi flatu distentus, T. 2. F. 1.
 — Musculorum par tertium, *ib.* cera repletæ, T. 3. F. 1. Membrana carnosæ, *ib.*
 — Vena ejus, T. 1.
 Prostata Mulierum, T. 2. cum Urethra per anteriora divisæ, T. 1. diductæ, T. 3. F. 1. Oscula Ductuum, T. 1.
 Pulmones eorum sanguis, T. 5.

S.

Sanguis, Circulatio ejus, T. 4, & 5. post stagnationem in vasis suis, aufugit illorum latera, T. 5.

T.

Testiculi, T. 4. quare ex cavitate Abdominis dependent, *ib.*

V.

Venæ in Omento Felis, T. 4. earum & Arteriarum Extremitates in eodem, *ib.*
 Vesicula Seminales, earum portiones, T. 1. Inflatæ, T. 2. F. 1. vasa sanguifera, *ib.*
 — pars anterior, T. 3. F. 1. T. 3. F. 2.
 Vesica Urinalis pars ejus anterior, T. 1. portio ejus, T. 2. F. 1. pars inferior & posterior, T. 3. F. 2. aperta, T. 3. F. 1.
 Urachus, Portio ejus, T. 1.
 Ureteres recissi, T. 1. eorum Portiones, T. 2. F. 1. progressus ejus in vesicam, T. 3. F. 1.
 Urethra, cera repletus, T. 3. F. 1.

F I N I S .

I N D E X.

A.

Abdomen apertum Tab. 33, 40. Feminae T. 49. praegnantis T. 54, 55, 56. Foetus, T. 62, 63. ejus Integumenta, T. 31. Musculi. vide Musculi. Cavitates, T. 41, 49, 52.

Accretio partium in genere. Vide *Introductionem*.

Acetabulum, T. 99. Fig. 2.

Acromion, V. Ossa, scapula.

Adiposi Ductus, eorumque usus T. 4. F. 13.

Allantois, T. 55, 56, 57. F. 7. T. 58, 59. unde dicta T. 59. ejus Descriptio, ib. ejus usus ib. utrum existit in corporibus humanis necne, T. 58.

Alvearium, V. Auris Meatus Auditorius.

Alveoli, T. 92. F. 5.

Amnios, T. 55, 56, 57. F. 37. T. 58, 59. Pellucidus, plenus vasorum, T. 55, 59. Usus liquoris in eo contenti T. 58. Glandulae infusus in eo in vaccis, & earum usus suppositus T. 55.

Amygdalae, V. Tonsillae.

Anastomoses Arteriarum & Venarum. V. Arteriae.

Anatomia probata utilis in Chirurgia, *introducitur*. T. 15. F. 2. T. 72. App. F. 2.

Ancon, V. Ossa, Ulna.

Animales spiritus, vulgaris de iis *Hypothesis* repudiata T. 10. F. 6.

Annularis Cartilago, T. 24. F. 5, 6, 7, 8. Ap. F. 20. 22, 23.

Antihelix, V. Auris Externa.

Antitragus, ib.

Aquaeductus Auris, Ap. F. 8.

Arteriae, Tunicae Externae earum T. 24. F. 4. Mediae five Fibrosae. T. ead. F. 5. Internae, T. ead. F. 6. quo longius a corde decurrunt, subdividuntur & fiunt tenuiores, ib. earum Extremitates pellucidae, ibid. conspectae in pinna vivae Anguillae Minoris, Ap. F. 4. Soleae, F. 5. Arteriae & Venae sunt Canalis continuus, ib. Ligatio earum sua in amputatione Mammae T. 19. F. 5. In Amputatione T. 64. F. 8. Confilium de iis ligandis in Aneurismate Brachii Ap. F. 3. Quomodo tuebimur Arteriam in inferiori parte Faciei, &c. in Incisionibus, T. 12. F. 14. Aneurisma in Arteria parva exeunte e Calvaria ad Frontem, & quomodo sanatum, T. 5. F. 1. systema earum a Bidloo minus verum, T. 24. F. 15. Exactum unum Ap. F. 3.

Arteria, five Arteria magna T. 22. F. 1, 7. Ap. F. 3. Valvulae ejus semilunares T. 22. F. 13. Ascendens Truncus T. 24. F. 1. Ap. F. 3. Descendens Truncus T. 41, 42, 49, 50, 63. F. 1, 2. Ap. F. 3.

Coronariae Cordis T. 22. F. 11. Ap. F. 3.

Subclaviae, Ap. F. 3.

Carotides T. 6. F. 6. T. 9. F. 3. T. 14. F. 1. T. 15. F. 1, 2. Ap. F. 3, 8, 28, 30. earum Contortiones, T. 6. F. 6. Ap. F. 3. earum Ratio T. 6. F. 6. in Transfundo *Sellae Turcicae*. Ap. F. 3. 26.

Vertebrales Ap. F. 3, 8, 28, 30. earum Contortiones Ap. F. 3. earum Ratio ib. Cavitates earum interdum majores ibi, ib. Ascendentes super *Medullam Oblongatam*.

Cervicales. Ap. F. 28.

Rami Communicantes Ap. F. 3, 28.

Pars Faciei, Linguae inferior, T. 12. F. 4. Ap. F. 3.

Temporalis, Ap. F. 3. Rami ejus ad Glandulam Parotidem ib. Tempora, ib.

Occipitalis, ib. cum Temporalis Anatomofes facit ib.

Faucium, Uvulae, &c. ib.

Laryngis, &c. ib.

Musculorum Cervicis & Scapulae, ib.

Mammariae, T. 31. F. 1. Ap. F. 3. Anatomofes faciunt cum Intercostalibus & Epigastricis ib.

Musculorum Humeri & Scapulae, ib.

Axillares existentes Initium Brachialium T. 64. F. 8. Ap. F. 1, 3. Ratio Progressus earum Ap. F. 3. earum ad Cubitum Divisio, ib. Ramus Communicans ib. ubi vulneratur missione sanguinis F. 1.

Cubiti quae ad Carpum pulsum efficit, T. 67. Ap. F. 3.

Manuum, & Digitorum Ap. F. 3.

Bronchiales, Ap. F. 3. earum Ortus, ib. cum Pulmonariis faciunt Anatomofes. T. 24. F. 1. Ap. F. 3.

Gulae, Ap. F. 3.

Intercostales, ib.

Coeliaca, T. 42. Ap. F. 3. Varii ejus Ramuli facientes.

Hepatica, T. 38. F. 5. Ap. F. 3.

Cylica, Ap. F. 3.

Coronaria Inferior Ventriculi T. 33, 34. F. 5. Ap. F. 3.

Pylorica, Ap. F. 3.

Epiploica, ib.

Coronaria superior, T. 34. F. 5. Ap. F. 3.

Phrenicae, Ap. F. 3. Ortus earum, ib.

Splenica, T. 36. Ap. F. 3.

Duodeni & Pancreaticae, Ap. F. 3.

Mesenterica superior, T. 40. F. 2. T. 41, 42, 50. Ap. F. 3. Anatomofes inter se & cum Mesentericis faciunt, Ap. F. 3.

Mesenterica Inferior, T. 40. F. 2. T. 41, 42. 50. Ap. F. 3. Ramulos ad Colon emittit, Ap. F. 3. Rectum, ib.

Emulgens, T. 42, 43. F. 1. Ap. F. 3.

Vertebrales Lumborum, Ap. F. 3.

Spermatice viriles, T. 41, 42, 44. F. 2. T. 45. F. 1, 2. T. 46. F. 1, 5. Ap. F. 3. Ortus earum, T. 42. de ea Error notatus, ejusque causa ib. ad initium suum sunt perexiles. T. 45. F. 2. Ap. F. 3. in Hominibus & Brutis diversae, ejusque ratio, T. 45. F. 2.

Spermatice Feminae, T. 50, 53. F. 13. Communicant cum Hypogastricis ib.

Sacrae, Ap. F. 3.

Iliacae, T. 49, 50, 63. F. 2. Ap. F. 3. Externae, T. 42, 50. Ap. F. 3. Internae, T. 50. Ap. F. 3. Majores ratione in Foetu quam in Adulto, ejusque Ratio, ib.

Umbilicales, T. 59. 60. F. 1, 5. T. 61. F. 3, 4, 5, 7, 9. T. 62, 63. Ap. F. 3. Inaequalitates in Truncis earum diversae, T. 61. F. 3. 5. earum Causae, F. 3.

Epigastricae, T. 32. F. 1. Ap. F. 3.

Musculorum Obliquorum Abdominis, Ap. F. 3.

Extensorum & Obturatorum Femoris ib.

Penis T. 47. F. 1. T. 48. F. 1. Ap. F. 3.

Vesicae, Ap. F. 3.

Internae Pudendi, Ap. F. 3.

Hypogastricae, quomodo Compositae, ib.

Externae Pudendi, earumque Ortus, ib.

Crurales, ib. earumque Progressus Ratio ib.

Cruris, ib.

Pedis, ib.

Pulmonariae, T. 22. F. 1, 8. T. 24. F. 2, 3. T. 25. F. 10. Valvulae earum semilunares T. 22. F. 14.

Arthroidea, T. 97. F. 1.

Arytaenoides Cartilago T. 24. F. 8. Ap. F. 20, 22, 23.

Aspera Arteria, T. 24. F. 7. T. 25. F. 4, 8.

Astragalus, V. Ossa.

Atlas, V. Epistropheus.

Atlas, V. Vertebrae.

Auditus, quo modo peragitur. Ap. F. 17.

Auriculae Cordis, V. Cor.

Auris Externa, T. 12. F. 1, 2. Meatus Auditorius, T. 90. F. 5. Ap. F. 15. Cartilagine Meatus, Ap. F. 8. Membrana ejus glandulosa, T. 90. F. 5. ejus Usus & morbi, ib. Membrana Tympani, Ap. F. 15. Annulus Ossis in Embryone, Ap. F. 17, 18. Cavitas Tympani, Ap. F. 16, 18. instructa Membrana, F. 18. quae cum Ossibus ejus communicat, ib. ejus Ossa, V. Ossa. Distinctum unum in Aure Vituli, A. F. 37. Labyrinthus, T. 90. F. 7, 8. Ap. F. 16, 18. Cochlea, T. 90. F. 8, Ap. F. 17, 37. Foramen Rotundum, Ap. F. 37. ejus Musculi, V. Musculi.

B.

Brachium, T. 1, 2, 3.

Bregma, v. Ossa Sincipitis.

Bronchia, T. 24. F. 2, 3, 4. T. 25. F. 5, 6, 8, 9, 10. Ap. F. 20. Glandulae in parte ejus Membranosa, earumque Usus, Ap. F. 20. Cartilagine variis Formis, & quomodo connexae, T. 25. F. 8. Repraesentatio ejus in stanno, T. ead. F. 11. quomodo praeparatur. F. 10.

Buccae, internum earum latus T. 14. F. 1.

C.

Calamus scriptorius, v. Ventriculus, Quartus Cerebri. Calcis Os, v. Ossa, Calc.

Canalis, Arteriosus, Ap. F. 3. ejus Ortus, Insertio, & Usus, ib. post partum fit Ligamentum, T. 38. F. 5.

Canalis Venosus mutatus in Ligamentum, T. 38. F. 5.

Canthus, major & minor, v. Oculi partem Externam, Capilli Microscopio conspecti T. 4. F. 7, 8, 9, 10, 11, 12. Ortus eorum T. ead. F. 6. quomodo nutriuntur eorumque Compositio, ib.

Caruncula Lacrymalis, ib.

Carunculae Myrtiformes quomodo fiunt, T. 51. F. 3.

Carpus, V. Ossa.

Cartilago Eniformis, T. 26. F. 1. T. 95. F. 5.

Cartilagine Semilunares super Capite Tibiae Superioris, T. 84.

Laryngis, T. 24. Tracheae, T. 25. F. 8.

Cataractarum Depositio, T. 11. F. 24.

Catarri inque iis Partes Affectae, Ap. F. 20.

Cavernosa Penis Corpora, V. Penis.

Centrum Gravitatis totius Corporis, Ubi, T. 82.

Centrum Ovale, Ap. F. 30.

Cerebellum, T. 6. F. 2. T. 7. F. 1, 2. T. 8. F. 5. T. 9. F. 1. Ap. F. 28, 29, 30, 31. ejus Medullium T. 9. F. 1. T. 10. F. 1. Ap. F. 31. Processus Vermicularis, T. 7. F. 2, T. 8. F. 5. Ap. F. 31. Processus primus T. 10. F. 1. Ap. F. 31. Processus Transversus illos conjungens, ib. Processus secundus, Ap. F. 28, 29. Processus Tertius five Cordalis, Ap. F. 29, 31.

Cerebrum, Pars ejus superior cum Membris, T. 5. F. 2. Obductum *Dura Mater*, T. 6. F. 1. Pars posterior & Lateralis cum ejus Membris T. 6. F. 4. Duo Hemisphaeria, T. 8. F. 5. Lobi anteriores, T. 9. F. 1. Ap. F. 28. Lobi posteriores, T. 7. F. 1. T. 9. F. 1, 2. Ap. F. 28. sciti transverse, T. 10. F. 1. T. 9. F. 1. Ap. F. 30. Pars Corticalis, T. 10. F. 1. Ap. F. 30. Anfractus super ejus superficie T. 5. F. 2. T. 8. F. 5. Pars Medullaris, T. 10. F. 1. Ap. F. 30. Microscopio conspecta, vasorum sanguiferorum Distributio, Glandulae earumque Tubi. T. 10. F. 2. ejus Arteriae, v. Arteriae Carotides. Vertebrae Venae priusquam ingrediuntur Sinum Longitudinalem, T. 6. F. 3. T. 8. F. 4. Modus ingrediendi, ejusque ratio T. 6. F. 3. Vena Magna sese evacuans ad Torcular, T. 8. F. 2. Vasa sanguifera jacentia inter *Piae Matris* Duplicatam, T. 5. F. 2. T. 8. F. 5. Vulnera Magna & periculosos *Fungis* obnoxia, T. 8. F. 5. in concussionibus quae vasa laeduntur, T. 5. F. 2.

Chorion, T. 55, 56, 57. F. 3. 7. T. 58, 59, 60. F. 1, 2, 6. Vasorum Ramuli, T. 61. F. 7, 8.

Chyliferus Ductus, v. Thoracicus Ductus.

Chylificatio, v. *introducitur*.

Ciliorum Cartilagine, T. 11. F. 5.

Circulatio inter Matrem & Foetum probata, T. 54. Modus ejus per Cor Foetus Ap. F. 3.

Claviculae, v. Ossa.

Clitoris, T. 51. F. 1. Glans, T. 50, 51. F. 1, 2. Praeputium, T. 50, 51. F. 1. Quid est, ib. Crura T. 51. F. 1. Contextura, T. 51. F. 2. Capsula five Membrana propria, ib. septum ib. Extensionis ejus causa, T. 51. F. 1.

Coccygis Os, v. Ossa.

Cochlea, v. Auris.

Coecum, v. Intestina.

Colon, v. Intestina.

Columnae Carneae, v. Cor.

Conceptio, Introductio.

Concha, v. Auris Externa.

Condylus Processus, v. Ossa maxillae Inferioris.

Cor in situ, T. 21, 24. in Foetu T. 63. exemptum, T. 22. F. 1. sectum transverse, F. 9. Membrana ejus Externa. F. 1. Fibrae, T. ead. F. 2, 3, 4, 5. quomodo parantur & exhibentur, F. 2. Auricula Dextra T. 22. F. 1, 2. Aperta, F. 6, 8. Auricula sinistra T. ead. F. 1, 2, 7, 8. Ventriculus Dexter, T. 22. F. 8, 9. Ventriculus sinister. T. ead. F. 79. Columnae Carneae, F. 7, 10.

Coracoides Processus, v. Ossa Scapulae.

Coronae, ib.

Corpus Caisosum, T. 10. F. Ap. F. 30.

Corpus ejus Transversale. T. 10. F. 1.

Corpus Glandolium in viris. v. Prostatas; in Feminis, v. Vagina.

Corpora Striata, T. 10. F. 1. Ap. F. 30.

Corpora Pyramidalia, Ap. F. 28.

Corpora Ovaria, Ap. F. 28.

Corpora Cavernosa Penis, v. Penis.

Costae, v. Ossa.

Cranium, T. 5. F. 1. Corpora ejus Pilifera, & Glandulae Miliares, ib. Numerus & magnitudo vasorum ejus sanguiferorum notantur, ib.

Cricoides Cartilago. T. 24. F. 5, 8.

Crista Galli, v. Ossa Os Cribrosum.

Cuticula diversarum partium Corporis Microscopio conspecta, T. 4. F. 1, 2, 3, 4. Composita ex diversis Striis, squamarum, quomodo exhibentur, ib.

Cutis, Exterior superficies ejus, sicuti inermi oculo adparet, T. 4. F. 5. Microscopio conspecta, F. 6. Papillae ejus ex Glandulis & Nervis constatae, T. 4. F. 6. Glandulae sudoriferae duorum generum, Pyramidatum, & Miliarium, ib. vasa sudorifera, Arteriae, Venae, Nervi, Lymphaductus, ib.

D.

Delocatio Claviculae & Acromii, v. Ossa.

Dentes, v. Ossa.

Diaphragma, v. Musculi.

Diastole Cordis, T. 22. F. 1. v. Cor.

Diploe Cranii, T. 5. F. 2. T. 9. F. 3.

Dissimilares partes, quid, T. 4. F. 6.

Ductus Hygrophthalmici Lacrymales, T. 11. F. 5. Biliariis, T. 36. F. 1, M. Pancreaticus, T. ib. F. ead.

Thoracis, Ap. F. 10, 11, 12. A. Palato ad Aures, Ap. F. 8. Hepaticus, T. 38. F. 5.

Duodenum, v. Intestina.

Dura Mater, T. 5. F. 2. T. 6. F. 1, 2. T. 7. F. 4. T. 8. F. 1, 2, 4, 5. T. 9. F. 2, 3. T. 10. F. 1. Ap. F. 26. Vasa sanguifera statu distenta, T. 6. F. 1. jacentia in ejus Duplicatura, T. 5. F. 2. trans eunt ab ea ad Calvariam, T. 5. F. 2. T. 6. F. 1. Ratio eorum particularis, Ap. F. 26. Quadruplicatura, T. 7. F. 1. T. 8. F. 1. Primus Processus, v. Falx. secundus Processus, T. 7. F. 2.

E.

Embryo, v. Foetus.

Empyema, Cautele in aperiendo T. 94. F. 4.

Epididymidae, v. Testiculi.

Epigastrum, T. 1.

Epiglottis, T. 13. F. 1. T. 24. F. 5, 6, 7, 8. Ap. F. 20, 22, 23. Glandulae ad ejus radicem, Ap. F. 20. ejus Usus, T. 14. F. 1. Ap. F. 23. falso a quibusdam credita exerecentia, T. 13. F. 1.

Epistropheus, T. 93. F. 4.

F.

Fallopianae Tubae, T. 5. F. 3, 4.

Falx, v. F. 1. F. 3, 4. ejus Usus, F. 8.

Fauces, earum Membrana glandulosa, T. 14. F. 3.

Femora, F. 1, 2, 3.

Femur, T. 1, 2, 3.

Fermentatio Alimentis in Chylificatione, Introductio.

Fermentatio Sanguinis in ejus vasis, v. Intestinus ejus motus.

Fibra Musculi, T. 64. F. 1.

Fibula, v. Ossa.

Fistula Lacrymalis, ejus causa, & sanandae ratio, T. 11. F. 5.

Fistulosum Ulcus in superiore parte Feminis quomodo sanatum, T. 72.

Foetus septem mensium in Utero, T. 56. ejus postura varia, quando optima ad partum, ib. viginti quinque dierum a Conceptu, T. 17. F. 3. quadraginta dierum, F. 4. duorum mensium cum dimidio, F. 5. trium mensium, F. 6. Octo Mensium, F. 7. Apertus, T. 62, 63.

Foramen Ovale descriptum Ap. F. 3. Fornix, Ap. F. 30. ejus Radices, T. 10. F. 1. Ap. F. 30. Crura, Ap. F. 30.

G.

Ganglion in Nervis, T. 10. F. 6. Ap. F. 27.

Gargarum, v. Uvula.

Gingivae T. 13. F. 1. Microscopio conspectae, F. 10.

Ginglimus, T. 96. F. 1.

Glandulae Adiposae, v. Omentum.

Axillares, Ap. F. 1. earum Usus, Tumores in iis unde fiunt, ib.

Inguinales, Ap. F. 1. earum Usus, Causae Tumorum in iis, Causa enarrati, unus ubi sex libras ponderavit.

Lacrymales, T. 11. F. 1, 2, 3, 5. earum Ductus, T. ead. F. 5.

Laborum, Ap. F. 8.

Lymphaticae, Ap. F. 13, 14. quae sunt in Collo, tumet in Scrophulis, earumque Cura, F. 2.

Lumbales, Ap. F. 10, 11.

Maxillares, T. 15. F. 1. Ap. F. 19. earum Arteriae, Venae, Nervi, Ductus salivosi, Ap. F. 15.

Miliares, v. Cutis.

Mucilaginosae Vertebrae T. 10. F. 8. earum usus, ib.

Parotides, T. 12. F. 2. Ap. F. 1, 2, 33. Causa notabilis Abcessus in ea, Ap. F. 2. ejus Ductus salivofus T. 12. F. 2, 3. Ap. F. 1. 33. symptomata ejus.

I N D E X

ejusque cura cum vulneratur. *Ap. F. 2.*
 — Piliferæ, *T. 4. F. 6.*
 — Pinialis, *T. 10. F. 1. Ap. F. 31. ejus usus, ib.*
 — Pituitaria, *T. 9. F. 2. 3. Ap. F. 26.*
 — Renales, *ib. T. 42. 50. in Foetu T. 63. earum Compositio & Vasa descripta, T. 41.*
 — Subclavia, *Ap. F. 12.*
 — Sublinguales, *T. 15. F. 2. Ap. F. 10. Vasa earum Sanguifera, Nervi, Ductus Salivosi, Ap. F. 19.*
 — Sudoriferæ, sive Cutis, *T. 4. F. 6.*
 — Thyroides, *T. 15. F. 2. T. 24. F. 7. Usus earum, Color, & Compactio, T. 24. F. 7.*
Gland. Penis, T. 48. F. 1, 2, 3, 4, 5.
 — Glottis quomodo componitur *Ap. F. 20.*
 — Gula, *T. 24. F. 1.*
 — Gustus quomodo peragitur, *Introd.*

H.

Hæmorrhoides quomodo fiunt, *T. 30. F. 7.*
Helix Auricularis, T. 12. F. 1.
Hepar in situ, *T. 33. 41. 49. in Foetu T. 62. Compages Valvorum varique eorum officia, T. 38. F. 5. quomodo in Cadaveribus reperiuntur; Tria exempla, ib. Scirrhus fanatum, ib. in Foetu proportione majus, & cur, T. 62. in infantibus plus Biliis excernit, ejusque utilitas, ib. exentum, T. 37. F. 1, 2. Pars ejus Convexa, *T. 37. F. 1. Pars Concava, T. ead. F. 2. Bifarium sectum, ut internum latus ostendatur, ib. Portio ejus Microscopio confecta, T. 38. F. 1. Lobuli Glandularum, ib. in eo Fissura, T. 37. F. 2. Ligamentum suspensorium T. 37. F. 1, 2. Ligamentum Umbilicale, T. 37. F. 1, 2. T. 38. F. 5. T. 41. 49. Membrana Externa, T. 37. F. 1, 2. T. 38. F. 1. Arteria Hepatica, T. 37. F. 2. T. 38. F. 5. Vena Porta, T. 37. F. 2. T. 38. F. 2. 5. Vena Cava, T. 37. F. 2. T. 38. F. 2. 5. Nervi, Lymphæ ductus, eorumque usus, T. 38. F. 5. Ductus Felles, T. 37. F. 2. T. 38. F. 1, 2. 5. eorum Ora in Duodeno, T. 36. F. 1. V. Vesica Felles, quo modo præparatur valvorum schema, T. 38. F. 5. Capsula Valvorum T. 37. F. 2. T. 38. F. 5.**

Hernia Intestinalis, quomodo incidit in Feminas, *T. 50.*
Hircus Auricularis, T. 12. F. 1.
Humor Amnii, v. Amnion.
Humores Oculorum, *F. 11. F. 19. 20. 22. 23. 24.*
Hymen quomodo formatur, ejusque varia facies, *T. 51. F. 3. in muliere non perforata, ejusque Relatio.*
Hypochondrium, T. 1.
Hypogastrium, T. 1.

I.

Ilia, *T. 1. T. 32. F. 1. RR.*
Imus, v. Ossa Auris.
Infundibulum, *T. 9. F. 2. 3. Ap. F. 26. necitur Glandulae Pituitariae T. 9. F. 2.*
Inguina, T. 1.
Intestinus motus sanguinis in magnis ejus Vasis, Introd.
 — Chyli, *Introd.*
Intestina, *T. 33. 40. F. 1, 2. Fibrae eorum descriptæ, Ap. F. 39. Glandularum Genera, Dispositio, & usus, Ap. F. 40.*
Intestinum Duodenum, *Ap. F. 38. Membranae ejus Externæ, & Musculares, ib. Perforatum Ductibus Felles & Pancreatico, T. 36. F. 1. Ratio ejus Curvationis ib.*
 — **Jejunum**, *T. 39. F. 1, 2. Ap. F. 39. Membrana Externa, T. 39. F. 1. ejus Origo, ib. Membrana Muscularis, ib. Arteria, Venæ, Nervi, ib.*
 — **Ilium**, *T. 39. F. 3, 4, 5. Valvulae Conniventes quomodo factæ, Ordo earum & usus, T. 39. F. 2.*
 — **Cæcum**, *T. 39. F. 4, 5. T. 40. F. 1.*
 — **Colon**, *T. 33. 39. F. 4, 5. ejus Cellæ, ib. Valvulae & quomodo formantur, ib. Ligamentum, T. 40. F. 1. T. 54. Constat ex Fibris carneis earumque Usus, ib. Vasa sanguifera, T. 39. F. 4, 5. Ratio, quare Excrementa redire non possunt, ib. Experimentum monstrans, quomodo accidit in Passionibus Illiacis; ib.*
 — **Rectum**, *T. 39. F. 6. 7. Tunica ejus Externa unde oritur, F. 6. vasa sanguifera, ib. Appendices Adiposæ ejus, ib. Tunica Interna, ejusque Compositio, F. 7. ejus morbi ib.*
Iris, superficies ejus Interior proxime **Ligamentum Ciliare**, *T. 11. F. 17. v. Oculum.*

L.

Labyrinthus, v. Auris.
 — Lac a sanguine derivatur, *T. 19. F. 1. ejus Descriptio, ib.*
Lacrymale Os, v. Ossa Maxillae superioris.
Lacrymales Ductus, v. Glandulas Lacrymales.
Lactea Vasa, *T. 39. F. 1. T. 40. F. 5. Ap. F. 10. eorum valvulae, T. 40. F. 5. Ortus, Progressus, & usus, T. 39. F. 1.*
Lactifera Vasa in Mamma, *T. 19. F. 1, 3, 4, 5. Initium eorum, Forma & Oculi F. 4.*
Lambdoidalis Sutura, v. Sutura.
Lamina Spiralis, *T. 90. F. 8.*
Larynx, Pars ejus Anterior, *T. 24. F. 5, 7. Pars posterior, T. 24. F. 6, 8. Ap. F. 20. Confecta a latere Ap. F. 22, 23. ejus Cartilaginee, v. Thyroidalis, Annularis, Arytaenoides, Epiglottis.*
Ligamentum Annulare Carpi, *T. 64. F. 8. T. 67. 69. Ap. F. 1.*
 — **Malleoli Ap. F. 1.** quomodo componitur, *T. 31.*
 — **Illigans Digitorum Tendines**, *T. 67.*
 — **Inter Ulnam & Radius**, *T. 68. 71.*
 — **Inter Tibiam & Fibulam**, *T. 82.*
 — **Rotundum Ossis Feminis connexum Acetabulo**, ejusque usus, *T. 74. 99. F. 2.*
 — **Latum obtegens Articulum Feminis & Coxæ** *T. 79.*
 — **Investiens Genus**, *T. 84.*
 — **Articuli Tali** *T. 82.*
 — **Conjungens Ossa Tarsi**, *T. 82.*
 — **Ossium Carpi** ad eorum Articulum, *T. 71.*
 — **Pertingens ab Osse Sacro ad Appendicem Ossis Isthii**, *T. 72.*
 — **Ciliare**, v. Oculum,

Linea Alba, *T. 31. Ap. F. 1.*
Linea Semilunaris, *ib. quomodo componitur. ib.*
Lingua, *T. 13. F. 1. Tegumentum ejus externum in Bruti conspectum Microscopio, T. 13. F. 2, 3, 4, 5. subjacens Membrana, pars ejus superior, F. 6. Inferior, F. 7. Vasa parva, ib. Plexus papillaris nervosus & Glandulae, F. 6. Adparet similiter ac in hominibus, demto Tegumento corneo, F. 2. Villosa & nervosa corpora & glandulae in lingua humana, Ap. F. 24. Varii Fibrarum ordines, T. 13. F. 9. Musculi, v. Musculi.*

Lympha, Cursus ejus a Partibus Inferioribus, *Ap. F. 10.*
Lymphaticæ Glandulae, v. Glandulae.
Lymphæ ductus, eorum Origo, *Ap. F. 6. Modus Communicandi, Ap. F. 13, 14. Lienis, Penis, Testiculorum, oriuntur a venis, T. 36. F. 1. plurimi a partibus inferioribus pulmonibus, &c. Oriuntur Ap. F. 10, 11, 12.*

M.

Malleus, v. Ossa Auris.
 — **Malleoli**, v. Ossa, Tibia, Fibula.
Mammae viri, *T. 19. F. 2. Foetus utriusque sexus continet liquorem ferofum, T. 63. Feminae, T. 2. 19. F. 1. earum Glandulae, Ductus lactiferi, Plexus valvorum sanguiferorum, sacculi adiposi jacentes super his, T. 19. F. 1.
Mammillares seu Mastoidei Processus, v. Ossa Temporum.
Maxillares Glandulae, v. Glandulae.
Meatus Auditorius, v. Auris.
Meatus a Palato ad Arem, *ib.*
Meatus Cysticus, v. Vesica Biliaria.
Mediastinum, *T. 21. Continuatio Pleure, Interstitium in eo notatum, ejus usus, ib. quod Pectus dividit, præbatur Corpore Hydropico, ib. ejus Arteriae, Venae, Nervi, Lymphæ ductus, ib.*
Medulla Oblongata, ejus Crura, *T. 9. F. 1. Ap. F. 28. 29. Caudex, T. 9. F. 1. Ap. F. 28. Pars posterior exiens ex Calvaria, T. 6. F. 2. T. 7. F. 2. T. 9. F. 1. Portio ejus præcisa & divisa, T. 10. F. 4.
Medulla Spinalis cum omnibus Nervis ex eo orientibus, *T. 10. F. 1. ejus Principium, Ap. F. 31. Portio ejus e Dorso exempta, T. 10. F. 7. Divisa, F. 5. Membrana ejus Communis, T. 10. F. 7. Sacculi Pinguetinis inter eam, & Propriam, ib. Membrana ejus Propria, T. 10. F. 5, 7.
Membrana Adiposa, v. Pinguedo.
Membrana Carnosa, *T. 4. F. 14. eadem atque Membrana Musculorum Communis, T. 4. F. 15. structura ejus & Extensio, ib.*
Membrana Pituitosa Cavitate Frontis, *T. 89. F. 1.*, ejus usus, *ib. vermes in ea reperti in ovibus, ib. cur extimitur in sanando morbo Straggars dicto, ib. 1. c. Vertigine.*
 — **Glandulosa Meatus Auditorii v. Auris.**
 — **Mucilaginosa investiens Tendines Perforantis**, *T. 67.*
 — **Faucium**, *T. 13. F. 1. T. 14. F. 3. Ap. F. 8.*
 — **Palati**, *T. 13. F. 1. T. 14. F. 3, 4.*
Mesenterium, *T. 31. F. 1. T. 40. F. 1, 2. ejus Origo, structura & vasa, T. 40. F. 1. Glandulae, F. 1, 2. Vasa Lactea, v. Lactea vasa.*
Metacarpus, v. Ossa.
Metatarsus, v. Ossa.
Monitrofa Conceptio, *T. 62.*
Mucilaginosæ Glandulae, *T. 74. Descriptio Ductuum Excretorium in genere, T. 79.*
Mucus Intestini lubricans unde ortum ducit, *T. 34. F. 5. mala secuta in casu memorabili, ubi desiderabatur, ib.*
Musculi, eorum Fibrae, *T. 64. F. 1, 2, 3. Dispositio earum in Deltoides, T. ead. F. 4. in Bicipite Brachii F. 5. Membranofo, F. 6. Gemello, F. 7. quomodo motus illis peragitur, T. 64. F. 2. Introd. rubiores alitis partibus, ejusque Causa, ib. Extensiores Tibiae, quare validiores Flexoribus, T. 76. Idem in Tallo & Digitis & Ratio, T. 84. Tibialis divisa, & Officium Pedis restitutum, T. 80.
Musculi, Abductor Auris, v. Retrahens Auriculam.
 — **Abductor Indicis** *T. 68. II.*
 — **Abductor Minimi Digni Manus**, *ib. T. K.*
 — **Abductor Minimi Digni Pedis**, *T. 86. F. 1. G.*
 — **Abductor Oculi**, *T. 12. F. 9. D.*
 — **Abductor Pollicis Manus**, *T. 64. F. 1.*
 — **Abductor Pollicis Pedis**, *T. 84. M.*
 — **Accelerator Urinae**, *T. 47. F. 5. HH.*
 — **Acclivus**, v. Obliquus Ascendens,
 — **Adductor Minimi Digni Pedis**, v. Transversalis Pedis.
 — **Adductor Oculi**, *T. 12. F. 9. C.*
 — **Adductor Pollicis Manus**, *T. 71. 8.*
 — **Adiposus Pollicis**, *T. 86. F. 2. D.*
Anconæus, *T. 69. O.*
 — **Ani scalptor**, v. Latissimus Dorsii.
 — **Ani sphericus**, v. sphericus Ani.
 — **Ani Levator**, v. Levator Ani.
 — **Annuens**, v. Rectus Minor Anticus.
 — **Antithenar**, v. Adductor Pollicis Manus.
 — **Aperiens Palpebram Rectus**, *T. 11. F. 4. A.*
 — **Arytaenoides**, *Ap. F. 9. 20. F.*
 — **Attollens Auriculam**, *T. 12. F. 2. A.*
 — **Attollens Nasi Alam**, v. Elevator &c.
 — **Attollens Oculi**, v. Elevator Oculi.
 — **Attollens Palpebram**, v. Aperiens Palpebram.
 — **Auriculæ Elevator**, v. Attollens Auriculam.
 — **Bastoglossus**, v. Lingua.
 — **Bibitorius**, v. Abductor Oculi.
 — **Biceps Internus Humeri**, *T. 65. I.*
 — **Biceps Externus Humeri**, v. Gemellus.
 — **Biceps Femoris**, *T. 77. A, B, C.*
 — **Bicornis**, v. Extensor Carpi Radialis.
 — **Biventer**, v. Digastricus.
 — **Brachiaeus** } Externus, *T. 65. L.*
 } Internus, *T. 65. KK.*
 — **Buccinator**, *T. 12. A. B.*
 — **Bursalis**, v. Marsupialis.
 — **Caro Musculosa Quadrata**, v. Palmaris Brevis.
 — **Catenæ**, v. Tibieus Anticus.
 — **Ceratoglossus**, *T. 14. F. 1. DD. H.*
 — **Ciliaris**, v. Orbicularis Palpebrarum.
 — **Clitoridis Musculi**, v. Erector Clitoridis.
 — **Cnemodactylus**, v. Extensor Digitorum Communis Manus.****

— **Collateralis Penis**, v. Erigens.
 — **Complexus**, *T. 16. F, G, H.*
 — **Constrictor Palpebrarum**, v. Orbicularis.
 — **Constrictor Labiorum**, *T. 12. F. 5. I.*
 — **Constrictor Alæ Nasi seu Depressor Labii Superioris**, *Ap. F. 32.*
 — **Coracobrachialis**, *T. 69. F.*
 — **Coracohyoideus**, *T. 15. F. 2. CC. &c.*
 — **Cremafter**, *T. 45. F. 1. B.*
 — **Cricocarytaenoides** } Pollicis, *Ap. F. 20. EE.*
 } Lateralis, *ib. F. 22. GG.*
 — **Cricothyroideus**, *T. 24. F. 5. HH.*
 — **Crureus**, *T. 76. C.*
 — **Cubiteus** } Extensor } v. Ulnaris.
 } Flexor }
 — **Cucullaris**, *T. 27. A, B.*
 — **Declivus**, v. Obliquus Descendens.
 — **Deltoides**, *T. 66. X, X.*
 — **Depressor Labii Superioris, seu Constrictor Alæ Nasi**, *Ap. F. 35.*
 — **Depressor Labii inferioris Proprius**, *T. 12. F. 5. H.*
 — **Depressor Labiorum Communis**, *T. ib. F. ib. C.*
 — **Depressor Maxillæ inferioris**, v. Digastricus.
 — **Depressor Oculi**, *T. 11. F. 7. C.*
 — **Detrusor Urinae**, *T. 44. F. 2. CC.*
 — **Diaphragma**, *T. 52. B, C.*
 — **Digastricus**, *T. 15. F. 1. A, B, C.*
 — **Dilatator Alæ Nasi**, *T. 12. F. 5. E.*
 — **Director Penis**, v. Erector.
 — **Distortor Oris**, v. Zygomaticus.
 — **Dorsi Latissimus**, v. Latissimus Dorsii.
 — **Dorsi Longissimus**, *T. 28. N.*
 — **Elevator Ani**, v. Levator.
 — **Elevator Auris**, v. Attollens Auriculam.
 — **Elevator Oculi**, *T. 11. F. 7. A.*
 — **Elevator Labiorum Communis**, *T. 12. F. 5. D.*
 — **Elevator Labii inferioris Proprius**, *Ap. F. 32. HH.*
 — **Elevator Labii Superioris Proprius**, *T. 12. F. 4. C.*
 — **Elevator Scapulæ**, v. Levator.
 — **Erector Clitoridis**, *T. 51. EE.*
 — **Erigens seu Erector Penis**, *T. 47. F. 5. FF.*
 — **Extensor Carpi** } Radialis, *T. 69. D, F.*
 } Ulnaris, *ib. E.*
 — **Extensor Communis Digitorum Manus**, *T. 69. G.*
 — **Extensor Digitorum Pedis Longus**, *T. 81. F.*
 — **Extensor Digitorum Brevis**, *T. ib. G.*
 — **Extensor Minimi Digni Manus**, *T. 69. G.*
 — **Extensor Primi Ossis Pollicis Manus**, *T. 71. O.*
 — **Extensor Pollicis Pedis Longus**, *T. 81. H.*
 — **Extensor Secundi Ossis Pollicis Manus**, *T. 71. O.*
 — **Extensor Pollicis Pedis Brevis**, *T. 81. R.*
 — **Extensor Tertii Ossis Pollicis Manus**, *T. 70. C.*
 — **Externus Auris vel Laxator Externus**, *Ap. F. 15. C.*
 — **Fascialis**, v. Sartorius.
 — **Fascia Lata**, v. Membranofus.
 — **Fibuleus**, v. Peroneus Primus.
 — **Fiducinales**, v. Lumbricales Manus.
 — **Flexor Capitis**, *T. 18. L.*
 — **Flexor Carpi** } Radialis, *T. 68. E.*
 } Ulnaris, *ib. Q.*
 — **Flexor Primi Internodii Digitorum Manus**, v. Lumbricales Manus.
 — **Flexor Pollicis Manus Longus**, *T. 68. L.*
 — **Flexor Pollicis Pedis Longus**, *T. 85. K.*
 — **Flexor Pollicis Pedis Brevis**, *T. 86. F. 2. A.*
 — **Flexor Primi Internodii Digitorum Pedis**, v. Lumbricales Pedis.
 — **Flexor Secundi Internodii Digitorum Manus**, v. Perforatus Manus.
 — **Flexor Primi & Secundi Ossis Pollicis Manus**, *T. 68. M, P, O.*
 — **Flexor Secundi Internodii Digitorum Pedis**, v. Perforatus Pedis.
 — **Flexor Tertii Internodii Digitorum Manus**, v. Perforatus Manus.
 — **Flexor Tertii Internodii Digitorum Pedis**, v. Perforatus Pedis.
 — **Frontalis**, *App. F. 33. AA.*
 — **Gasterocnemius** } Externus, *F. 83. E.*
 } Internus, *T. 84. E.*
 — **Gemellus**, *T. 66. C. D.*
 — **Genyoglossus**, *T. 14. F. 1. P, F, G, I, L.*
 — **Genyohyoideus**, *T. ib. F. ead. O.*
 } Major, *T. 12. A.*
 } Medius, *ib. D.*
 } Minimus, *T. 73. C.*
 — **Gracilis**, *T. 75. D.*
 — **Graphoides**, v. Digastricus.
 — **Hyothyroideus**, *T. 15. F. 2. P.*
 — **Hypophlogosus**, v. Bastoglossus, nullus talis in Humanis Corporibus existit.
 — **Iliacus Externus**, v. Pyrriformis.
 — **Iliacus Internus**, *T. 52. NN.*
 — **Immersus**, v. Subscapularis.
 — **Indicator**, vel Extensor Indicis Proprius, *T. 70. N.*
 — **Infraepinatus**, *T. 66. F.*
 — **Intercostales** } Externi, } *T. 26. C, D.*
 } Interni, }
 — **Internus Auris**, *Ap. F. 16. L.*
 — **Interossei** } Manus, *T. 68. dd.*
 } Pedis, *T. 86. F. 3. AAA.*
 — **Interspinales Colli**, *App. F. 36. LL.*
 — **Labiorum Sphincter**, vid. Constrictor Labiorum.
 — **Latissimus Dorsii**, *T. 27.*
 — **Laxator Externus**, v. Externus Auris.
 — **Levator Ani**, *T. 47. F. 5. EE.*
 — **Levator Scapulæ**, *T. 28. G.*
 — **Lividus**, v. Pectineus.
 — **Longissimus Dorsii**, v. Dorsii Longissimus.
 — **Longissimus Oculi**, v. Obliquus Superior.
 — **Longus Colli**, *T. 18. AA.*
 — **Longus Femoris**, v. Sartorius.
 — **Lumbricales** } Manus, *T. 67. M, N.*
 } Pedis, *T. 86. F. E.*
 — **Marsupialis**, *T. 74. F. G.*
 — **Mastoideus**, *T. 18. II.*
 — **Masseter**, *T. 12. F. 4, 5. OO.*
 — **Membranofus**, *T. 76. B.*
 — **Manus Abductor**, v. Abductor Minimi Digni.
 — **Minimi Digni** } Minimi Digni.
 } Pedis Abductor, v. Abductor Minimi Digni.

I N D E X.

— Minimi Digni Tenfor, v. Extensor Minimi Digni.
— Mylohyoideus, T. 15. F. 1. EE.
— Nauticus, v. Tibialis Posticus.
— Nonus Humeri Placentini, v. Rotundus Minor.
— Obliquus Ascendens, T. 32. F. 1. R. P.
— Obliquus Descendens, T. 31. C. D, E, F, G.
— Obliquus Minor seu Inferior Oculi, T. 11. F. 8. G.
— Obliquus Superior Oculi cum Trochlea, T. 11. F. 7. H.
— Obliquus Inferior Capitis, T. 17. FF.
— Obliquus Superior Capitis, T. 17. G, H.
— Obliquus Tympani Auris, App. F. 16. K.
— Obturator } Externus, T. 74. H.
 } Internus, v. Marfupialis.
— Occipitalis, App. F. 8. Y.
— Oesophagus, seu Sphincter Gulæ, App. F. 38. E.
— Orbicularis Palpebrarum, T. 12. F. 4. DD.
— Orbicularis Labiorum, v. Constrictor, &c.
— Palmaris Longus, T. 64. C, F.
— Palmaris Brevis, T. 16. K.
— Patientia, v. Levator Scapulae.
— Pectorales, T. 20. H.
— Pectoralis Internus, v. Triangularis.
— Pectineus, T. 75. L.
— Pedius, v. Perforatus Pedis.
— Perforans Manus, T. 67. A. B.
— Perforans Manus, ib. F. G.
— Perforatus Pedis, T. 83. G.
— Perforans Pedis, T. 85. H.
— Peroneus } Primus, T. 82. C.
 } Secundus, T. 16. B.
— Plantaris, T. 84. G.
— Platysma Myoides, v. Quadratus Genæ.
— Popliteus, T. 84. C.
— Pronator Radii } Teres, T. 68. A.
 } Brevis seu Quadratus, ib. B.
— Psoa } Magna.
 } Parva.
— Pterygoideus } Externus, T. 12. F. 5. Q.
 } Internus, T. 15. F. 2. N.
— Pterygopalatinus, v. Sphenopterygopalatinus.
— Pterygopharyngeus, App. F. 38. B.
— Pyramidalis, App. F. 1. 42.
— Pyriformis, T. 73. D.
— Quadragesimi, v. Pyriformis.
— Quadratus Femoris, T. 73. N.
— Quadratus Genæ, App. F. 33.
— Quadratus Lumborum, T. 30. V.
— Radialis Extensor, v. Extensor Carpi.
— Rectus Abdominis, T. 32. F. 1. L, M, N, O, P.
— Rectus Femoris, T. 75. G.
— Rectus Capitis Lateralis, App. F. 8. G.
— Rectus Capitis Major Anticus, v. Flexor Capitis.
— Rectus Capitis Minor Anticus, App. F. 8. H.
— Rectus Capitis } Major Posticus, T. 17. A, B.
 } Minor Posticus, T. 16. C, C.
— Rectus Palpebrae, v. Apertus, &c.
— Renuens, v. Rectus Capitis Minor Anticus.
— Retractor Alæ Nasi, seu Elevator Labii Superioris, App. F. 33. C.
— Retrahens Auriculam, T. 12. F. 1. B, CC.
— Rhomboides, T. 28. A, B, C, D.
— Rotundus Major, T. 65. d.
— Rotundus Minor, v. Teres Minor.
— Sacer, T. 29. MM.
— Sacrolumbalis, T. ead. A, B, D, E.
— Sartorius, T. 75. A, B, C.
— Scalenus } Primus, } T. 18. BB.
 } Secundus, }
 } Tertius, }
— Semifibuleus, v. Peroneus Secundus.
— Semimembranosus, T. 77. D.
— Seminervosus, T. 16. E.
— Semispinatus, T. 29. MM.
— Serratus } Major Anticus, T. 20. D, E, &c.
 } Minor Anticus, T. 20. K.
 } Superior Posticus, T. 28. I.
 } Inferior Posticus, T. 16. K.
— Soleus, v. Gastrocnemius Internus.
— Sphenopterygopalatinus, App. F. 8. dd.
 } Ani, T. 47. F. 5. A, B, C, D.
 } Gulæ, v. Oesophagus.
 } Labiorum, v. Constrictor.
 } Vaginae Uteri, T. 51. F. 1. FF.
 } Vesicæ, T. 48. F. 1. K.
— Spinalis Colli, App. F. 36. II.
— Splenius, T. 16. AA.
— Stapedis, App. F. 17. Q.
— Sternohyoideus, T. 15. F. 1. FF.
— Sternothyroideus, T. 15. F. 1. HH.
— Stylohyoideus, T. 15. F. 1. N.
— Styloglossus, T. 14. F. 1. C.
— Stylopharyngeus, App. F. 38. DD.
— Subclavius, T. 20. A.
— Subpopliteus, T. 84. C.
— Subscapularis, T. 65. E.
— Succenturiatus, v. Pyramidalis.
— Supraspinatus, seu Superscapularis, T. 66. G.
— Supinator Radii } Longus, T. 69. P.
 } Brevis, T. 71. G.
— Supopliteus, v. Subpopliteus.
— Suspensor Testiculi, v. Cremaster.
— Temporalis, T. 12. F. 4. 5. M. K.
— Tenfor seu Extensor Digitorum Manus, T. 69. G.
— Tenfor Pollicis, v. Extensor.
— Teres } Major, v. Rotundus Major.
 } Minor, T. 66. F.
— Thenar, v. Abductor Pollicis Manus.
— Thyroarytenoideus, App. F. 22. F.
— Tibialis } Anticus, T. 81. E.
 } Posticus, T. 85. G.
 } Abdominis, T. 32. F. 1. I, K, K.
 } Colli, App. F. 36. K.
 } Dorsii, v. Semispinatus.
— Transversalis } Lumborum, v. Sacer.
 } Femoris, v. Quadratus.
 } Pedis Placentini, T. 86. F. 2. E.
 } Penis, T. 47. F. 5. I.
— Trapezius, v. Cucullaris.
— Triangularis, T. 26. F. 1. BB.
— Triceps, T. 76. I.
— Trochlearis, v. Obliquus Superior Oculi.
— Vaginalis Gulæ, App. F. 38.

— Vaginae Uteri Sphincter, v. Sphincter, &c.
— Vastus } Externus, T. 75. I.
 } Internus, T. 16. H.
— Ulnaris } Extensor, v. Extensor Carpi, &c.
 } Flexor, v. Flexor Carpi, &c.
— Zygomaticus, T. 12. F. 4. E.

N.

Nares; Membrana earum Pituitaria, T. 14. F. 5.
— ejus Natura & Extensio, ib.
Nasus, partes ejus Externæ, T. 14. F. 1.
— Nates Cerebri, T. 10. F. 1. Ap. F. 31.
Nervus Microscopio delineatus, T. 10. F. 6. *Fibrillae* & modus Cohærens earum, ib. non Tubulatae, ib. Vasa Sanguifera cum illis transeunt, ib. Globuli in illis, & unde ducunt Originem, ib. Fibrae a Cerebro procedentes, T. 10. F. 2. a Spinali Medulla, T. ead. F. 5. Transeuntes *Duram Materem*, ib. Ganglii eorum, sive Plexus Ganglio-formes, T. 10. F. 4, 5, 6. Ap. F. 27.
— Olfactorii, T. 9. F. 1, 3. Ap. F. 28.
— Optici T. 9. F. 1, 2, 3. T. 11. F. 7, 9, 10, 11, 14, 15, 16. Ap. F. 26, 28, 38. eorum Conjunctio, T. 9. F. 1. Vasa sanguifera, T. 11. F. 18.
— Motorii five Par Tertium, T. 9. F. 1, 2, 3. Ap. F. 26, 28.
— Pathetici, T. 9. F. 1, 3. Ap. F. 26, 28.
— Quintum Par, T. 9. F. 1, 3. Ap. F. 26, 27, 28.
— Rami eorum faciens Gustatorium, T. 14. F. 1.
— Sextum Par, T. 9. F. 1, 3. Ap. F. 26, 28.
— Auditorii, T. 9. F. 3. Ap. F. 26, 28.
— Par Vagum, T. 7. F. 2. T. 9. F. 3. Ap. F. 26, 28.
— Accessorii Spinales T. 7. F. 2. T. 9. F. 3. Ap. F. 28.
— Nonum Par, T. 7. F. 2. T. 9. F. 3. Ap. F. 26, 28. Rami ad Linguam & Laryngem decurrentes, T. 14. F. 1.
— Decimum Par, T. 7. F. 2. T. 9. F. 1. Ap. F. 28.
— Omnes Spinalis Medullæ, T. 10. F. 1. Colli, Ap. F. 28. Rami diverfi Nervorum Spinalium viz Axillares, Ap. F. 1. Unus transiens *Coraco-brachium*, T. 65. Decurrentes ad Digtos, T. 67. Crurales, T. 72, 77, 78. Ap. F. 2. Trunci super parte *Tibiae* anteriore, T. 82. Decurrentes ad Plantam Pedis & Digtorum, T. 84. in Brachio T. 64.
Nutritio, *Introductio*.
Nymphæ, T. 50, 51. F. 1.

O.

Oecipus v. Ossa.
— Odoratus, quomodo peragitur, *Introductio*.
— Oleranum, v. Ossa, Ulna.
— Omentum in situ T. 33.
— Ala Superior, ib. Inferior, T. 40.
— Bursa & quomodo demonstratur, T. 33. Glandulae pinguedineae, T. 34. F. 1. Membranae a pinguedine liberatae, T. ead. F. 2. vasa sanguifera, T. 33.
— Orbiculare Os, v. Ossa Autia.
— Ossa in Embryone Cartilaginea, T. 100. F. 6. Tempus Formationis eorum, ib. Appendices interdum abruptæ, Casus relatus, T. 96. F. 1.
— Omnia in sceletio Adulti; Pars ejus Anterior, T. 87. Latæ & Dorsum, T. 88. *Fossæ* Mensis unius a Conceptu, T. 100. F. 1. sex Hebdomadum, T. ead. F. 2. Trium mensium, T. ead. F. 3, 4. Quatuor Mensium, T. ead. F. 5, 6. Novem mensium, T. 101, 102.
— Calvaria, superficies Externa Partis superioris, T. 91. F. 1. Interna ejusdem, T. ead. F. 2. Alvei in ea propter transitum vasorum, ib. in Apoplectico valde magna & pellucida, ib. superficies Inferior ejus Basis, T. 92. F. 1. Ap. F. 8, 36. Interna Pars ejusdem, T. 9. F. 3. Ap. F. 26.
— Frontis, Pars ejus Convexa, sive Exterior, T. 89. F. 1. Descriptio Cavittatis ejus, ib. Pars ejus Interior, T. ead. F. 2.
— Sinciput, Pars ejus Externa, T. 90. F. 1. Interna, F. 2.
— Occiput, Pars Externa, T. 90. F. 3. Interna, T. 7. F. 2. T. 90. F. 4.
— Tempora, Pars Externa, T. 90. F. 5. Ap. F. 15. in *Footu*, Ap. F. 17. Pars Interna, T. 90. F. 6. *Fossæ*, Ap. F. 18.
— Auris, T. 90. F. 9, 10, 11, 12. Ap. F. 15, 16, 17, 18.
— Os Cuneiforme, T. 89. F. 1, 2. Foraminum ejus enumeratio, ib.
— Os Cribriforme, T. 8. F. 3. T. 9. F. 3. T. 89. F. 2. Ap. F. 26.
— Maxilla superior, T. 89. F. 1, 2. T. 92. F. 1. Numerus eorum & Descriptio.
— Maxilla inferior, T. 92. F. 3. 5. ejus Processus, Ap. F. 32.
— Dentes, T. 92. F. 2, 4, 6, 7, 8.
— Linguae five Hyoides, T. 92. F. 9.
— Vertebrae, eorum Numerus, & Ratio quare dividuntur, T. 93. Prima Colli five Atlas, F. 1, 2. Ap. F. 8. secunda cum processu suo Odontoide F. 3, 4. Tertia, F. 5, 6. Prima Thoracis, F. 7, 8. T. 10. F. 8. Caries in illis inventa, Casus relatus ib. Lumborum, F. 9, 10, 11, 12.
— Coactæ, eorum Numerus, Distinctio, & Articulationes, T. 94. Prima, F. 1, 2. Septima, F. 3, 4. Undecima, F. 5, 6. Duodecima, F. 7, 8.
— Scapula, Pars ejus Externa, T. 95. F. 1. Pars Interna, F. 2.
— Claviculae, T. 95. F. 3, 4. Articulatio cum *Acromio* interdum luxatur, ejusque Symptomata, ib.
— Sternum in Adulto, T. 95. F. 5. in *Footu*, T. 101. Humerus, T. 96. F. 1, 2.
— Ulna, ib. F. 3, 4.
— Radius, ib. F. 5, 6.
— Carpus, T. 97. eorum Numerus, Dispositio, & Articulationes, ib.
— Metacarpus, T. 97. F. 1, 2.
— Digtii & Pollex, ib.
— Ossa Sesamoidea Manus, T. 97. F. 1. Pollicis Pedis, T. 105. F. 2. interdum reperta super capitibus inferioribus Ossis Femoris, T. 103. F. 2. aliquando etiam super Tendine *Peronei Longi*, ib. in Tendine *Musculi Stapedis*, Ap. F. 37.
— Os jacrum, T. 98. F. 1, 2.

— Os Coccygis, ib. F. 3-4.
— Os innominatum in Foetu constat ex tribus, propterea ditinguitur in
— Os Ilium, T. 99. F. 1, 2.
— Os Ischium, ib.
— Os Pubis, ib.
— Femoris, T. 103. F. 1, 2.
— Patella, ib. F. 3, 4.
— Tibia, T. 104. F. 1, 2.
— Fibula, ib. F. 3, 3.
— Tarsus, idem ac
— Talus, T. 105. F. 1, 2.
— Calcis, ib.
— Os Spongiosum Pedis, ib.
— Ossa Cuneiformia, ib.
— Os Naviculare, ib.
— Metatarsus, T. 105. F. 1, 2.
— Digtorum, ib.
— Ova sublata ex Ovaris, T. 57. F. 1. praegnata, F. 2. *Introductio*.
— Ovaria Integra, T. 50, 51. F. 5. T. 53. F. 1. 4. in *Footu*, T. 63. Aperta, T. 51. F. 5. Membrana eorum externa, Glandulae, Vesiculae, ib. Ligamentum inter illa & Tubam, ib. T. 53. F. 4. Vasa eorum Praeparantia, T. 53. F. 1, 4.

P.

Palatium, ejus Ossa, v. Ossa Maxillae superioris, Membrana Glandulosa, v. Membrana.
Pancreas in situ, T. 36. F. 1. T. 41. Externa Membrana, T. 36. F. 1. Ductus, T. ead. F. 1, 2. Arteria, F. 1. ejus Ulfus, F. 2.
Pancreas Afellii, T. 40. F. 1.
Par vagum, v. Nervi.
Parotis Glandula, v. Glandulas.
Passiones, cur turbant animum, T. 6. F. 6.
Patella, T. 103. F. 3, 4. ejus Ulfus ib.
Penis, T. 41. F. 1. T. 48. F. 1. pars ejus posterior, T. 44. F. 2. Membrana ejus *carnea*, T. 47. F. 1. Praeputium, T. 48. F. 1. quomodo componitur, T. 47. F. 1. Corpora Caverosa, T. 47. F. 1, 3. T. 48. F. 1. eorum structura, T. 48. F. 3, 4, 5. Glans, T. 47. F. 1. T. 48. F. 1. inflata, T. ead. F. 3, 4. Microscopio confecta, F. 2. Glandulae Odoriferae, T. 48. F. 1. Musculi, v. Musculi Arteriae, T. 47. F. 1. T. 48. F. 1. Ap. F. 3. post excisionem ligato eorum suadetur, T. 48. F. 3. Venae, T. 47. F. 1. T. 48. F. 1. Nervi, ib. Lymphatica vasa, T. 48. F. 6. eorum Origo, T. 36. F. 1.
Pericardium, T. 21. ejus Origo, Compositio, Ulfus, ib. vasa Sanguifera, Lymphatica, Glandulae fecerentes humorem, in quibusdam Corporibus morbo confectis evidentes: exemplum in Infante, ib. aliud ubi adhaesit Cordi, ib.
Periotheum Cranii, T. 5. F. 1. an differt a Pericranio, ib.
Peritonaeum, T. 32. F. 1. superficies ejus interna, T. 41. constans ex diversis Laminis, T. 32. Dat Membranae cuique visceri, ib. In Hydroypico enormiter extensum, ib. Duo Casus memorati, ib. Examinatum ope Microscopii, T. 32. F. 2. Processus Membranae ejus Internae, T. 32. F. 3. Processus Externus, Ap. F. 1. Perforationes Descriptae, T. 32. F. 2.
Petrosum Os, v. Ossa Temporum.
Pia Mater obtegens Cerebrum T. 8. F. 5. Cerebellum, T. 9. F. 1. Spinalis Medulla, T. 10. F. 1. obtegens ventriculos, ib.
Pinguedo, T. 4. F. 13. ejus Membranae, ib. Globuli cum vasis sanguiferis, ib. quid sit, ib. Lobi ejus super Abdomine, T. 31. Papilla & *Arcola*, T. 19. F. 1, 2. Microscopia confecta, F. 3, 4. structura Papillae, F. 4. quomodo examinatur, ib. Observationes de Colore *Arcolae*, F. 3.
Placenta Uterina, superficies ejus convexa, T. 55, 58. concava, T. 56, 59. 60. F. 1. secta transverse, T. 60. F. 2. a sanguine suo lavata, T. 61. F. 1. Vingtiquinque dies a Conceptione, T. 57. F. 3. ejus Compositio, T. 58. Hypothesis super glandulis ejus, earumque usu, ib. Vasa sanguifera cera repleta, T. 60. F. 1. Ramuli, T. 56, 59. Plexus Reticularis, T. 61. F. 1. Ratio quare removetur a partu, T. 54.
Pleura, T. 26.
Plexus Choroides, T. 10. F. 1. Ap. F. 30. Delineatus Microscopio, T. 10. F. 3. ejus venae & arteriae descriptae, Ap. F. 30. Lymphaeductus & Glandulae, T. 10. F. 3.
Plexus Pampiniformis, v. Venam spermaticam.
Polypus Auris, T. 90. F. 5.
Pomum Adams, T. 1.
Pons Varolii, v. Annularis Protuberantia.
Pori, v. Cuticula.
Procidencia Ani, quomodo fit, T. 39. F. 7. ejus exemplum, ib.
Prostatae, pars earum anterior divisa, T. 47. F. 1. T. 48. F. 1. pars posterior, T. 44. F. 2. Internum latum earum exhibitum, T. 47. F. 3. Inflatae, F. 4. earum Ofsiola, T. 47. F. 1. T. 48. F. 1.
Pubis Os, v. Ossa.
Pudendum Muliebre, T. 2. 50. apertum, T. 51. F. 3.
Labia, T. 50. Aperta T. 51. F. 3. quomodo extenduntur, T. 51. F. 1.
Pulvis Nicotianae magna quantitate potest esse periculosus, T. 89. F. 1.
Pulmones in situ, T. 21. in *Footu* T. 63. exempti, T. 24. F. 1. Pars Lobi divisa, T. ead. F. 2, 3. Membrana eorum Externa, T. 24. F. 3. Ramuli vasorum sanguiferorum, T. 24. F. 2, 3. communicant cum intercostalibus & bronchialibus, F. 1. quomodo Adhaesiones fiunt, F. 3.
Punctum Lacrymale, T. 11. F. 1.
Pupilla, v. Oculi.
Pylorus, v. Ora stomachi.

R.

Radius, v. Ossa.
— Receptaculum Chyli, T. 40. F. 2. repletum Mercurio, Ap. F. 10, 11. constat in corporibus humanis ex Truncis tribus, Ap. F. 11.
— Regio Umbilici, T. 1.

I N D E X

S.

Sacrum Os, v. Offa. Salivosa, Glandulae, v. Glandulas Parotidas, Maxillares, sublinguales. Salivosa Ductus, ib. Sanguis, Relatio ejus secundum Chemicas, T. 23. F. 15. Conspetus Microscopio, T. ead. F. 16. nulae Fibrae possunt in eo cerni, ib. Fibrarum species oritur a seri coagulatione, ib. alter modus ejus examinandi, ib. quomodo fit, Introd. Scapula, v. Offa. Scrobiculus Cordis, T. 1. Scrotum, T. 41. Septum illud dividens, ib. Secundina, T. 59. quid sit, ib. Sensatio quo Medio peragitur, T. 10. Introd. Sepsimoides Offa, v. Offa. Similiares Partes, quid T. 4. F. 6. Sinus Longitudinalis Durae Matris apertus, T. 8. F. 1. Pars ejus aperta, T. 6. F. 3. Pars ejus posterior aperta, T. 6. F. 2. Inflata & siccata, T. 8. F. 2. fectus transverse, T. ead. F. 4. Ocula Venarum in eo; T. 6. F. 2, 3. T. 8. F. 1. Lateralis apertus, T. 6. F. 2. siccatus, T. 8. F. 1, 2. Repletus Cera, App. F. 30. Pars ejus Tortuosa aperta, T. 6. F. 4. Repleta Cera, App. F. 26. Infra eam abscissus, App. F. 23. Pars Bulbosa, T. 6. F. 4. 5. ejus Usus, ib. Ligamenta Transversa, T. 6. F. 2. Quatus, T. 8. F. 2. Repletus Cera, App. F. 30. Falcis inferior Siccatus, T. 8. F. 1. 4. Superior, App. F. 26. Inferior, ib. Circularis, ib. Specus Vertebrae, v. Offa Vertebrae. Specus Ossis Petrosi, v. Offa Temporum. Sphenoides Os, v. Offa. Spina Dorsii, v. Offa scelerum. Spinae Vertebrae, v. Offa Vertebrae. Spangium Os, v. Offa Maxillae Superioris, & Tali. Splen five Lien, pars ejus inferior in situ, T. 41. Fossula, T. 69. Pars Concava, T. 36. F. 1. Pars ejus nudata, ib. Membrana Externa, T. 36. F. 1. Quadrupedis, F. 4. Membrana Propria, ib. latus ejus internum, T. 5. Cellulae in Bruto, T. 36. F. 4. Exsunt in Hominibus earumque Differentia, ib. Fibrae, T. ead. F. 4. 6. Arteriae Repletae, T. 36. F. 1, 3, 6. App. F. 3. Venae, T. ead. F. 1. Repletae, F. 3, 6. Plexus Nervosus, T. 36. F. 6. Lymphaeductus, T. ead. F. 1. 6. Unde oriuntur, F. 1. Officium ejus, Introd. Stapes, v. Offa Auris. Stagers, Brutorum Morbus, Causa ejus & Cura, T. 89. F. 1. videtur esse Vertigo. Sternum, v. Offa. Stomachus in situ, T. 33, 41. Exemptus, T. 34. F. 5. ejus Ocula, T. 34. F. 5. T. 35. F. 8. Inflatus, F. 9, 10. Externa Membrana, T. 34. F. 5. ejus Portio, T. 35. F. 1, 2. Muscularis Membrana, T. 35. F. 4. 5. Ordines Fibrarum, ib. Membrana Interior dividi potest in Tres, Viz. Villosam, & quomodo demonstratur, T. 35. F. 6. Glandulosam; quomodo ostenditur ib. Tendineam sive Nervosam, F. 7. Superiora & Inferiora Vasa Coronaria, T. 34. F. 5. T. 35. F. 5. Anastomoses eorum, T. 35. F. 1, 2. Plexus, F. 3. Plexus vasorum sanguiferorum super latere Interno, F. 8. Plexus Nervosus, T. 34. F. 5. Vulnera ejus non semper mortifera, eorum symptomata, Duo Exempla memorata, T. 35. F. 10. Styloides Processus, v. offa Temporum, Ulna. Sutura Coronalis, Sagittalis, Lambdoidalis, T. 91. F. 1. saepe irregulares, ib. ut adparent super latere interno Calvariae, F. 2. In Infantibus & puerulis, T. 101. EE. Suturae Nothae five Falcae, T. 92.

T.

Talus Organa, Introd. Talus, v. Offa. Tarsus, v. Offa. Testes Cerebri, T. 10. F. 1. Ap. F. 30. Testiculi, T. 41, 42, 44. T. 45. F. 1. Exuti Tunicae, T. 45. F. 2. T. 46. F. 1. 2. fecti transverse, T. 36. F. 3. pro ratione majores in Quadrupedibus quam Hominibus, ejusque Ratio, T. 45. F. 2. Tunica Vaginalis, T. 45. F. 1, 2. Tunica Albuginea, T.

45. F. 2. T. 46. F. 1, 2, 3. vasa seminalia, T. 46. F. 1, 2, 3, 4. Epididymis, T. 42. 45. F. 1, 2. Quomodo confatur, T. 45. F. 3. T. 46. F. 2. Vas Deferens, T. 42. 44. F. 2. T. 45. F. 1, 2, 3. T. 46. F. 1. T. 47. F. 1. ejus Constrictiones, T. 45. F. 2, 3. T. 46. F. 1. Tunica Vaginalis, T. 45. F. 1, 2, 3. Origo, Progressus, Terminatio describuntur, T. 46. F. 5. Arteriae, v. Arteriae spermaticae. Venae, v. venae spermaticae. Extremitates amborum minores quam in aliis partibus, T. 46. F. 4. Nervus, T. 45. F. 1. T. 46. F. 1. Lymphaeductus, T. 45. F. 2. eorum Origo, T. 36. F. 1. Thalami Nervorum Opticorum, T. 10. F. 1. Ap. F. 30. Thoracicus Ductus Mercurio repletus, Ap. F. 11. ejus Inferiatio, T. 40. F. 3, 4. Cera repletus, Ap. F. 12. Divisiones, & valvulae, Ap. F. 11. Lymphaeductus illum ingredienti, Ap. F. 12. stus ejus commodus notatus, Ap. F. 11. Thorax apertus, T. 21. in Foetu, T. 63. Viscera ejus exenta, T. 24. F. 1. Cavitas, T. 26. Vulnera in eo subito possunt fieri mortifera sine Viscerum laesione; hujus ratio, & cura, T. 52. Aer externus arceri debet, Observatio illud confirmans ib. Thymus in situ, T. 21. in Foetu, T. 63. Observationes super ejus magnitudine in diversis aetatibus & hominibus, T. 21. nunquam desideratur, ib. ejus Usus, ib. Tibia, v. Offa. Tonillae, in situ, T. 13. F. 1. superficies externa, Ap. F. 9. Torcular Herophili, T. 6. F. 2. T. 8. F. 2. Ap. F. 30. Vena se evacuaans ad illud, T. 8. F. 2. Trachea, pars ejus Anterior, T. 15. F. 2. T. 24. F. 1, 7. T. 25. F. 8. Ap. F. 22. Posterior, T. 24. F. 6. Ap. F. 20, 23. Glandulae parvae, quae super ea adparent, earum Usus, Ap. F. 20. Portio ejus abscissa, T. 25. F. 1. Aperta, Ap. F. 21. Membrana Externa, T. 25. F. 1. Fasciculi Muscularis interjacentes ejus Cartilagineae, T. ead. F. 2. Membrana Glandulosa, T. 25. F. 3. Membrana Interna, T. ead. F. 4. Ap. F. 21. Ordo Fibrarum ejus, earumque Usus, ib. Trepanum summa cum cura usurpandum, T. 91. F. 2. Trochlea Oculi, T. 11. F. 7. Tubae Falloppianae, T. 49, 50. in Foetu, T. 63. Apertae, T. 51. F. 5. T. 53. F. 3. Distentae, in Coitu, & postea, T. 53. F. 1, 2. Quomodo, F. 2. Tempus ejus incertum, ib. Ocula, T. 51. F. 5. Cavitas, T. 50. Interna Membrana Rugosa, T. 51. F. 5. Expansa, T. 53. F. 3. Fimbriae, T. 50, 51. F. 5. T. 53. F. 2. Amplectentes Ovaria, T. ead. F. 1. Numerus Vasorum sanguiferorum ac Color notatus, T. 53. F. 2. Tumores Lactei, quomodo fiunt, T. 19. F. 4. Tympanum, v. Auris.

V.

Vagina Uteri aperta, T. 51. F. 3, 4. Inversa, T. 53. F. 1. Angustatur in Coitu, & quomodo, T. 51. F. 1. Corpus Glandulosum, T. 51. F. 3. Ejus Ductus & Usus, ib. Aliae Glandulae, earum Ductus, & usus descriptus, ib. Membrana Rugosa descripta, ib. Carunculae Myriformes & Hymen, ib. Inferiatio Meatus Urinalis, T. 51. F. 3. Vapores in Expiratione unde proveniunt, Ap. F. 20. Vas Deferens, v. Testiculi. Vasa Brevia, T. 36. F. 1. Vasa Praeparantia in viro, v. Arteria spermatica, vena spermatica. Vasa Praeparantia in Femina, T. 50, 53. F. 1, 4. Valvulae in Venis, v. Venae. Valvulae Conniventes, v. Intestina. Valvulae Tricuspidales sive Mitrales, v. Cor. Valvulae Sigmoidales sive Semilunares, v. Arteriae, Aorta, Pulmonaria. Venae, earum Tunicae, T. 23. F. 1, 2, 3. Valvulae, T. ead. F. 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13. Canales continui ab Arteris, Ap. F. 4, 5. Usus valvularum, earumque numerus notatus, T. 26. F. 6. earum Distantia, T. ead. F. 14. Azygos, sc. sine Pari, ejus Usus, Introd. Umbilicalis Aperta, T. 61. F. 4. Repleta, F. 5. Ingrediens Hepar, T. 62, 63. Spermatica, T. 42, 44. F. 2. T. 45. F. 1, 2. T. 46. F. 1. Repleta, T. ead. F. 5. Ramuli super Te-

sticulis, T. 45. F. 1. Plexus Pampiniformis seu Varicosus, T. 44. F. 2. quomodo se evacuant, T. 42. quare in hominibus Tortuosae, & in Quadrupedibus, Rectae, T. 45. F. 2. Jugularis Interna, T. 6. F. 4, 5. T. 15. F. 1, 2. Animadverti debet in iis fecandis qui sunt oborto collo, ib. Si vulnerata, quomodo tractanda, ib. Subclavia vulnerata, & quomodo curata, T. 15. F. 2. Super Interno Latere Brachii, T. 64. F. 8. In Poplite, T. 77. Musculorum in Antica parte Tibiae, T. 89. Correspondentes Arteriae Bronchiales, T. 24. F. 1. Pulmonaria superjacentes Bronchiis, T. 24. F. 2. Ingrediens, Cor, T. 22. F. 12. Vena Cava, Truncus Descendens, T. 24. F. 1. Ascendens, T. 41, 42, 49, 50. Rami Iliaci, T. 42, 50. Emulgentes, T. 50. v. Renes. Vertebrales, T. 50. Vena Portarum, ejus Usus, Introd. Ventriculi Cordis, v. Cor. Ventriculi Cerebri, T. 10. F. 1. Ap. F. 30, 31. Vertebrae, v. Offa. Vesiculae Seminales, earum pars Antica, T. 47. F. 1. Inflatae, T. 44. F. 2. Divisae, T. 47. F. 2. Membrana, T. 47. F. 1. Vesiculae, F. 2. Seminales Ductus, ib. Vasa Sanguifera, T. 47. F. 1. Vesiculae Minores, Ap. F. 25. Vesica Urinalis viri in situ T. 41. exenta, T. 42. F. 2. Feminae in situ T. 49. exenta, T. 50. Foetus in situ T. 63. F. 1. exenta, F. 2. Pars posterior tecta pinguedine, T. 44. F. 2. Pars anterior aperta, T. 48. F. 1. Suspensa Uracho, T. 44. F. 2. fitus ejus, ib. structura, ib. Usus, ib. Glandulae ejus & Fibrae interdum tumefactae, & inde craescent latera, ib. Vesica Fellea, T. 37. F. 2. T. 38. F. 3, 4, 5. ejus Ductus, T. 37. F. 2. T. 38. F. 3, 5. Membrana Ductus interna, T. 38. F. 3. Valvulae in eo quomodo factae earumque Usus, ib. Ductus fellei eam ingrediuntur, non in vesicam; probatur, T. 38. F. 3. Ulna, v. Offa. Umbilicalis Funis, T. 56, 57. F. 3, 7. T. 59, 60. F. 3. T. 62, 63. Membrana ejus laxa, T. 60. F. 3. Fibrae, F. 4. Tubi succiferi, T. 60. F. 4. Conjectura super eorum Ufu, T. 58. Pars Externae ejus superficiei, in vaccis plena Tuberculis, T. 59. Cursus ejus varius, T. 56. Vasa ejus laeva producunt mala Effecta; Duo exempla mirabilia, ib. Umbilicus, T. 1. R. Umbilicalia vasa, v. Arteriae, Venae, Urachus, & Excretorii Ductus. Ungues, T. 105. F. 3. eorum Origo & Compositio, ib. Urachus, T. ib. F. 3, 4. T. 62, 63. ejus Relatio, T. 49. Ureteres, in situ, T. 41, in Foetu, T. 63. exenti, T. 42, 50. eorum Origo, T. 43. F. 1, 2, 3, 4, 6, 7. Inferiatio, T. 44. F. 2. Membranae examinatae Microscopio, T. 44. F. 1. Urethra, ubi haecitur sub Os Pubis, T. 44. F. 2. interdum vulnerata ab Lithotomis ignorantibus, Exempla tradita, ib. Bulbus Corporis Cavernosi, T. 44. F. 2. in ea induratio impedit Glandis Ereccionem, Observatio id convincens, T. 47. F. 5. Aperta, T. 47. F. 5. T. 48. F. 1. Caruncula & Ohiola Praestatarum in ea, T. 48. F. 4. fecta transverse, F. 6. Capsula, T. 48. F. 6. ubi dividitur in Lithotomia, T. 47. F. 5. Urinalis Meatus in Femina, T. 51. F. 1. Apertus, F. 3. Uterus, T. 50. Apertus, T. 51. F. 4. Cavitas & Crassitudo ante praegnationem, ib. Pars Antica brevi post Praegnationem, T. 53. F. 1. Vasa sanguifera magis distenta quam antea, ib. Pars Postica ejusdem, T. ead. F. 4. vasa sanguifera repleta, ib. a septimo mense graviditatis, T. 54. eadem divisa, T. 55, 56. Venae multum dilatatae, T. 54. Inaequalitates superficiei Interioris, T. 56. Vasa Anastomoses faciunt cum vasis Placentae, T. 54. Membrana Externa, T. 53. F. 4. Ligamentum Rotundum, T. 50. 53. F. 1, 4. earum Compositio & Progressus, T. 50. Ligamentum Latum, T. 50, 53. F. 1, 4. Quid sit, T. 50. Cervix nudata sua communi membrana, T. 53. F. 1. Aperta, T. 51. F. 4. ejus Osculum, ib. Rugae, ib. Occlusa materia glutinosa post praegnationem, ib. craescent pro partus incremento, T. 54. Periculofum, si manet tumidus a Partu, ib. Uvula, T. 13. F. 1. T. 14. F. 3. Usus ejus in deglutione, Introd. Vulnerum profuvia unde, Ap. F. 2.

F I N I S.